.37.

ROB.

Gaguini

Histor.ᵃ

Franc

I
00351

UNIV
Sala
2 – 3 – 3 – 21

031

031

2-13-3-21

~~Num. 23. cax. 5. num. 37.~~

I
00351

b18608498

Roberti Gaguini ordinis ſanctæ trinitatis miniſtri generalis de origine et geſtis francorum perq̃utile compendium.

Eiuſdem ad librum ſuum carmen.

I. quo quiſq; tui dilector et aura uocabit.
Gratus eris forte: damnabere forte: ſed omni
Parte nihil reſonum cui non obmurmuret æger
Semper in alterius fœlici liuor honore.
Sis licet auritus: audi ſurdaſter inertes
Quos prius haud uincas: q̃ rudere ceſſet aſellus.
Si minus es comptus: aut uerbi examine comis:
Te ſatis ornabunt francorum illuſtria regum
Et geſta et uirtus. his iam defenſus abito.

Roberti Gaguini ordinis ſanctæ trinitatis de redemptione captiuorū generalis mi/
niſtri ad ueterē & ſibi ſpectatiſſimū amicū petrū buriū eccleſiæ ambianenſis canonicū
In compendiū de francorū origine & geſtis præfatio Incipit fœliciter.

r Erum a francis geſtarū magnitudinē cōpendio ꝑcurrere conſtitui: ut plæriſq;
minime utilibus diuerticulis obſtructis: recta duct⁹ uia lector ad ſummā hyſto
riæ metā expeditus ꝑueniat. Qui eñ ab exortu francorum gētis ꝑ centū ſupra
milleſimū annū ſingula quæq; geſta poſteris tradere conati ſūt gallici quidē autores
ſupereffluēter: latini uero noſtrates (q̄ perrari ſunt) ſine ulla oratiōis maieſtate ꝓclara
quorūdam francorū regū facinora parū ſincera reddiderūt. Quod ego uitiū nō emen
daturū me ꝓfiteor. id enī niſi ab elegantiſſimo copioſoq; ſcriptore ꝓſtari nullo modo
poteſt: q̄ & ab integro rem oēm cōpoſitiſſimo ſtilo diligēter & ꝑiculate ꝑſequi reci/
piat: & principis impēſa ſit adiutus: cuius potiſſimū refert ſuorū facta maiorū ſcriptis q̄
digeſtiſſimis cōmittere. q̄ & ipſe nō ignoret: & poſteri libēter cognoſcāt. Sed raro ani/
maduertit̄: nihil tam bñ fortiterq; geſtū eē: quod demiſſe abiecteq; narratū min⁹ illu/
ſtre nō appareat: ita ut q̄tū aīo atq; uirtute q̄ppiā memorabile ꝑpetraueris: tantū illud
extenuet oratio inculta. Verū per ſentes & parū planas francæ hyſtoriæ uias incedam
& quæ ad rē ꝓpoſitā cōmode ꝑtinere arbitrabor ea tantū in uſum reipublicæ correpta
breuibus apprime ſtatiūculis (ubi q̄tum uolet lector immoretur) collocabo. Atq; has
meas dū ꝑ ociū & morbi leuamē licuit deſumptas luſiones tibi petre buri maxime aſſi
gnatas eſſe operæpreciū duxi. ꝓpterea ꝙ ad litterarias olim uigilias una ſæpenumero
ꝑnoctauimus: ꝙq; amicos ſanctiſſime obſeruare: & q̄ per illos accōmodate poſita eſſe
noris ea laudi uertere nō inuides. Hoc enim pacto ex hac lucubratione nihil uidebor
muneris a principe aucupari: ſed in tua q̄etuſtiſſima caritate fidē dilectionēq; noſtrā
reponere. Sed illud tibi præcognitū petre ſit. locorū me atq; hoīm ꝓprias appellatōes
ſecutū eſſe: quas vulgus in uſu potiſſimū habet: eaſq; ita ꝓxime ad vulgarē formā infle
xiſſe: ut ipa mox dictio locū uel hoīem de quo ſcribimus lectori repſentet. Neq; uerit⁹
ſum obtrectatorū calūnias: qui noua me quædā excogitaſſe blacterabunt. Nā ſi q̄ frā/
ce ꝓferūtur uocabula integra poſuiſſem: nō latine latinis ſcripſiſſe reꝑhenderer. Quæ
dū ꝑ deriuationē uernaculi noīs latina legētur (ſi forte ſine ſubſannatione legentur)
plana erunt. Vale. Ex ædibus noſtris apud diuū maturinū pariſieñ. Anno ſalutis chri/
ſtianæ. M.cccc.xcv. pridie calendarū octobrium.

Idem Robertus Gaguinus recognito iam opere lectori. S.

c Orreptū a me atq; breuiatū de frācorū hyſtoria op⁹ cū poſt fere biēniū q̄ illud
deprauaſſet impſſor recognoſcēdū recepiſſem: tā multis uitiatū mēdis offē/
di: ut q̄ iā q̄ngēta emiſſa erāt uolumina domū (ſi fieri potuiſſet) reuocata eē
optarē: delēda prorſus & ſempiterna obliuione ꝓmēda. Qua ſane indignatōe affectus
mihi ne an impſſori magis iraſci deberē hæſitaui. Incōſideratōi enī meæ facile q̄ſpiā i
putarit: ꝙ meas nō erudito ſatis artifici lucubratiōes crediderim. Impſſori uero: ꝙ ad
ſe receptū op⁹ terſum reddere nō curauit. Sed q̄lecūq; id ipm quod q̄ror ē: iniquo me
orū ſane laborū fato accidit: ut ſtatī ab exortu officinā nacti ſint opificis mīme fami/
liā admonētis. Iā uero benigniore (ut ſpero) aſtro recognitū auctūq; a me op⁹ ꝓcedet
nixu maxīe. M. iohānis trechſel alemāni q̄ haud īops fortunarū ſecūdæ īpſſioni īpēſā
ſufficiet a diſerto ī primis iodoco badio ꝑſuaſus: quē mēdarū expūctorē domi alit an
nua illi mercede cōſtituta. Ille ſiqdē auctoritate & uigili cura: hic ſedula demerebitur
caſtigatōe lectorē. Qui nō prioris illi⁹ impſſionis gracilitate: macilētia: mēdiſq; offen
ſus: habebit merito gratiā diligētiorib⁹ magiſtris cū ſe admonitū ītelliget nō īcurrere
in ſiluā ineptiarū: ubi nō uirgulis: nō collis: nō comate quicq̄: ſed nec recta litteratōne
formatū eſt. Mihi uero hāc ſaltē gratiā haberi a poſteris expecto: ꝙ meū (ſi quē dam
nabunt) errorē ad meliorē & hyſtoriæ magis aptū ſcribendi caracterē cōuertent. Enī
uero uetus romanus ſcriptor cato nō apprime magnā in ſcribēdo elegantiā exhibuit:
admonuit tñ poſteros atq; aīauit ampliare romani maieſtatē imperii dicendo Vale.
Ex eiſdem ædibus noſtris anno. M.cccc.xcvii. ad calendas februarias



Tabula regum frācorū quorum geſta
in hoc compendio deſcribunt̄.

In primo libro continētur hec.

Francorū origo: & quare franci dicti ſunt
et qui eorū fuerunt duces priuſq̄ galliā
appeterent. Folio primo.

Primus francorū rex

Pharamondus: qui autor fertur extitiſſe
eius legis quā franci ſaliquā appellāt: ut
narratur folio.i.pag.ii.

Secundus rex

Clodio capillatus. folio.i.& pag.ii.

Tertius rex.

Meroueus: & childericus cuius tpe gillo
romanus francorum rex loco eius conſti
tuitur. folio.ii.pag.i.

Quartus rex

Clodoueus primus rex chriſtian⁹ ubi de
gōdobaldo burgundiæ rege & de cro/
tilde ſeu clotilde mētio fit. deq; ſanctis
uedaſto & remigio: de ampulla ſacra:
de liliis cælo delatis: de auriflamma: de
uiennæ obſidione: de quibuſdam oſtē/
tis: de alarico gotho: de anaſtaſio impe
ratore: de prodigiis tempore mamerti
uiennenſis epiſcopi uiſis. Deq; aliis mul
tis compendioſe narrat̄. foliis.ii.&.iii.

Quintus rex

Childebertus: cuius tēpe franci tolletum
in hyſpania gothos ꝑſequētes ceperunt
ut habetur folio.iiii. Fit etiam mētio de
reliquiis diui uincentii. folio.v.

In ſecūdo libro cōtinentur hec.

Sextus rex

Clotarius primus: ubi de principio regni
yuetoti mentio fit. fol.vi.

Septimus rex

Aribertus qui & therebertus. fol.vi.

Octauus rex

Chilpericus primus ſueſſionū rex: ubi de
gontrano aurelianorum rege: et de fre
degonda multa dicuntur a folio.vi. uſ/
q; ad.xii. finē. Folio autē nono quid co
mes ſit oſtenditur

Nonus rex

Clotarius ſecūdus: ubi iterum de gontra
no & fredegonda. fo.x. uſq;.xiii.

In tertio libro cōtinentur hec.

Clotarii ſecūdi reliqua geſta. folio.xiiii.
et ibi de brunechilde multa. Et de dago
berti regis filii natiuitate: Deq; ſancti
dyoniſii ſanctorumq; eius reuelatione.
De attilæ ſerui fidelitate. Et de ſanctiſſia
crii ſcoti in franciam aduētu uſq; fo.xv.

Decimus rex

Dagobertus: ubi de fundatione ſancti dy
oniſii: & reſponſo infantis dum ab amā/
do baptiſatur. Et de lendito ſeu edicto:
hoc eſt de nundinis ſancti dyoniſii quo
modo inſtitutæ ſunt. Et quomodo tem
plum ſancti dyoniſii a chriſto dedicatū
ſit. Et quale uiſum in morte dagoberti
anſoaldo pictauēſi epiſcopo reuelatum
folio.xv.&.xvi.

Vndecimus rex

Clodoueus ſecund⁹ quem nōnulli ludo/
uicum uocāt. folio.xvi. pagina.ii. ubi de
caritate annonæ in francia: de regis ca/
ſu dum brachiū ſancti dyoniſii auferre
conatur mentio fit

Duodecimus rex

Clotarius cuius meminit in principio fo/
lii.xvii.& de ebroyno ibidem

Decimuſtertius rex

Theodericus rex ignauus: & reliqua de
ebroyno. fo.xvii.pag.i.

Decimuſquartus rex

Childericus & eius mors. fo.xvii.

Decimuſquintus rex

Theodericus qui decimuſtertius rex po
ſitus eſt: iterum ex monacho rex factus
folio.xvii.pag.i.

Decimuſſextus rex

Clodoueus. folio.xvii.

Decimuſſeptimus rex

Childebertus. folio eodem

Decimuſoctauus rex

Dagobertus ſecundus ibidem

Decimuſnonus rex

Chilpericus ex ſacerdote rex factus qui
daniel ante dicebatur. folio eodem hoc
eſt.xvii.pag.ii.

Vigeſimus rex

Theodericus. folio.xviii. Et ibi de caro/
lo martello. de wandalis & eorum ori/
gine. Et de monte ſoracte in tuſcia. folio
eodem. pagina.ii.

Vigeſimuſprimus rex
Pipinus ex maiore domus rex factus. fo/
lio.xviii.pag.ii. Vbi paulo poſt id eſt fo
lio.xix.de inſtitutione parlamēti:& de
bello aquitanico habetur

## In quarto libro contenta

De filiis pipini et de priuilegio inueſtitu
ræ eccleſiarum & inſtituendi romanum
pontificem francorum regi conceſſo.
folio.xix.pag.ii.
Vigeſimuſſecūdus
Carolus magnus imperator & rex. folio
xx.pagina prima. ubi etiam de parium
francorum origine:& ganelonis prodi
tione mentio fit. Folio autem ſequenti
de inſtitutione ſcholæ pariſienſis. Et de
eccleſiaſticis officiis q̄dam notatu di/
gna. De prodigiis exceſſum caroli ma/
gni præcedentibus. De theſauro. De
epitaphio:& dignitate eius:undeq; me/
ruerint francorum reges chriſtianiſſi/
mi uocari mentio fit.
Vigeſimuſtertius
Ludouicus pius imperator & rex. folio
xxii. Vbi contra faſtum prælatorum nō
nulla dicuntur. Deq; normannis & eo/
rum principe. Folio autem.xxiii.& pagi
na ſecunda oſtenditur ut honoris ſedes
peſtilētiæ cathedra recte dicatur. Et de
agro mendaciorum

## In quinto libro contenta

Vigeſimuſquartus
Carolus caluus imperator & rex. folio
xxvi. Et ibi mirabile bellum inter fra/
tres. Folio autem.xxvii.pag.ii.narratur
uiſum caroli calui:& comitatus flandrē
ſis initium.
Vigeſimuſquintus
Ludouicus balbus imperator & rex.folio
xxviii. Vbi de aduentu iohānis papæ in
franciam mentio fit
Vigeſimuſſextus &.xxvii.
Ludouicus & carolus reges ludouici bal/
bi ex ſcorto filii.fo.xxviii.
Vigeſimuſoctauus rex.
Ludouicus nihil faciens.fol.xxix.
Vigeſimuſnonus rex
Carolus ſimplex.folio.xxix. Vbi de Eu/
done andegauenſi caroli ſimplicis tuto
re:deq; normannorū appellatiōe:& ori
gine pagina ſecunda
Trigeſimus rex
Radulphus:quē carolus i regem aſſumi
pmiſit.folio.xxx.in principio.
Tigeſimuſprimus rex
Ludouicus Caroli ſimplicis filius. folio
xxx. Vbi mirabile prodigium narratur
& heberti uiromādorum comitis ſuſpē
dium in colle heberto
Trigeſimuſſecūdus rex
Lotharius ludouici filius.folio.xxxi.
Trigeſimuſtertius rex
Ludouicus qui nulla re clarus compēdii
ſepultus eſt:ut habet fo.xxxii.
Trigeſimuſquartus rex
Carolus:quem hugo capetus regno ex/
pulit:quocirca in regum cathalogo aq/
buſdam non ponit.fol.xxxii.
Trigeſimuſquintus rex
Hugo capetus qui regnū uſurpauit.folio
xxxii. Et ibi de gelberto philoſopho:
quem magiæ ſcientē dicebant.
Trigeſimuſſextus rex.
Robertus uir litteratus & apprime religi
oſus.folio.xxxii.
Trigeſimuſſeptimus rex
Henricus huius nomīs primus qui et bur
gundiæ ducatum tenuit:ut recitatur fo
lio.xxxii.pagina ſecunda

## In ſexto libro contenta

Trigeſimuſoctauus rex
Philippus eius nominis prim⁷.fo.xxxiii.
Vbi bituriges & uaſtinii ad regnū fran/
ciæ accedunt.
Trigeſimuſnonus rex
Ludouicus groſſus: de cuius coronatio/
ne quo loco debeat fieri contenditur.
folio.xxxiii.pagina ſecūda. Folio autē
xxxiiii.bellum ab anglia mouet. Et cru/
dele facinus in rupe guidonis narratur.
Sequenti folio Balduinus flandrius ma
le curato vulnere diē obit:& auriflāma
pandit. Motus fit cōtra comitē i flādria
Quorūdā quoq; ordinū origines & in/
crementa recitant.fo.xxxv.
Quadrageſimus rex.
Ludouicus iunior.folio.xxxv.pagina.ii.
Vbi de iohanne de tēpibus mentio fit.



Item de expeditione in hieruſalē:ubi ſe
quenti folio egregiū impatoris conrar
di factū memorat. Folio aūt.xxxviii.do
cetur quare henricus anglus normanni
am:andegauiam:cenomaniā:& turoni/
am obtinuerit.
Quadrageſimuſprimus rex
Philippus auguſtus:& de oſtento añ eius
natalem uiſo. Deq; iudeorū perfidia &
expulſione. Et hallaꝝ pariſienſiū cōſtru
ctione:folio.xxxviii. Sequenti aūt lute
cia pariſiorū lapidib⁷ ſternitur:folio.xl.
Sanctus audomarus comiti flandrenſis
aduenit. Et ordo ſanctæ trinitatis per re
uelationem inſtituitur. Hæretici uincun
tur:inter quos almaricus.

## In ſeptimo libro contenta.

Quadrageſimuſſecundus rex
Ludouicus: ſancti Ludouici pater: foliis
xliii.&.xliiii.
Quadrageſimuſtertius rex
Diuus Ludouicus qui Tunicii mortuus
eſt:de quo foliis.xlv.&.xlvi. ubi de pa/
ſtorellis:de legibus bonis a ludouico la
tis:de carmelitis & aliis multis.
Quadrageſimuſquartus rex
Philippus diui Ludouici filius qui parpi/
gniaci mortuus eſt:folio.xlviii.
Quadrageſimuſquintus rex
Philippus pulcher:folio.xlix.ubi de flan/
driæ comite a rege cum filio capto. fo/
lio ſequenti:de francorū apud curtracū
interitu:folio.li.de flamingorum clade
folio.lii.de templariorum errore:& de
lugdunenſis archipræſulis pœna.
Quadrageſimuſſextus rex
Ludouicus hutinus: folio.liii.
Quadrageſimuſſeptimus rex
Iohannes octo dierū rex:cuius parua mē
tio fit folio.liii.pagina.ii.in principio.
Quadrageſimuſoctauus rex
Philippus longus folio.liii.pagina.ii.ubi
de flandrenſium rebellione:de paſtorū
latrociniis:deq; leproſorum & iudeorū
maleficiis & pertinacia.

## In octauo libro continētur hec.

Quadrageſimuſnonus rex
Philippus pulcher: folio.liiii.
Quinquageſimus rex
Philippus ualeſius:folio.lv.qui bellum ī
flamingos mouit. Vbi etiam de edouar
do anglorum rege qui regnum petebat
& de caliſio ab eo capto mētio fit. Folio
autem.lvi.de comite artheſio: de arte/
uilla:de haricuriæ comitat⁷ origine me
minit:& ſequenti de francorū apud ſclu
ſam interitu: folio.lviii. de cauſa regni
ab edouardo uendicandi.

## In nono libro cōtinentur hec.

Quinquageſimuſprimus rex
Iohannes quē richardus in picardia ſupe
ratū cepit:folio.lx.&.lxi.ubi cōtinue ha
betur de pariſiorū ſeditione:& malleis:
necnon de nauarri regis factionibus.
Quinquageſimuſſecundus rex
Carolus quintus:folio.lxvi. Cuius conſti
tutiones de filiorum in regnum ſucceſſi
one habentur:folio.lxvii.pagina.ii.
Quinquageſimuſtertius rex
Carolus ſextus: folio.lxix. Vbi de ceruo
cum torque aureo inuēto: folio.lxx. de
flamingoꝝ aūt cæde apud roſebequam
& de mercatorū pariſienſiū ꝑpoſituræ
ſuppreſſione: & nauarri regis terribili:
ſed digna morte ſuis locis notatum eſt.
deq; regis furia:folio.lxxix.pagina.ii.

## In decimo libro contenta.

Quinquageſimuſquartus rex
Carolus ſeptimus qui anglos francia ex/
turbauit:folio.lxxxviii.& multis ſequē
tibus: ubi de Iohannæ puellæ egregiis
facinoribus:de normanniæ ſubactione:
deq; aliis multis ī marginib⁷ notatū eſt.
Quinquageſimuſquintus rex
Ludouicus undecimus:folio.cvii. & mul
tis ſequentibus.ubi de Carolo burgun/
do apud nantiū occiſo mentio fit.
Quinquageſimuſſextus rex
Carolus octauus. Qui remiſſa ad Maxi/
milianū patrem Margareta auſtriæ: An
nam franciſci britonū ducis filiam uxo/
rē cum britonū ducatu accepit: a folio
cxxii.uſq; in finem compendii.

Finis tabulæ. Deo gratias.

Heraſmus Rotterdámus Roberto gaguino uiro undecũq; doctiſſimo Salutẽ dicit.

q Vod francorũ regum principũq; res geſtas: idonei ſcriptoris deſiderio: hacte
nus in tenebris ꝓpe ſepultas pedeſtri hyſtoria in lucẽ efferre: atq; immorta/
litati conſecrare inſtitueris Roberte gaguine: præcipuũ gallicæ academiæ
decus: nõ poſſum equidẽ iſtũ tuũ laborẽ non magnopere ꝓbare. Suſpiſti ẽm (imo po
tius ſuſcepiſti) munus (mea ſententia) pulcherrimũ: & cũ oĩbus latinarũ litterarũ ſtu/
dioſis: incredibili uoluptati futurũ: tũ uero galliæ tuæ ſplendidũ, ĩprimis. magnificũ:
ac (ut ita dixerim) triũphale: deniq; tua doctrina: tua eloquentia: tua pietate digniſſi/
mũ. Neq; ẽm ulla te alia cauſa (q̃nquidẽ neq; q̃ſtus neq; gloriæ uel leuis unq̃ tibi habi
ta ratio eſt) ad iſtud negocii capeſſendũ: ꝓuocatũ eſſe facile crediderim: q̃ ſingulari in
patriã pietate: quã & tu: & optim⁹ quiſq; ſemp fecit maximi. Dolebat nimirũ tibi (qd̃
ego quoq; mecũ interdũ mirari ſoleo) gallorũ uirtuti gloriã tam maligne reſpõdere:
& q olim cũ italis factis ſæpe cõtenderint: nunc etiã p̃ceſſerint: eos tñ ob hyſtorici pœ
nuriã: opinione ac fama tam longo interuallo conſequi. Dabunt itali mihi ueniã: ſi no
bis idẽ uidet᷑: quod franciſcũ philelfum italum natũ non puduit fateri. Extat ẽm illius
ad karolum regẽ: huius (opinor) auũ epiſtola: in qua præter multas laudes: q̃bus fran
ciæ regnũ ꝓſequit᷑: illud quoq; ingenue fatet᷑. Romanos q̃dem olim. pacis belliq; arti
bus: longe oĩm ampliſſimũ ſibi peperiſſe imperiũ: p̄terea nõ ſegnius ingeniis: q̃ prius
fecerant armis: cũ græcis cõtendiſſe: uerũ antiquã illã imperii gloriã: factionib⁹ ac ſtu
diis prauis: in deterius ꝓlapſam eſſe. Contra uero franciæ regnũ: prudentia regũ: prici
pũ fide: ciuiũ cõcordia. eouſq; creuiſſe ut iam facile cũ quouis alio chriſtiani orbis im/
perio poſſit cõtendere: uel opibus: uel imperii finibus: uel rerũ geſtarũ magnitudine:
uel regũ nobilitate: quos plurimos habuiſſe conſtat: non fortiſſimos modo: uerũetiã
pientiſſimos. Quapropter in hoc regno: nõ iniuria. ſenatus chriſtianus cõtra turcorũ
uiolentiã potiſſimũ atq; unicũ præſidiũ ſibi collocaſſe uidet᷑. Sed tñ unum q̃ddã adhuc
tanti imperii maieſtas deſiderare uidebat᷑. Cætera uel par uel inferior: Liuio atq; Salu/
ſtio uicebat adhuc italia. Nam (ut ſcite cecinit Horatius) regũ ducũq; bene geſta: quã
tũuis alioquin præclara: aut intermoriant᷑: aut obſcurent᷑ ætate neceſſum eſt: niſi hiſto
rici eloquentis opera litteris (unicis rerũ cuſtodibus) cõmẽdent᷑: perinde gloria apud
poſteros ualitura atq; is q ſcripſit ingenio ualuerit.   Hãc tu ſupremã ꝓuinciã: diſertiſſi
me gaguine: tanq̃ fatis tibi ſeruatam: uelut alter Scipio ſummo omniũ applauſu ſuſce
piſti: difficillimã plane atq; immenſi negocii: ſed tñ roberto prorſus aptiſſimã. Qui ita
credã rogas? Cum multis de cauſis: tũ duabus potiſſimũ ita mihi uidet᷑. Duo ſunt ẽm
præcipua: q̃ in hyſtorico ꝓbato quæri ſolent. Nempe fides & eruditio. Nam ut ſcripto
ris leuitas: ueris quoq; nõnunq̃ fidẽ abrogat: ita et grauitas hyſtoriographi priuata au
ctoritate rebus ipis fiduciã quandã addere ſolet. Vt itẽ narratoris imperitia (ut fidem
faciat: quod ne ipm quidem poteſt) tamen res plærũq; per ſe ſatis illuſtres: obſcurat
ĩminuit: deturpat: ita docti ſcriptoris ingeniũ: obſcura illuſtrat: humilia eleuat: ſplẽdi
dis lucẽ quãdã ac decus appõnit. Quoniã uero & fides & eruditio: utraq; tãta in te ſunt
quãta ĩ alio nemĩe: nemo ꝓfecto fuit iſti muneri aptior: uel iſtud muneris nemini fuit
aptius: q̃ tibi uni: qui poſſes: & ꝓ ſingulari tua grauitate fidẽ facere: & ꝓ nõ vulgari elo/
quentia rem adornare. Tam facile ſuſpicor humaniſſime guaguine te ſubiraſci Heraſ
mo tuo: q laudum tuarũ uel tantillũ auſim attigere. Neq; ẽm me clam eſt: q̃ modeſto
q̃ pudenti (ne dicã putidulo) ſis ingenio præditus: q̃ppe: q amicã etiam laudatiunculã
multo moleſtius ferre ſoleas: q̃ quiſpiam alius conuiciũ ferat. Sed obſecro te: dato hãc
ueniam meo in te amori: ut q̃ paſſim oẽs prædicãt: fas ſit etiam amico meminiſſe. Cui
ẽm tuorũ. incredibilis uitæ tuæ: morũq; integritas: innocentia: grauitas: non eſt ſpecta
tiſſima? Vbi gentiũ non prædicata? Adeo ut non modo de ſcriptis: ſed ne de dictis qui
dem gaguini ulla poſſit incidere ſuſpicio uanitatis. Adde ꝙ cum oẽs norint: te fran/
cos reges tuo merito ſemp feciſſe plurimi: ſeriis in rebus opera tua perſæpe uſos. te re/
giis arcanis conſiliiſq; ſæpenumero accitum. te regio nomĩe. cum apud diuerſas gen/

tes. tum apud italos crebro legatione functum eſſe: facile conficiunt. te unũ gallorum
geſta: & priſca curioſius relegiſſe: & recentiora exploratius ueſtigaſſe.   De eruditiõe
porro tua quid ego cõmemorem? Ipſa (quod aiunt) abunde ſe prædicat. Teſtis abun
de eſt hoc celebratiſſimum gymnaſium urbis pariſiæ: cuius tu florentiſſima alio/
quin ſtudia primus latinarum litterarum opibus decoraſti: pulcherrimoq; incremen/
to eloquentiæ: quã unam adhuc deſiderare uidebant᷑ adauxiſti. Ipa teſtis eſt italia: q̃
te ſæpenumero maximis de rebus grauiſſime diſſerentẽ audiuit: nõ ſine ſtupore: ĩmo
fortaſſis non ſine dolore: ꝙ (ut de Cicerone dixit appollonius) eloquẽtiæ laudẽ quã
unã adhuc ſibi propriã habuiſſet: uideret p te galliæ cõem fieri. Teſtes ſunt litteratiſſi/
mi, quiq; noſtræ memoriæ ſcriptores: qui certatim uno ore oẽs: tuum ingeniũ prædi/
cant: efferuntq;. Quorũ nulla prope pagina eſt: quæ ſibi gaguini nomen non habeat.
Teſtes deniq; ſunt: uel locupletiſſimi: præſul ampliſſime: tui libri: qui iam p orbẽ diſſe
minati: paſſim ſumma cum ſtudioſorum uoluptate lectitantur. In q̃bus oĩbus tametſi
uel oratione ſoluta uel carmine: non eruditis ſolũ: uerũetiam curioſis auribus abunde
ſatiſfacias: in iſto tñ ſcripti genere id eſt in hyſtoria (ſi quid ultra crepidam ſutori per/
mittis) ſingularem quẽdam ac mirificũ artificem præſtare uideris: atq; in cæteris q̃dẽ
plurimos: in hyſtoria teipm ſuperaſſe. Tanta eſt ſermonis puritas: elegantia Saluſtia/
na: fœlicitas Liuiana: ſumma luculentia: uarietas iucundiſſima: in conſiliorum: ratio/
num: temporum: cõmoditatis: dignitatis: ac cæterorum id genus: quæ doctum hyſto
ricum arguunt: obſeruatione ſingulare artificiũ. Tanta eſt narrationis uiuacitas ut res
geri: nõ narrari uideatur.  Neq; uero deeſt dulcis quædam breuitas: q̃ hyſtoriis: ut rara
ita gratiſſima lectoribus eſt. Nam bone deus q̃ uaſtam rerum ſyluam: q̃ breui uolumi/
ne: q̃ abſolute complecteris: & prolixe breuis: & breuiter prolixus? Cui igitur nõ præ/
clare cum gallicis rebus actum uideatur: cui talis præco contigerit? Alexander ille ma
gnus: cum ad Achillis ſepulchrum perueniſſet. O te fortunatũ (inquit) Achille: q Ho/
merum tantum poetam laudum tuarũ præconem ſortitus ſis. Et quis franciam quoq;
non fortunatiſſimã cenſeat: quæ Robertũ ſuarũ laudum præconem optimũ nacta ſit?
Quid illi ſuperũ benignitate præſtari potuit: pulchrius: magnificentius: diuinius? Ni/
hil profecto neq; tu guaguine doctiſſime: inſignem tuã erga patriam pietatẽ: grauiore
prorſus argumento potuiſti declarare. Quæ tametſi antea quoq; plurimũ tibi deberet
ut quã latinis mercibus primus ditaſſes: hoc tñ inæſtimabili beneficio adeo deuixiſti:
ut quantãuis habeat: parem tamen nunq̃ ſit gratiã habitura. Quæ ẽm ſtatua: qui titulĩ
quod monimentũ: ualeat iſtius beneficii magnitudini reſpondere? Priſci illi maiores
ſuos: qui uel imperium paraſſent: uel auxiſſent rempublicam: uel aliter de patria bene
meriti eſſent. ſolebãt diuinis afficere honoribus: titulis in æs inciſis honorare: ſtatuis
donare aureis. Atqui longe præſtãtius eſt: maiorum gloriam ab ortu ad occaſum uſq;
protendiſſe: q̃ agrorum limites extendere. Minus eſt ſaxea mœnia: ædeſq; urbanas.
ab incendio tueri: q̃ optimorum regum ac ciuium gloriã ab inuidis obliuionibus (ſic
enim appellat Horatius) & interitu uindicaſſe. Non paulo magnificentius mihi uide
tur: patriam optimis litteris auxiſſe: locupletaſſe: decoraſſe: q̃ ſpoliis: q̃ exuuiis: q̃ ceris
q̃ id genus monimentis phaleraſſe. Nullæ enim tabulæ: nullæ ceræ: nulla numiſma/
ta: nullæ ſtatuæ: nullæ pyramides: neq; clarius indicant: neq; fidelius cuſtodiunt regũ
gloriam: q̃ hominis eloquentis litteræ. Poſthac gallorum gloria: quæ hucuſq; tanq̃
anguſtiis incluſa delituit: fulminis inſtar emicabit: & gallo quidem cantore: ſed (quo
pulchrius eſt) romana tuba decãtata omnium regionum aures perſonabit. Omnibus
illa terris: urbibus: gymnaſiis: legetur: celebrabitur: cantabitur: nec gaguini beneficio
unq̃ interire nouerit: immo cũ ætate uſq; ſuccreſcet.   Amplectere igitur O francia im
mortale laudum tuarum monimentum Robertum gaguinum alumnum tuum: im/
mortalitatis tuæ uindicem: ama. cole. uenerare. Nos certe: & quibuſcunq; egregia ſtu/
dia cordi ſunt: te præſul ampliſſime non amare non poterim⁹: per quem id quod in lit
teraria ſupellectile præſtantiſſimũ habebamus: hoc eſt hyſtoriam. adauctum eſſe con
ſpicimus.   Vale decus litterarum & meum.

**In gallorum annales a reuerendo patre Roberto gaguino ſtatim edendas benedicti montenati præludium.**

n

On potuiſſe quēq̄ ſuperioribus ſæculis gallorum inclitæ gentis fortia facta
digne ſatis recenſere ſemper ipſe putaui: quādoquidem res quædam ſacra
religioſæ nationis geſta retexere. & quæ uirum ſingulari arte: uirtute & re/
ligione præſtantiſſimum deſideraret. Verum de induſtria ad hoc uſq; euū
ipſa hæc noſtra gallia difficilem hanc prouinciam ſuperis uolentibus ī roberti hume/
ros reiiciendam ſapienter curauit: quem ingenti ſpiritu: tuba uehementer inſonātem:
populum ſæpe uictorem (francū dico) præſtanti corpore & armis militem cantatū ire
expectamus. Decuit enim roberto uiro facundiſſimo rerum franciæ archanarum con
ſcio ordinis quoq; ſacratiſſimi maximo antiſtiti: hoc ingēs opus: & quod ſacrū dixerī
reſeruatū iri. Profecto ſacrati francorum reges: cæleſti oleo delibuti: hūc multis ſæcu/
lis poſtulabant: quem deorum dono noſtra hac tempeſtate tandem nacti ſunt. Ergo
auſpiciis tuis uir omnium præſtātiſſime gallia ſuo marte ferox ornataq; torque deco/
ro in gentibus & nationibus efferetur. Animoſum quoq; eius pectus & uox terribilis
ubiq; audietur: nec ſinet lōgius clariſſima ſua geſta in nubis obſcuro latere. Ipm mar/
tialis populi præclarum facin⁹: iā iam indignabundum nube diſcuſſa erumpet: & quo
diutius deorum iuſſu in obſcuro delituerit tanto uehemētiore ſono & fulmineo igne
exteras nationes attonitas reddet: hominumq; adacto fulgore perſtringet oculos. Fa
bulatur præclarus romanæ hyſtoriæ ſcriptor martem cum rhea uirgine ueſtali conue
niſſe. Hoc quoq; adiiciendum foret romanæ genti propter mulierem libidinoſam &
turpia obſtinata mente rogantē numæ affuiſſe. Verum ſecus hic martialis fauor fran/
cis ſemper affuiſſe creditur. Quippe qui animoſo pectore mēteq; generoſa deus dele/
ctatus: totum ferocis audaciſq; franci animū inhabitat: pectus quoq; generoſum ad bel
la edocet. Familiaritatem idcirco romanam quam ſtupro inceſtu & muliere contami/
nata effecerat ipſe mars iampridem damnauit. Quo factum eſt ut nullus olim exerci/
tus cuiuſuis imperator cum alieno rege cōflictare ſine gallica ſtrenuitate auderet. Sed
iam uirum eximio quodam genere & ſingulari dignitate præſtantem uideo. Qui (ut
cum marone loquar) Aere ciere uiros martemq; accendere cantu: præſto eſt. Hic eſt
æneator ille tubicen cuius deſiderio tantopere gallia flagrabat: quemq; fortiſſimus q̄ſ
q; miles gallus obteſtando imprecatur: non ſinat longius ſuam gloriam atra nube late
re. Eya ergo belli gallici fragorem: francorum fulmen & ignes quiſquis es audito: pari
quoq; ſpiritu a uiro antiſtite præclara gallorum facinora te auditurum ſperes quant⁹
animus gallis ſemper ineſt. Expectate diu tādem ueniſti roberte qui uirorum pugnas
e ſuggeſto altiſſimo & quod neminem antea aſcendere licuit nobis in pulpito ſedenti
bus pronūciaturus es. Ipſe ſane fœlix qui nec uocis ſono neq; materiæ fœlicitate liuio
inferior in populo effereris. Sed iam operæprecīu eſſe exiſtimo: ſonoram roberti tu
bam & qui acies ſplendentes ad pugnam inſtructurus eſt: audire.



ROBERTI GAGVINI ordinis ſanctæ trinitatis de redemptiōe captiuorum ge/
neralis miniſtri: ad ſibi ſpectatiſſimum & ueterem amicum petrum buriū eccleſiæ am
bianenſis canonicum: Compendii de origine & geſtis francorum: Liber primus inci/
pit fœliciter.

f

Ranci (ut plæræq; aliæ nationes) a troianis prodiiſſe gloriantur. Franci a tro/
Quibus ob raptam a paride helenam in exilium actis: pars ad meo/ ianis orti.
tydem lacum quem tanais influit proxime alanos francione duce Meotys pa/
conſedit: ubi ex noīe ducis appellatione ſuſcepta ſycambriā ſibi nō lus.
mediocrem urbem pannoniis finitimā extruxerunt. Quam longo Alani.
poſt tempore cū euerſam gothi reliquiſſent: alterā in proximo col Sycambria.
le a ſe conditā uſq; ad ualentiniani romani principis ætatem incolu Valentinia/
erūt: unde & ipſi quoq; a ualentiniano hac quā ſubiicimus ratione exacti ſunt. Deſci/ nus.
ſcentibus ab imperio alanis: cū propter paludis altitudinē aduerſus inuadentem roma
num facile ſe tuerentur: accitis in auxiliū francis: ualentinianus annui quē romanis pē
debant cenſus: in decē annos remiſſionē proponit ſi rebellantes alanos in eius ditio/
nē adegiſſent. Qua ſpe erecti frāci: cū paludis eſſent frequēti traiectu aſſueti: negociū
receperūt. ductiſq; in alanos copiis: lacū ſuperāt. & feroci ſtrage alanos reddūt impera
tori audiētes. Qua uictoria francos id eſt feroces eſſe a Valentiniano appellatos non Quare dicti
nulli tradūt: aliis cōtendentibus: a remiſſione tributi & libertate accepta francos hoc ſunt franci.
eſt liberos dictos eſſe. Ipſe magis iis accedo q̄ a francione nomē ſortitos autumāt. Nā
poſterior hæc appellatio gentis antiq̄tati nō cōuenit. Leuati tributo franci cū urbē
ſycambriam: tū uires firmauerunt ita ut exacto decēnio: dū ab illis cenſum repetit im
perator exactori penſionē detrectent. Hinc bello exorto: cū pauci plurimis ægre reſi/
ſterent: ualida Valētinianus manu francos expugnat Neq; hoc pacto libertatē amiſe
re franci: ſed coacta raptim ciuiū multitudine: traiecto hyſtro: ducibus marcomiro ſy
mone & genebaudo (iam eīn francio uita deceſſerat) multis p̄ germaniam habitis ui
ctoriis ad rhenū ſe cōtulerunt: ubi etiā nunc francfordia nō contēnendū oppidum uiſi
tur francorū opus atq; ad tempus ſedes. Verū cū hæc de ſycambris & francorū exor De francorū
tu cōſtantiſſime narrentur: ſuboritur tamē mihi ex ſententia cæſaris non ſine ratione origine dubi
dubitatio. Qui geſta in galliis a ſe bella litteris mādās: ſycambros ait ad ulteriorē rhe tatio.
ni oram proxime ſupra ubios. i. colonienſes agros ea tēpeſtate incolere. eoſq; aliquā/
do auſos gallias (enauigato rheno) incurriſſe. ſuppetias quoq; aduerſum ſe gallis mi/
ſiſſe. Quamobrem ī eos: ut terrore noīs romani quietos germanos redderet: mouiſſe
ſed mox ad primū nūcium in ſiluas penitus ſicambros abiiſſe. Atq; ita incenſis eorum
agris ad ubios ſe iterū rettuliſſe. Deinde cū ariouiſtū fugientē diligenter quæri iubet:
atq; eburonū res depopulari cuiuis liberū eſſe præconis uoce p̄mittit: prædæ occaſio/
ne ſuſcepta ſycambros flumine tranſmiſſo incredibili celeritate duobus equitū mili/
bus coactis: ex eburonibus ingentē prædam ſuſtuliſſe. Conſtat ergo ſycambros iā diu
ante Valentiniani tēpora in germania conſediſſe. & non ab eo primū ſedibus eſſe eie
ctos. Niſi forte quis putet hos ab illis diuerſos eſſe quos ſycambriā urbē ad meotydē
lacū ſtruxiſſe ſupra memoraui. Quod & ānonius tradit ī ea hyſtoria quā ſuo abbati di
cauit ſcribēs thorgorū una cū frācione troia abeūtē trachiā petiiſſe: & ab eo thorgoꝝ
gentē nomen accepiſſe: ſub q; Philippo atq; Alexandro poſteros eoꝝ militaſſe. Vtcū
q; res ſe habet neminē tamen noſtratiū ſcriptorū hæc aīaduertiſſe miror. Sed propo/
ſitā nobis breuitatē perſequamur: de rerū ſerie utiliſſima quæq; excerpentes

g

Raſſantibus in germania francis: & caſtellis aliquot in ſuam poteſtatem rece/
ptis: Theodoſius q̄ imperio præerat eius rei certior factus: Nāmæ & quintino
militū præfectis iubet francos adoriantur: data illis ualida militū manu. Qui
cōmiſſo acerrime prælio fuſi: eracliū & iouinianū ex theodoſianis ducib⁹ ſibi aſciſcūt.
Quorū aduentu reintegrantes pugnā: cū ad frācos uictoria inclinaret: eraclius & ioui/
nianus fuga ſalutē q̄ſiuerūt. Tantā ī eo prælio ſtragem romanos accepiſſe traditur: ut
poſtea franci formidini finitimis eſſe cœperint: oīs tributi exactione liberati: q̄q̄ Bo/

cacius quidā locorū ubi ſycambri conſederant adminiſtrator ad romanos ſe recipiēs renouato bello francos partim qdē fuderit: partim tñ cū integris pacē firmat.

Treueris.

e St treueris ciſrhenana potens ciuitas: cui præerat lucius patritius romanus: cuius uxorē qa lucius galliæ belgicæ præſes proſtituerat: cōſiliū capit traſſerendæ ad francos ciuitatis. remq; fœlici euentu exequitur. Potiti urbē franci cū anguſtati ſedibus proferre terminos pcuperēt: pars ſe alio conferre ſtatuit. triūq; & uiginti miliū manū ibro duce educentes: relicta germania ī penitiorē galliam irruperunt: ad ſequanā uſq; fluuiū oīa percurrentes. ubi agrorū & fluenti amœnitate oblectati ſtationē habuere. Pudet me hoc loco ignorantiæ chronicarii (ut ita dicā) hyſtorici: qui impreſſam ſupra paucos dies francorū hyſtoriā carolo octauo nunc francorum regnum moderanti dicauit. Tradit ſiquidē ille rerum & temporū non ſatis gnarus: francos cū ad ſequanæ ripam conſtitiſſent luteciā pariſiorū exædificaſſe ante chriſti natalem tercentū octoginta & quindecim annos: eamq; habitaſſe anno a derelicta ſycambria ducētesimo ſeptuageſimo ſupra mille. In qua re bis erratū eſſe perſpicuū eſt temporū ſupputationē non ignoranti. Itaq; ſi pulſi a ualentiniano ſycābria frāci luteciam cōdiderunt: qui fieri potuit: ut rebellantē luteciā cæſar in deditionē acceperit: quē minime dubiū eſt quadringentos ferme annos anteceſſiſſe ualētinianū? Aut quomodo uerū eſt: Luteciā ante chriſti aduentū tercentū nonagintaquinq; ānos cōdi a frācis potuiſſe: q nondū ſycābria extruſi: galliam nōdū ſomniauerāt? Quiq; poſt amiſſas ſedes: diu p germaniā uagi: poſt multa ſæcula rheni ſe accolas cōſtituerūt? Sed uiderit chronicarius q̄ a uero diſtātia ſcripſerit: admonitū ſuæ forte ſcriptionis pœnitebit. Seſſionis ad ſequanā tpe: nemo in francis regiū nomē aſſumpſerat. Primus oīm marcomir⁹ dominationē in francos accepit: quē a priamo troiano rege prognatū in ſumma ueneratiōe habebāt frāci. Hic præterq̄ uallo muroq; munire urbes nihil illuſtre geſſit. Sed erat illi filius Pharamōdus corporis & animi præſtantia inſignis. Hūc ex cōſilio patris ſibi primū regē conſtituūt. regēdi pmiſſa ſibi poteſtate anno ſalutis. cccc. xx. Qua modeſtiſſime adminiſtrata undecimo poſt acceptū regnū anno morte abſumptus eſt. relicto clodione filio regni hærede. Hic pharamōdus autor fert̄ extitiſſe legis q̄ ſaliqua a francis appellat̄. Nā cū ad rhenū uſq; peueniſſent frāci: feriſq; moribus uiuerēt q̄ttuor ex ſycābris ſpectatos primates ſelegit: q populo legē ferrēt: uſugaſtū loſogaſtū ſologaſtū & uiſogaſtū: q cōi gentis & procerū auctoritate freti. legē cōſcripſere. quam Pharamondus, edidit atq; pmulgauit: ad noſtrā uſq; ætatem nominatiſſimam.

Pharamondus.

Clodio.

h Ic Clodio a pmiſſo capillo capillatus appellatus eſt. Qui augēdi regni cupidus: cū adhuc in germania anguſtis ſedib⁹ arctaret̄. thuryngos ſibi finitimos ſuæ ditioni adiecit occupato diſbargo oppido: ubi regni ſede cōſtituta: cum iā p gallias romana uis laberet̄: ſoliq; belgæ imperiū nō detractarēt: in galliā belgicā exploratores pficiſci iubet. Nā eadē tēpeſtate lugdunū burgūdi: aquitaniā gothi ſubiugarāt. Clodionis nūcii regionis ſtatu pſpecto: renūciant terrā modicis pſidiis teneri. Vnde nihil moratus rex: in belgas traiicit. atq; agris late excurſis cameracū urbem a ſe obſeſſam capit. Inde p ſiluā (cui carbonaria nomē erat) tornacū petit: q̄ romano pſidio tenebat̄. Sed egreſſos urbe romanos p̄lio fudit: & potit̄ ciuitate. Paucis aūt poſt diebus: nullis liberis relictis: Clodio uigeſimo poſt regnū ſuſceptū anno uita exceſſit.

Cameracum

Silua carbonaria.

Tornacum.

Meroueus.

q Vi aūt illi ſanguīe propior attinebat meroueus: regno præfectus eſt. A quo uſq; ad pipinū karolimagni patrem ſeries generis regum ſine diſcidio perſeuerat. Fuit meroueus regno cōmodiſſimus: q̄q̄ a hunis tungros mettenſeſq; & reliquam galliam incurſantibus multa perpeſſus ſit. Nā in campis cathalaunicis cū Ecio patricio romano aduerſus attillam hunorū regē egregie depugnauit: ubi cētum & octoginta milia occubuiſſe traduntur. Inter quos Theodoricus Vuiſo gothorū rex Ecium ſecutus atq; meroueum interiit.

Childericus.

h Vius merouei filius childericus cum regnū accepiſſet: libidine apud ſuos uiluit. Nam ſtupratis multorum uxoribus: proceres cōmunicato cōſilio deſtituere eum regno ſtatuūt. Qua re ad childericū lata: guynomadum ex regni



primoribus amicū orat: præſenti fortunæ opituletur. Guynomadus abire regē monet Abeunti autem ſpem proponit recōciliationis: cuius ut certior in tempore fiat: aureū nummū partitur: datq; childerico partē: ſibi alteram ſeruat: admonens ſi conciliare illum proceribus poſſit: ſignum illi fore recipiendi regni: dum nummi partem quā ſeruaret recipiat. Nec mora: ad biſſinum thuryngiæ regem ſibi amicum childericus conceſſit. Eo exacto: primores regni gillonem romanum qui ſueſſionibus præerat acerſunt: ducēq; ſibi præficiunt. Cui guynomadus childerici non immemor ſe q̄ maximo aſtu poteſt beniuolum ita præbet: ut ſuo fere auſpicatu gillo gereret omnia. Firmata apud gillonem beniuolentia: guynomadus conſcius animi quem aduerſus gallos propter ereptam romanis ditionem gillo gerebat: ſuadet benignitatem ſimulet: amicitias comparet: quo petiti tributi mitior exactio foret. Docet quoq; francos natura contumaces eſſe: & ſuperiorem difficile ferre. propterea bene conſulturum: ſi francorum potentiores tollat: quorum ſupplicio cæteri terrerentur. Credit gillo conſultori: eiq; in primis hoc negocium mandat. Guynomadus non ignarus eorum qui childerici eiectionem procuraſſent: primarium quendam læſæ maieſtatis inſimulat: quem Gillo ad ſe miſſum necat: & complures præterea alios perſequitur. Qua crudelitate excitati proceres: guynomadum conueniunt: gillonis immanitatem accuſantes. Quibus guynomadus: miror (inquit) ueſtrā o proceres incōſtantiam: qui electum a uobis regem protenus execramini. An childericum deſideratis: qui a uobis ob uoluptariam uitam deſtitutus apud thuryngos exulat? Tolerabilius mulieroſum q̄ ſanguinariū regem tuliſſetis. Ille per adoleſcētiam illecebris illectus paulopoſt reſipuiſſet: hic romanus uobis natura infeſtus eatenus cruore ueſtro letabitur: donec recuperatam armis libertatem amittatis. At grauior nimis eſt morbus cui medela non ſuccurrit. Benignus eſt quem abieciſtis: reuocatus facile iniuriarum non recordabitur. His uerbis perſuaſi franci auctore guynomado childericum clam reuocāt. Qui parte nummi cuius ſupra fecimus mentionem accepta: ad francos ſecurus reuertit. Cui occurrens guynomadus eum hortatur ad barrum caſtellum quod cāpaniæ imminet demoretur. Vbi auctis copiis aduerſus gillonem bellum parat. Verum admonitus conſpirationis gillo: aduenientem childericum prælio adoritur. Quo ſuperatus poſtq̄ annos octo regnaſſet ſueſſionem ſe recipiens: quod ſupererat uitæ mœſtus illic abſumpſit. Cuius filius ſiagrius ſucceſſor habitus eſt.

Gillo romanus francorū rex loco childerici conſtituitur.

Gillo fugat̄.

r Ecepto regno: childericus magno animo iuuenis: odoagrum ſaxonem ſibi aduerſantē aureliā uſq; infeſtat. Vrbemq; obſidiōe cinctā ſuperat: capto qui in ea erat paulo præfecto romano deinde ligerim flumen tranſgreſſus: Andegauos ī fidem recepit. Huius childerici pſperitate cognita: baſina thuryngiæ regis uxor: ad regē francū: oblita uiri: ſe confert: illecta profecto iuuenis cōſuetudine. Quæ a childerico rogata q̄obrem deſerto uiro alium ſequeretur: qa inquit cōmunione tua uſa ſum: modeſtiamq; & uirtutem tuam ſum experta. Quod ſi meliorem te quēpiam uſq̄ terrarū eſſe mihi perſuaſum haberem: illum terra mariq; indefeſſa pſequerer. Hac libertate ſermonis delectatus childericus baſinam uxorem nondum chriſto initiatus accepit: biſſini hoſpitalitatis beneficentiā minime recordatus. Primo itaq; nuptiarum concubitu baſina childericū admonet: noctē ſine re uoluptaria prætereat: foreſq; palatii obſeruet: & quæ uiderit ad ſe perferat. Credulus mulieri uir tertio fores ædiū aſſeruans: ad baſinā quæ uiſa uiderit defert. Que non ſecus ac futuri præſcia uates cuncta interpretatur. prodituram ſcilicet ex eorum concubitu uariis moribus ſobolem. primā quæ generoſa natura foret: rhynocerōtas imitaturam: urſis lupiſq; haud diſſimilem. alteram: quæ rapinis animū intendat. tertiam quæ infeſto ſe dente commordens canum rabiem aſſumat. His baſinæ præſagiis gauiſus rex: in maximam ſpem rapitur uenturæ ex pſentibus nuptiis nobilioris familiæ. Deīde aliquot præliis uictos alemānos in poteſtatem accepit. multis tandem geſtis per annos quattuor & uiginti clarus: moriens filio clodoueo regnum reliquit. Per eos dies: ſanguinis riuus tholoſæ quam gothi occuparant die toto fluxiſſe uiſus eſt.

Odoager Saxo.

Andegaui.

Baſina thuryngiæ ducis uxor ad childericum uenit.

Viſum quod childericus uidit.

Prodigium.

Clodoueus. C Lodoueus ipſe ut erat ægregia forma:ita magnanimitate præclariſq; mori/
bus gratiam ſibi facile cõparabat. Siagrium in primis quẽ ſueſſionis princi/
pem pater gillo reliquerat:loco exturbat:ciuitate recepta. Inde incurſioni/
bus ad remos uſq;:prædas ex templis chriſtianis faciens:uas aquarium cui urceolo no
men franci dicunt:ad remygii remorum antiſtitis ius pertinẽs:exportat. Quẽ urceo/
lum ut recuperet pontifex oratum regem mittit. Sueſſionẽ regreſſus clodoueꝰ iubet
prædam omnẽ:eius in milites partiendæ cauſa:in unum locũ conferri. Quæ poſtq̃ cõ
geſta ſunt:petiit a proceribus præter eam quæ ſibi iure belli pertinebat portionem ur/
ceolum dimitti. Quod cum primores non abnuerent:quidam ex iis qui aderant indi
gnatus ꝙ plus reliquis ex præda rex deſumpturus uideretur:in urceolũ enſem adigẽs
neq; tu inquit rex ſupra cæteros niſi quod tuum eſt ex hac omni præda recipies. At ni/
hilominus rex iniuriam ad tempus ferẽs urceolum remigii legato reſtituit. Nec mul/
to poſt Clodoueus cum exercitum recẽſeret:uiſo eo qui urceoli temerator fuerat:oc/
caſione ſumpta (ꝙ ille uidelicet non ſatis commode armatus eſſet) appræhẽſum mi/
litem & ſolo proſtratum gladio confodiens:ad hunc inquit modum urceolum percuſ
Gódobaldꝰ burgundiæ rex ſeras. Erat per id tempus gondobaldo burgundorum regi:neptis ex fratre crotildis.
Cuius ſpeciem prudentiamq; cum per legatos occulte exploraſſet Clodoueus:ad gon
dobaldum ex ſuis aurelium mittit. qui ſibi uxorem conciliet:ratus una cum puella bur
Crotildis. gundia quoq; potiri poſſe. Gondobaldo q̃q̃ hæ nuptiæ nõ ſatis ad ſtomachum eſſent:
ꝙ illas in ſuam perniciem fore intelligeret. (Nam interceptis dolo Crotildis paren/
tibus:regnum uſurpauerat) ex conſilio ſuorum aulicorum matrimonium non detre/
ctat. Conuentu apud ſueſſionem habito:rex Clotildẽ regio apparatu ſuſcepit. A ma
uitq; tametſi chriſti documenta mulier ſequeretur. Quamobrem illa ſedulo admone
bat uirum deos non colere. ſed eum cuiꝰ ſe ipſa addixiſſet dominũ chriſtum. Sed ille ue
teris obſeruantiæ inſuetus:ſe maiorum traditiones relicturum negat. Interim Crotil/
Clodomirꝰ. dis filium enixa eſt:cui uocabulum Clodomiro fuit. Qui chriſtiano more baptiſmo
ablutus:intra paucos dies moritur. Huius interitum rex in religionem uxoris trãſfert:
infantem ab iratis diis abſumptum:ꝙ illum chriſto ſuo regina dedicaſſet. Grauida ite
rum Crotilde effecta:editum item infantem ſacris chriſtianis initiat. Moxq; ut eum
morbo laborantem rex accepit:uxori religionem improperat. deorum ſuorum maie
ſtati ſcilicet inimicam. Regina aduerſus regis querelas patientiam ſpemq; adhibens:
ægrotanti filio ſalutem:dei benignitate impetrauit. Pertinaci autem in errore clo/
doueo:bellum in alemannos inſtauratur. Conſtitutis in cõſpectu utrinq; exercitibus:
manus conſerunt. Pugnatum cum diu eſſet:francis cedentibus timet ſibi clodoueus:
Victor Clo/doueus chri/ſto credit. cælumq; ſuſpectans. Deus inquit quem crotildis religioſe ueneratur:audi. Si uicero:ſi
de te perpetua colam. Vix preces finierat rex:ecce alacres frãcos prælium redintegra
re conſpicatur. Quibus animum ipſe quoq; adiiciens:rege alemanno perempto uicto
Vedaſtus. ria potitus eſt:& alemannis lex poſita. Victorem & iam credulum chriſto regem ue
daſtus qui tulli aderat & qui poſtea attrebati pontificatum adminiſtrauit:ſecutus eſt.
cui rex credulitatis & fidei ſuæ rationem enarrauit. Crotildis credenti clodoueo gra/
Remigius. tulata remygium pontificem nihil morata conuenit:atq; ad Clodoueum introducit:
quem ad ſe admiſſum rex diligenter audit de fide & chriſti religione diſſerentem. Di
es abluendo regi indicitur:parato ingenti ornatu lauacro: cum ſacroſanctum oleum
quo liniri ritu chriſtiano qui abluuntur ſolent:ſiue miniſtrorum incuria:ſiue hoc agen
Ampulla ſa/cra. te deo allatum non eſſet:ecce de ſuperis delapſa columba phialam quã ampullam uo
cant odoratiſſimi liquoris oppletam ad manus remygii detulit. Creditum eſt ſpiritus
dei miniſterio id perpetratum eſſe. Eo liquore hic clodoueus primum:poſteri dein/
ceps francorum reges hactenus regnum adminiſtraturi ſacrantur. Miniſterio ablutio
nis expleto:clodoueus ad circunſtantem nobilitatem populumq; breui oratione ha/
bita ſuadet aſpernari falſam deorum religionẽ:& eius fidem profiteri qui chriſtus ap/
pellabatur:& dei filius eſſet:quo auctore hoſtem alemãnum inquit ſuperauimus. Re/
gis oratione perculſis francorum animis:chriſtũ profeſſi abluti ſunt. Clodoueus ut



profeſſam fidem inſigni aliquo opere illuſtraret:templum in colle lecuticio qui nunc Templum a
genoueſæ appellatur pariſii a fundamentis extructum diuis apoſtolis Petro & Paulo clodoueo pa
dicat. Non præteribo huic loco adiicere quod nullo certo auctore ſed perſeuerãte ad riſii factum.
hanc meam ætatem fama uulgatum accepi. Fuiſſe regibus francis buffones tris nobi/
litatis quidem inſigne:ſed Clodoueo chriſtianis ſacris initiato demiſſum cælo eſſe id
quod nunc reges geſtant:lilia aurea quibus ſubeſt cæli ſereni color:quem aſurum frã/ Lilia cælo de
ci dicunt. Ad hanc rem mihi aſtipulatur diui bartholomei monaſterium quod gaudiũ miſſa.
ballis appellatur:ubi fons huius miraculi teſtis ab incolis oſtenditur. Traditum quoq; Aurea flãma
eſt pannum ſericeum rubrum inſtar ſigni militaris quadratum miro fulgore ſplenden
tem diuinitus eſſe exceptum. quo in expeditionibus cõtra fidei chriſtianæ hoſtes pro
ſigno franci reges uterentur:huicq; uexillo nomen auriflammam hactenus perman/
ſiſſe. diuq; a dyoniſianis cœnobitis aſſeruatã eſſe. Sed abutentibus ſigno aduerſus chri
ſticolas regibus:illud euanuiſſe. Alterum tamen non diſſimili forma inſtauratum eſſe
quod ab epiſcopis & loci abbate conſecratum inter ſacra aſſeruatur. Sunt qui hoc cæ/
leſte beneficium Karolo magno collatum fuiſſe contendunt. Sed ad clodoueum re/
uertamur. Geſtum eſſe inuenio a clodoueo bellũ aduerſus ſigebertum quẽpiam. quã
rem ab hyſtoricis non explanatam prætermitto. Occiſum tamen eum a francis & for/
tunis omnibus ſpoliatum conſtat. Paternam deinde necem animo frequenter uol/
uens crotildis:ultionis percupida mulier clodoueum adit:queriturq; paternum ſibi re
gnum fraude gondobaldi burgundionis ereptum:necato eius patre:matre uero in ꝓ
fluentum abiecta. Id inhumanum facinus cauſam maximã regi eſſe debere:belli ad/
uerſus gondobaldum gerendi:quo & indignam parentum eius necem:ulciſceretur.
& burgundorum regnum reciperet. Adductus rex coniugis querimoniis:in burgun/
dos mouet. agros incendit. & fugatum gondobaldum obſidet:obſeſſum capit. Sed di Gõdobaldꝰ
ues auro gondobaldus:opera aredis arelatæ urbis præpotentis municipis:magnis mu capitur.
neribus clodoueo oblatis:ſe liberat:annuum tributum regi pollicitus. Relicto quin/
q; milium armatorum in burgundia præſidio:cui gondeſillum gondobaldi fratrẽ præ
fecerat:clodoueus in franciam reuertitur. Egreſſo burgundia rege:gondobaldus gõ/ Vienna.
deſillum uiennæ obſidet:fratrem in ea depræhenſum non ſine multorum ſtrage truci
dauit. Per idem tempus irrumpentibus in galliam gothis:bona franciæ parte occu
pata:arriana impietate plurimi tenebantur. Aſſumpta in eos expeditione:clodoueus
priuſq̃ moueret:paternum uirum ex ſuis prudentem ad alaricum gothorum principẽ
in aquitaniam oratorem de rebus quæ ex uſu utriuſq; regum eſſent mittit. Conuenit
diem locumq; regum colloquio dicere. Conſtituto tempore quo inermis quiſq; acce
deret:clodoueus iter in aquitaniam parat. Interim paterno negocium dat:exploret q
bus gothi indumentis utantur. Qui ad alaricum reuerſus offendit hominem & ſuorũ
quẽq; ferream uirgam non minime craſſitudinis manu geſtare:que uel ad percutien/
dum uel iaculandum idonea uideretur. Quem dolum prudenter animaduertens pa/
ternus:appræhenſa regis manu:promiſſi eum admonuit. Ille dolum quatenus potuit
diſſimulans:perfidiam abſcondit. Tandem paterno in ſuſpitione perſiſtente:placere
ſibi alaricus ait controuerſiam quæ inter reges agitabatur ad Theodoricum ytaliæ re
gem referri:ab eoq; definiri. Cum ad theodoricum uentum eſt:ille cauſa cognita:
litigatores in aquitaniam remittens:iubet paterno ut in ſummam turrem quã ipſe de
ſignabat aſcẽderet:haſtamq; erectam teneret:gothi uero tamdiu nummos ad haſtam
coniicerent:donec ad eius mucronem coaceruatis nũmis:haſta tota tegeretur. Quod
iudicium non acceptauere gothi. Sed indignabundi:paternum ludibrio habuerunt.
Nam cubiculi eius effractis quibuſdam tignis:& deſuper coniectis tapetibus cum peri
culum occultaſſent:paternus dum noctu curandi corporis gratia exurgit:per effractũ
tabulatum deorſum præceps delapſus brachium effregit:reliquo corpore grauiter cõ
cuſſo. Hac iniuria affectus paternus gothorum perfidos mores clodoueo renunciat.
Quamobrem irritatus rex:oratione ad ſuos de uiolato oratore habita:exercitum in/
gredi ad hoſtes imperat:prius tamen q̃ in aciem prodiret ad diui martini ſepulchrum

donaria mittit: tanq̃ de futura uictoria oraculum expectaret. uenientes qui miſſi erant
dum ad fores templi accedunt audiunt pſallentes ſacerdotes dauidis hymnum. Prote
xiſti me domine uirtute ad bellum. Quod ominis loco ſuſcipientes: oblatis muneri/
bus: ad regem perniciter ſe conferunt. Oraculo accepto rex erectior factus: ad hoſtem
feſtinat. Dum procedit agmen: uienna amnis obſtitit: qui crebris imbribus intumue/
rat: ita ut uado tranſiri non poſſet. Impeditū dolēs exercitum clodoueus: deus inquit
optime in tribulationibus adiutor: attende ꝙ in hoſtes tuos proficiſcor. Faue religio/
ni tuæ quā tueor: & ne differ de hæretico gotho ſumere ultionē: & qui nos præpedit
da fluuiū uadabilem. Hoc precantem Clodoueū non eſt aſpernatus deus. Ad primam
enim inſequentis diei lucem ceruus e ſilua (nemine inclamante) in cōſpectum ſe pro/
rupit: qui magnis inde militum uocibus excitus: fluuium enatans: quaſi itineris explo
rator uadum monſtrauit. Hunc ſecuti milites in ulteriorem fluenti ripam qua ceruus
traiecerat euadunt. Vltra progreſſus exercitus: ad diui hylarii pictauen̄ ædem cōſiſtit.
Oſtentum. Vbi intempeſta nocte quieſcente clodoueo ignis in tentoriū decidere uiſus eſt. quod
prodigium plæriq; bonam in partem interpretabātur. Cum non procul abeſſet hoſtis
milites in aciē rex educit. moxq; atrox utrinq; præliū cōmittit' iuxta fluuiū cliuū: in cā/
Alaricus go/ po uoglodinenſi qui ab urbe pictauorum decimo miliario abeſt. Rex inter præliantes
thus a clodo alaricum conſpicatus eū inuadit: & ſolus ſoli congrediens ſolo deiectū ghotum necat
ueo occidit'. Hec finis alarico fuit: cum annos duodecim tyrannidem aſſumpſiſſet. Hanc uictori
am clodoueus mox inſigniorem reddit: theodoro filio cū exercitu in narbonenſem ꝓ
uinciā miſſo. quo duce ea pars quā nunc occitanam linguā uocant: ipſos præterea ar/
uernos patri audientes fecit. Burgedalæ tunc clodoueus hyemabat unde ineunte pro/
ximo uere tholoſates petit: ubi alarici theſauri aſſeruabātur. Quibus expilatis: reliqas
urbes quas gothi præſidio tenebant adoritur. Hiſq; (hoſte undiq; deturbato) fran/
Anaſtaſi' im corum præſidiū ponit. Rebus ad hunc modū quietis: turonum ſe contulit. ubi anaſta/
perator. ſii bizantini imperatoris legatos audiuit: imperatorio nomine amicitiam ei offerētes
romanūq; conſulatum. Quo honore affectus rex inſcēſo equo in patens armiū quod
inter diui martini ædem: turonūq; per id tempus erat ꝓficiſcitur. ubi populo uaria mu
nera profudit: cunctis acclamantibus. Bene ſit regi conſuliq; romano. Equi deinde
memor quo in bellis libenter utebatur: quēq; diuo martino uoti reus dicauerat: equū
ingenti pecunia redimi cum fruſtra iuſſiſſet: nec moueri loco equus ſcopuli inſtar po/
tuiſſet: aureos centum quos illa ætas ſolidos appellabat priori precio adiici iubet. atq;
ita equo recepto: bon' inqt in negociis adiutor martinus eſt: ſed mercede carus. Pa
Canaquarus catis paululum rebus: canaquarus cameracus princeps inſequētis cauſa belli fuit. Erat
cameraci do enī petulans & multa libidine famoſus. Quibus uiciis (ut principibus fere contingit)
minus. pharo quidam aſſentator morem blandiſſime gerebat: ita ut nihil non illi crederet ca
naquarus. Hanc rem proceribus ægre ferentibus ad clodoueum mittunt: ſuā pollicen
tes operā ſi effœminatū hominem principatu amoueret. Adduntq; cū pugna iniretur
Clodouei ſe ſimulata fuga dn̄m pugnæ tempore deſerturos. Clodoueus ut proceres cōuenta ſer
dolus. uarent: ærea fabricatus arma eaq; inaurata ita ut credi aurea poſſent proditoribus do/
no dat. Adulterina munera. mox cū exercitu ſequitur clodoueus. inſtructa utrinq; acie
conſertaq; fortiter manu: proditores ſimulant fugā duce deſerto: quē captū occidi rex
mandat una cum eius fratre qui duci auxiliū non tuliſſet. Necauit item & propinquos
oēs: ne ſucceſſionis iure adducti principatū canaquari uendicarent. Proditoribus au/
tē (cū ſe falſis donis a rege circūuentos q̄rerentur) reſpōdit. Quibus inquiēs præmiis
eſſe dignos eos putarēt q ſuū ducē ꝑdidiſſent? Satis illis ſupq; eē: ꝙ uita donati eſſent.
atq; ita illos domū dimiſit. Clodoue' rebus geſtis plurimis clarus: poſt acceptā chriſti
fidē cū annos. xxx. regnū adminiſtraſſet: q̃ttuor ſupſtitibus liberis uita deceſſit. Regis
Prodigia. mortē ꝓceſſerat ingēs apud uiennā urbē terræmotus. quo cōcuſſæ palatinæ ædes una
Namert' ui/ cū priuatorū domiciliis: templiſq; corruerūt. Hæc mamerto q pōtifex urbis erat cauſa
ennenſis eps fuit inſtituendæ ſupplicationis q̃ ante dn̄icæ aſcēſionis diē feſtū quotānis p quaſq; ec/
cleſias letaniæ noīe celebrat'. Cōditus eſt ſepulchro clodoueus quod etiā nūc pariſii



uiſitur in æde petri a ſe ædificata. Additūq; tumulo inſequens carmē autore remigio:
anno chriſtiano quingenteſimo decimoquarto.

Diues opum: uirtute potens: clarusq; triumpho
Condidit hanc ſedem rex clodoueus. & idem
Patricius magno ſublimis fulſit honore.
Plenus amore dei contempſit credere nullo
Lumina qui uariis horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis & chriſti fonte renatus
Fragrantem geſſit infuſo chriſmate crinem.
Exemplumq; dedit ſequitur quod plurima turba
Gentilis populi. ſpretoq; errore ſuorum
Doctorem cultura deum uerumq; parentem
His fœlix meritis ſuperauit geſta priorum.
Semper conſilio caſtris belliſq; tremendus
Hortatu dux ipſe bonus ac pectore fortis
Constructas acies firmauit in agmine primus.

Eo regnāte præcipuus beati remygii frater ſueſſionū pōtifex: uedaſtus attrebatiū &
Auitus nouiomēſiū eccleſiis præerant: arrianis magnopere cōtrarii.

Vccedentes clodoueo filii quos quattuor ex clotilde ſuſceperat: regnū qua
drifariā concordibus animis (quod de imperio agitantibus raro euenit) par
titi ſunt. Theodoricus mediomatricos q & mettenſes: Clodomirus genabū
quæ aurelianus: Clotharius ſueſſionē: Childebertus pariſios obtinuit. Hi oēs cum ſeſe
mutua amicitia colerent: regio noīe ſeorſum aſſumpto: dani mettēſem agrū inuadūt
prædas facientes: in quos theobertū filiū cū iuſtis copiis theodoricus mittit. Fuſis da/
nis: ad patrē cū bono captiuorū numero triūphās theobertus ſe recepit. Interea clo Clotildis ad
tildis filios ad ſe pariſiū cōuenire mandat. Atq; (ut erat appetens uindictæ fœmina) in filios ſuos.
iuriam illis aperit paternæ necis. Ad ſe qdē burgundi regni portionē pertinere: ſed gō
dobaldi potentia atq; crudelitate utroq; parente orbatā ſe & hæreditate priuatam eſſe
Quāobrem precari: ultionem parricidæ gondobaldi pariter aſſumāt. Moti maternis Bellū in bur
precibus filii: cōtractis copiis: burgūdis bellū indicunt. Quos p idem tēpus (gōdobal/ gundos.
do patre uita functo) ſigiſmūdus moderabat'. Qui delectu militū habito: aduerſus frā/
cos ſe obiicit. Dimicatū eſt acerrimis uiribus. Sed inclināte ad clodomirum fortuna ſi
giſmūdus in fuga capit'. uinctuſq; aureliā miſſus eſt. quē nō multo poſt clodomir' pari
ter cū liberis interemptū in altiſſimū puteū deiici iubet. Sed inde tandē exemptos ad
diui mauricii monaſteriū quod nō longe ab octodoro ſabaudiæ uico ſymon ſigiſmun
di frater extruxerat efferri ibiq; ſepeliri pmiſit. Huic clodomiri fortunæ aduerſa ſuc
ceſſit. Nāq; cognito ꝙ gōdeuallus burgundionū iperiū uēdicaret: bellū redintegrat.
Sed dū longe a ſuis clodomirus hoſtē perſequit' a multis circūuentus (q̄q̄ furētib' ocu
lis & minaci uultu terrori eſſet) inimicis cōiectis undiq; telis appetitus: pugnaciſſim'
rex temeritatis ſuæ pœnas luit. Amiſſo rege franci nihil pauentes dn̄i ſui mortē ulciſci
pſeuerāt. Verſo in fugā burgūdione: multis interēptis: uicos agroſq; depopulant' atq;
incendūt. Erant clodomiro liberi mares tres: theodoaldus: gontherus: & clodoal/
dus. Quos a patris morte educādos apud ſe clotildis recepit. Clodomiri morte nū/
ciata clotarius atq; childebertus fraternæ necis ultores coacto exercitu in burgūdiam
pergunt. Fugato gondomaro: eiuſq; uxore in captiuitatē abducta. uniuerſa burgundia
potiunt'. Hoc bellū mox hyſpanienſe ſecutū eſt. Cui amalricus cauſam dedit. Hic in Amalricus.
extrema gallia q̃ ad pyreneū ſpectat incolens: hyſpaniā cū gothis tenebat. Mortuo ue
ro clodoueo intactā antea regionis partē amalricus occupauit. Vnde aīos tollens: ad
reges francos de ea re nūciū mittit. petitq; eorū amicitia frui liceat: atq; ex eorū fami
lia ducere uxorē. Non indigna petitio regibus uiſa eſt. Sororē uirginē illi dant. Quam
regio faſtu ſuſceptā amalricus liberaliter primū: mox contēptiſſime habuit. Quippe q
arriano ueneno imbutus rectæ fidei mulierē deſpuebat. adeuntēq; ex more chriſtiano

eccleſias cõtumeliis pſequebatur.lutoq; p uiã a pueris mãdabat contaminari.Hoc diu
paſſa mulier regibus p litteras ſignificat quæ a uiro infideli toleraret:laturaq; eſſet:ni/
ſi amalrici petulantiã temeritateq; cõpeſcerent. Crebro mulieris queſtu parciti reges
cogũt exercitũ.At childebertus ſublimi uir animo.nõ expectato clotario: militem in
amalricũ educit.Cognito quid in eũ a childeberto parabat̃:magnã quoad poteſt ma/
nũ amalricus terra mariq; cogit:tueri ſe feſtinans.Aduenientibus francis hoſtiliter oc
currit.& q̃q̃ militũ numero inferior eſſet:in fortitudine tamen ſpem oẽm firmauerat:
qua prima eximiaq; uirtute uictoria ſæpenumero uiſa eſt cõparari. Pugnatũ eſt æquis
uiribus diu acriterq;.Sed gothis cedentibus:uictoria penes childebertũ fuit. Fugientẽ
amalricũ dũ animaduertit miles quidã francus:excitato calcaribus equo:tyrannũ lan
cea confodit.Qua re cognita rex francus mediã petens hyſpaniã ghotos incredibili di

Tolletũ capitur.

ligentia perſequit̃:donec tolletũ ad amnis tagi ripas munitiſſimã urbẽ acceſſiſſet:quã
obſeſſam:& a ciuibus non ſegniter defenſam capit:captã oĩbus exactiſſime coaceruа/
tis bonis ſpoliat.Atq; ita ſorore recepta:& mox morbo dũ reuertit abſumpta ad patris

Tagus.

ſepulchrũ pariſii collocat defunctam.Quos uero calices & uaſa ſacra tolleto exporta/
uerat religioſis regni ſui locis diſtribuit.

His ut memorauimus a childeberto geſtis nunciatur theodoricũ fratrẽ mon/
tẽclarum aruerniæ primariã ciuitatẽ:quã ab eo childebertus abſtuliſſet rece
piſſe præſidio interfecto.Sed re intra paucos dies cõpoſita concordibus ani
mis reges in hermofredũ thoringiæ principẽ bellũ mouent.ꝑpterea ꝙ ſuaſu amalber
gæ uxoris duos quos habebat fratres bercariũ & baldricũ necauerat:delatos ꝙ regnũ

Bellũ aduerſus Hermofredũ q ſuos fratres necauerat.

affectaſſent.Thoringus re cognita:collecta magno numero manu: dolo intercipere
francos inſtituit.Foſſam altã qua francus iter facturus erat longitudine magna perdu/
xit ceſpitibus deſuper coniectis:ut ſpecie uirentis herbæ miles illuſus fraudẽ non perci
peret.Detecto per exploratores dolo:reges irritatiores facti hoſtẽ ferocius pſequunt̃
donec effuſa fuga thoringi ad flumen quod eorũ lingua oneſtrut uocant ſe recipiunt:
ubi ad fluminis ripã reuocato ex fuga milite:bellũ inſtaurant.Sed cedere coacti in pro
fluentũ ſe promiſcue cõmittunt.Factaq; eſt eorũ tanta ſtrages:ut occiſoꝝ cadaueribus
pontis loco francus uteretur.Hermofredus tamẽ cũ paucis in urbẽ quãdam quæ regi
theodorico poſtea fuit ſe recepit.Ad quẽ dimiſſo nuncio theodoricus ſalutẽ pollicet̃
ſi ad caſtellũ tulbiacũ quod non procul erat ſe conferre nõ pigritaret̃. Nuncianti fidẽ

Dolus regis theodorici

adhibens hermofredus ad theodoricũ ſe cõfert.Dum una ad pinnas caſtelli inambu/
lant & fabulantur:theodoricus hermofredũ cubito impellẽs eum e muro præcipitat.
quo lapſu interiit.Deinde liberis eius necatis:oẽm regionẽ in ptãtẽ rex accepit.ibiq;
ad tempus moratus:lotharium fratrem licet auxiliaris illi in hoc bello fuiſſet:clam ſu/
ſpectum habuit.ſiue ꝙ bene geſti belli partem ad ſe uerteret:ſiue quia(ut eſt humanus
animus)cauſas quæreret uſurpandi fraterni regni qui finitimus eſſet : & ideo inuidiæ
Theodorico eſſet.Diſſimulato odio Theodoricus precatur per nuncios fratrem ad
ſe in thoringiam ueniat:habere quod ex utriuſq; commodo ſit. Ad quem nihil a fra/
tre doli metuens Clotarius accedit.Occultos poſt tapetem in cænaculo milites theo/
doricus in armis locauerat.Quod cum paulo altius penderet uelum:Clotarius cœna/
naculum ingreſſus:armatorum pedes conſpicatus:fraude depræhenſa reſtitit. admo/
nitiſq; quos ſecum habebat clientibus:clam armari eos iubet.Theodoricus animad/
uerſum a fratre dolũ intelligẽs:ioco ſuſpitionẽ purgauit:habito deĩde cũ fratre collo
quio argẽteo uaſe qđ pelui uocãt lothariũ donat.atq; ita diſceſſum eſt. Verũ ſollicita/
tus ira theodoricus peluim a fratre p filiũ repetit:belli occaſionẽ meditãs ſi uas nõ red
deret.Impetrat a patruele theodebert⁹ adoleſcẽs:& uas ad patrẽ refert.Sed tãdẽ in ap
tũ ſe theodorici ira ꝑdidit.Crebris incurſionib⁹ in alterutrũ factis:pax inter eos paucis
poſt diebus cõuenit.q̃ tñ ſuſurronũ delationibus uiolata eſt:obſidibus q apud theodo
ricũ erant interfectis.Nihil eñ apud dominãdi cupidos ꝓbitatis aut fidei eſt. libidine
eñ habendi reges ferunt̃ nec amicis nec generi indulgent ſuo. Interim dũ ſe fratres
odiis agitãt Clotildis mr̃ ex clodomiro nepotes diligenter nõ ſec⁹ ac ex ſe natos apud



A patruelib⁹ nepotes occiduntur

pariſios procurabat.Hac ſuſpitione ductus childebertus:quaſi illos regina ad regnan/
dum educaret:accerſito fratre clotario quid de matre nepotibuſq; penſitet aperit.Pla/
cuit uiſendi eos cauſa:atq; cognoſcẽdi ſi illoꝝ ætas diuiſa inter illos hæreditate ad prin
cipandum idonea eſſet: ad ſe per archadium quendam mitti. Læta nũtio clotildis di/
miſſos nepotes patruelibus cõmendat.Quibus in conſpectũ adductis:maiorẽ natu clo
tarius mox terræ allidit:enſe per ilia adoleſcentis proſtrati traiecto.Hinc perterritus al
ter ad childebertum ſe proripuit:orans ut ſe protegeret. Qui ſiue miſericordiam ſimu
lans:ſiue reuera pueri miſereret̃:Clotarium placare pergit. In quem indignabundus
rex.tu inquit huius auctor facinoris es:& nunc pœnitet conſilii:aut ergo illum proiice
abs te:aut mortẽ meis manibus obito.Ad hæc uerba dimiſſum puerum clotarius ob/
truncat. Interim dum in nepotum nece intentos reges clodoaldus uidet: auxilio pro/
cerum dilapſus:clericatũ profeſſus eſt & ſacerdos effectus: uitam religioſiſſimã uixit.
Scribunt quidã unacũ pueris nutrices quoq; eſſe necatas.Huius ſceleris immanitatem
aliud non minus inhumanũ præceſſiſſe tradunt.Ad priorem nũtium archadiũ de pue
ris ad reges deducẽdis uridanũ quendã aulicũ protinus clotildem regio iuſſu adiuiſſe.
eiq; gladium & forpicem obtuliſſe :ad anceps oblatum clotildem muſitaſſe : mox ex
uridano quæſiuiſſe quid hoc oblatum portenderet: illumq; reſpõdiſſe. gladiũ necem
forpicem ſacerdotũ nepotibus ominari: expectare ſe utrum regina eligeret. Demum
hæſitantem reginam negaſſe nepotes ſacerdotes fore.ſcilicet de filiis regibus ſecurã
ꝙ innocẽtibus nullam uim inferendã formidaret.Sed regnũ ambientibus odioſa mi
ſeratio eſt.Tam crudelẽ nepotum necem et ſi modeſtiſſime ferret clotildis : eã quoq;
inſequens belli motus miſera ſollicitudine confecit. Theodorico quẽ mett ẽſib⁹ im
peraſſe ſcripſi uita ſublato:theodebertus paternũ regnũ ſuſcepit . Qui aduerſus clota/
rium in ſocietatẽ belli quod iam diu childebertus pariſioꝝ rex animo agitabat accitus
uocanti childeberto auxilio fuit. Iunctis ergo pari fide exercitibus in clotariũ proficiſ
ci conſtituunt.Ea re clotildis cognita:relictis pariſiis:turonũ abiit:diui martini ædem
lachrymans ingredit̃.Orat religioſa mulier beatiſſimũ confeſſorem preces eius exau
diat:neq; ſinat fratres reges:filios ſuos inter ſe conflictari:q tametſi cõpluribus eſſent
inquinati flagitiis:occurrat tñ furẽtibus ne inſania efferati fraternitatis quoq; obliui/
ſcantur.Clotildis oratione & bene de deo meriti põtificis interuẽtu credi poteſt in be
niuolentiam fratres rediiſſe. Nam cum acies nõ procul cõſtitiſſent:ortis imbribus:to
nante ſupra modũ cælo:atq; ualidiſſimo inſufflante uento:tãta tempeſtate childeber/
ti theodebertiq; copiæ attritæ ſunt:ut nihil illis ſibi armoꝝ præter clipeum reliquũ ha
buerint. Procũbentes humi milites laceris ueſtibus & ſagis diem illũ ultimũ ſibi certo
eſſe credebãt:equis inſuper p multa miliaria diffugiẽtibus rari recepti ſunt : quin ipſis
regibus cæleſtis ignis qui crebro fulgure cõtinenter micabat:timorẽ incuſſit : ne cum
tẽtoriis incendio una flagrarẽt:cum huius tempeſtatis nulla ꝓcella neq; ullius pluuiæ

Mirũ

gutta clotarii militẽ attigit.Hoc terribili admodũ ꝓdigio haud dubiæ intellexerũt re
ges recte in illos dei iram exerceri ꝙ innocẽtẽ fratrem bello ꝑdere cogitaſſent. Miſſis
ergo ad clotariũ legatis:pacem ultro pollicent̃:qua utrinq; data diſceſſum eſt. Hec in
agro aurelianenſi apud combrũ uicum geſta fuiſſe comperio. Poſt hæc childebertus

Bellũ i terracones a childeberto geſtum

uelut ad bellum natus eſſet:breui requie militibus conceſſa comitante fratre clotario
in terracones mouet.Cuius belli cauſam ab auctoribus traditã non inuenio.Credo eũ
prædæ & regnandi ſolũ cupiditate affectũ huic bello incubuiſſe . Prima huius expedi/
tionis caſtra ad cæſarauguſtã urbẽ childebertus ſiſtit. Quã circũuallatã oppugnare iu/

Cæſarauguſta obſeſſa ẽ

bet.Ciuibus fortiſſime ſeſe primũ tuẽtibus:cum altera inſuper oppugnatiõe premi ex
pectarẽt ad dei opem conuerſi ſupplicationem decernunt.circũeunt per pomeriũ ci/
uitatẽ reſonante diuinis hymnis clero.Quem cõcentũ ubi aĩaduertit childebertus co
gnoſcit per ruricolam quendã ſupplicationẽ ritu chriſtiano a populo fieri : ut miſerto
ciuitatis deo in hoſtium poteſtatẽ nõ ueniãt.Ea re cognita:& ꝙ chriſtiani eſſent:chil/
debertus ruſtico imperat loci pontificẽ adeat:moneatq; ad ſe in caſtra uenire.Edoct⁹
a ruſtico pontifex ad regẽ nihil ueritus accedit. Quẽ affatus childebertus : quia inquit

o præſul compertum nobis eſt uos chriſti ſacris initiatos eſſe:eiq; religioſe famulari:
decretum nobis eſt parcere ciuitati:obſidionẽq; ſoluere:ſi modo de diui martyris uin
Reliq̃æ diui uincentii
centii ſupſtitibus apud uos monumẽtis aliquid nobis impartiemini. Regis uoluntate
ad clerũ relata:ſepulchrũ martyris pontifex adit: indeq; ſuſceptam ſtolam & tunicam
Monaſteriũ beati uincentii extructum
regi dono contulit. Quæ religioſiſſime ſuſcepta rex ꝑſancte aſſeruauit. Obſidione igi
tur liberata ciuitate cum de prouincia cũ põtifice nihil interueniſſet digrediẽs exerci/
tus agrum cæſarauguſtanũ uaſtauit: atq; ita pariſiũ adueniẽs ædẽ diuo uincentio dicat
monachis ibidẽ inſtitutis quibus eas quas de martyre ĩduuias habebat attribuit. Huic
monaſterio diui germani de pratis appellatio in hodiernũ diem manet.

[r] Ebus in hiſpania ut præmiſſum eſt geſtis: theoderici mors regi nũtiata ẽ. huic
filius theodebertus quia regno ſucceſſiſſet: iniquo animo childebertus tulit.
Cõmunicato igitur cum fratre clotario conſilio a theodeberto regnum ſurri/
pere meditantur. Quoꝝ cœptis rex prudens occurrẽs priuſq̃ in apertum ꝓdiret dolus:
inſurgentẽ in eum debita erga auũculos reges obſeruantia retardauit. Eam ob rẽ alios
ſibi uultus effingẽs childebertus ſatius eſſe cenſet beniuolentia uti q̃ nepotem regem
eundemq; potentẽ laceſcere quem facile ſuperare nõ poſſet. uocatũ igitur ad ſe theo/
debertum blande excepit: precioſiſq; muneribus donatum a ſe dimittit. Adeo rara eſt
inter principes amicitia. aut eñ liuore ꝑculſi: aut imperii maieſtate feroces: aut (quod
plærunq; accidit) alioꝝ potentiã ſuſpectã habẽtes: occultis iter ſe dolis agere ſolẽt. In
terea ſenio morboq; confecta clotildis mater moritur. Quam turono urbe regia pom
pa elatam filii reges ad clodouei tumulũ apponũt. Eodẽ ferme tpe theodebertũ ulti/
ma fata abſumpſerũt: relicto filio theobaldo regni paterni hærede. Clotario aũt iniq̃
iterum fortuna aduerſata eſt. Nam maribus liberis ſeptẽ & fœminis duabus cũ beatus
hoĩm opinione haberet crãnus patri contumax extitit. A quo in aquitaniã miſſus pre
mere populũ uectigalibus cœpit. Ea re cognita clotarius crãnũ domũ reuocat. Qui cõ
tempto patris imperio ad childebertũ quem nõ bono ſatis in patrẽ aĩo eſſe arbitrabatᷣ
ſe contulit. Addit ad exulceratũ childeberti aĩm nouas indignatões: iureq; iurando ſe
ꝑſancte aſtringit oppugnaturũ perpetuo patrẽ. Securus igitᷣ acceptæ fidei a crãno chil
debertus bello perſequi clotarium conſtituit. Nam aduerſus crannũ gõtrano atq; ari/
berto in aquitaniã clotarii iuſſu mouentibus: Childebertus campaniã infeſto exercitu
incurrit. Inde uaſtatis agris cum præda multa reuerentẽ poſt nonum & quadrageſimũ
regnandi annum mors occupat. anno ſalutis quingenteſimo quinquageſimo nono.
Mortuo aqud ædem uincentii martyris proxime pariſios ſepulchrum fuit. Childeber
ti morte quia liberis careret omnia ad clotarium peruenerunt. Quo acceſſu francorũ
regnum magnum incrementum accepit.

Eiuſdem compendii liber ſecundus.

[c] LOTARIVS regno aſſumpto crãni alias cramiris (utrũq; eñ ſcri
ptum inuenio) temeritatẽ ulciſci ꝑſeuerat: ratus plus audere in eũ
cæteros: ſi repugnantẽ filium nõ flecteret. habito igitᷣ delectu mili
tum: in rebellẽ ꝓgreditur. Quem uenientẽ audiẽs crãnus ad cono
baldum ſibi finitimũ aquitaniæ regẽ ꝑgit: quo adiutore patrẽ præ
lio exciperet. Sed conobaldus cũ in ſacellũ diui martini ſe clotariũ
fugiẽs recepiſſet. Neq; inde ullis pollicitatiõibus educi poſſet: im/
miſſo igni pariter cũ ſacello crematᷣ: quod nõ multo poſt tpe rex iuſſit ĩſtaurari. Mox
crãnus nihil moratus ad britonũ comitẽ cenabutũ ſe contulit: ubi receptis ex fuga mi
litibus cũ terra mariq; iuſtũ exercitũ coegiſſet: pio patri filius nocens & armatus occur
rit. Ordinatis ad præliũ alterutris copiis de pace ꝑ legatos tentatũ ẽ. Negãte cõditões
pacis clotario: armis decertare cõuenit. Sed nõ ignarus pater q̃ dubius ſit belli exitus:
dei ãte omnia opem implorãs: Iuſte deus inquit aſpice: & quod dauidi regi de filio ab
ſalone iudiciũ feciſti mihi ĩpartito. Atq; ita ĩ præliũ utraq; acies cõcurrit. Diu ſtetit du/
bia uictoriæ ſpes: demũ ad clotariũ ĩclinauit. Fugati ꝓfligatiq; ſunt hoſtes. Inter quos
bona britonũ ꝑs cæſa eſt: crãno cũ uxore & liberis intercepto. Quẽ in ſcãno ꝑ lictorem



alligatum cremari cũ uxore et liberis duobus rex iubet: huiuſcemodi ſupplicio crãnus
pœnas ſoluit conceptæ aduerſus patrem rebellionis. Cranno merita pœna affecto
pater accepti a deo beneficii memor in franciam reuertens ad diui martini ſepulchrũ
ſe contulit ibi de beneficiis deo gratias exhibens largiſſimiſq; muneribus templo dita
to petit præteritæ ætatis ſibi offenſaſ remitti. Nec mora: ſueſſionẽ repetit. Moxq; (ut
eſt gallicæ nobilitatis uana conſuetudo) ad feras uenatu depræhẽdẽdas ſe conuertit.
ubi dum curſu clamoreq; ſupra quam rege dignum eſt curioſius oblectatur morbum
contrahit: quo languore cum annos unũ et quinquaginta imperaſſet abſumptus eſt:
aſſiſtentibus quattuor ſuperſtitibus ſibi liberis ariberto: gontrano: childerico atq; ſige
berto. Qui funus ſueſſionem uſq; ornatiſſimo comitatu perſecuti digno patre tumulo
regem ſepelierunt. Sed priuſq̃ a clotario diſcedo: illud non prætermittendum reor
quod cum maxime cognitu dignum eſt mirari licet a nullo franco ſcriptore litteris fu
iſſe commendatum. Fuit inter familiariſſimos clotharii aulicos galterus yuetotus ca/ Regni yue/
toti pĩcipiũ
letus agri rothomagenſis apprime nobilis et qui regii cubiculi primarius cultor eſſet
Huic ꝓ ſua ĩtegritate de clotario cum melius meliuſq; in dies promerretur. reliqui au
lici inuident deprauantes quodlibet a galtero geſtum: nec deſiſtunt donec irritatum
illi clotarium peſſimis ſuſurriis efficiũt. Quãobrem iurat rex ſe hominem necaturum:
Percepta clotarii indignatione: galterus pugnator illuſtris cedere regi irato cõſtituit
Igitur derelicta francia: in militiam aduerſus religionis catholicæ inimicos pergit. ubi
decem annos multis proſpere geſtis rebus: ratus clotarium ſimul cum tempore mitio
rem effectum: romam in primis ad agapitum pontificem ſe contulit. A quo ad clota/
rium litteris impetratiſ: ad eum ſueſſione agentẽ ſe protenus confert: ueneris die quæ
paraſceue dicitur: cogitans religioſam chriſtianis diem ad pietatem ſibi profuturã. Ve
rum litteris pontificis exceptis: cum galterum clotarius agnouit: uetere ira tanq̃ recen
ti liuore parcitus rapto a proximo ſibi equite gladio hominem ſtatim interimit. Tam
indignam inſignis atq; innocentis hominis necem religioſo loco & die ad chriſti paſſi
onem recolendam celebri pontifex inæquanimiter ferens: confeſtim clotariũ repræ
hendit: monetq; iniquiſſimi facinoris rationem habere: ſe alioquin excõmunicatiõis
ſententiam ſubiturum. Agapiti monita ueritus rex: capto cum prudẽtibus conſilio
galteri hæredes & qui yuetotum deinceps poſſiderent ab omni francorum regum di
tione atq; fide liberauit: liberoſq; prorſus fore ſuo ſyngrapho & regiis ſcriptis confir/
mat. Ex quo factum eſt: ut eius pagi & terræ poſſeſſor regẽ ſe yuetoti hactenus ſine cõ
trouerſia nominauerit. Id autẽ anno chriſtianæ gratiæ quingẽteſimo trigeſimoſexto
geſtum eſſe indubia fide inuenio. Nam dominãtibus longo poſt tempore in normã/
nia anglis: ortaq; inter iohãnẽ hollandũ anglum & yuetoti dominũ quæſtione quaſi
prouentuum eius terræ pars fiſco regis angloꝝ quotãnis obnoxia eſſet. calleti propræ
tor anno ſalutis. M.cccc.xxViii. de rõne litis iudiciario ordine ſe inſtruens: id ſicut an/
notatum a me eſt comperiſſe iudicauit. Huius clotarii uxor fuit radegõdis quæ per ui
ri aſſenſum religionẽ ꝓfeſſa cælitibus meruit aſcribi. Eius regis decreto diui medardi
monaſteriũ ſueſſione incoatũ eſt: ſed a ſigiberto filio tandẽ abſolutum.

[c] Lotario ſepulto. fratribus de partiẽdo inter ſe regno conſulẽtibus: cũ qſq; ſibi
partẽ accipere merito ſperaret: chilpericus cui plus ingenii atq; aſtutiæ inerat
præter ætatis legẽ pariſiũ occupare cõtẽdit. Paterniſq; theſauris potitus mox
francoꝝ nobilitatẽ q̃uelociſſime poteſt ad ſe uocat. Quos partim in ſe ꝓcliues beniuo
lentia amiciores reddit. Alios qbus aduerſam in partẽ pẽdere aĩm cõmodi expectatio
ne cognouit: magnis admodũ donis muneribuſq; cõciliat. Sed ut eſt in gallico ꝓuer/
bio: ſollicitus ſui eſt: nec dormitat inimicus. Cognita chilperici perfidia: amicorũ opa
quos pariſii habebant fratres: inſcio chilperico in urbem clam admittuntᷣ. Inde fratre
deturbato ne bello res ageretur chilperico renuntiant: ſi pro lege patria diuidi inter ſe
regnum uolet liberum ſibi ad eos patere regreſſum. Hac cõditione propoſita chilperi
cus pariſium reuertit. Ariberto ꝙ prior natu eſſet pariſioꝝ regnũ. gontrãdo aurelioꝝ.
mettenſiũ ſigeberto obuenit. Chilpericus ſueſſionẽ adeptus eſt. Suſcepto ſecũdũ ſeriẽ

coguationis pariſiorum gubernaculo. Therebertus qui aribertus dictus eſt nulla re inſignior fuit q̃ marcanolæ et merofidis ſtupro: quas nigebrida eius uxor ſeruitio ha/bebat. Quarum conſuetudine rex ita deperiit: ut nigebrida dimiſſa eas in uxorum lo/co habuerit. Nec deſeruit: licet a pontifice germano admonitus eēt. uerum paucis in/teriectis diebus utraq; una cum filio quem altera ediderat repentino obitu perierunt.

Gõtrãnꝰ rex aurelianorũ

Sed nec diu ſuperſtes theobertus fuit. Gontrannus q̃q̃ benignior natura fuerit: petu/lãtia tamen atq; libidine non diſſimilis erat. Nam præter proſtitutas a ſe uirgines: alie/nas quoq; nuptias ſpretis legitimis uxoribus inquinauit. Ab huiuſmodi fœdis amoribꝰ abhorrens ſigebertus mettenſium rex ad athanahildũ hiſpanum regem miſſo legato

Chilpericus ſueſſionũ rex

gogone: brunechildem regis filiam uxorem accepit. Chilpericus uero fratris exẽplo adductus: alteram athanahildi filiam galſondam coniugem expetit. Cui cum frede/gondis quædam forma inſigni puella inſeruiret inſolens tamẽ mulier in chilperici ſe ĩſinuauit amorem: regemq; ita blanditiis deprauauit: ut odio babitam galſondam nõ uxoriæ dignitatis: non fœderis nuptiarum memor laqueo per noctis ſilentium ſtrãgu/laret ſuper inducta andouera. Nihilomagis continẽs fuit. quippe qui fredegondæ uo/luptatis illecebrarumq; amator conſuetudine illectus tenebatur. Non poſſum quãuis breuitatem initio ſim profeſſus huius pellicis malitiam tacitus præterire. In ſueſſioni/bus loco & plebe humili nata eſt in uico balencurto ſpecie quidẽ egregia atq; ingenio ſupra fœminæ modum excellenti. Igitur cum ſueuorum infeſta ſigeberto gẽs bellum aduerſus eum ſuſcepiſſet: chilpericus fratri auxilium tulit. Egredienti domo cura fuit andoueram coniugem grauidam fideli ſibi cuipiam commendare. Huic negocio ido/

Fredegonda

nea uiſa eſt fredegonda atq; ita profectus eſt. Pariẽdi cum tempus aduenisſet fœminã regina parit: quæ priuſq̃ baptiſmo: ablueretur conſilio ex fredegõda capto: quænam idonea ſatis mulier ad hoc ſacramentum teſtis hoc eſt cõmater adhiberetur. Nulla in/quit fredegonda nobilior te eſt quam huic myſterio anteponas: ut quã carne puellam extuliſti: eam præterea ad ſpiritualem uitam regeneres. Sciebat em̃ ex chriſtiano inſti/tuto nephas eſſe: uirum mulieris concubitu potiri: quæ baptiſando filio commater ex/titiſſet: eo pacto chilpericum a reginæ conturbernio diſcluſum iri calidiſſima pellex ſperabat. Abluitur ex ſententia fredegondæ filia: atq; ei cui mater andouera erat: com/mater ſpirituali regeneratione efficitur childehindã ei nomen imponens. Regi domũ bello exacto reuertenti gratulabunda pellex occurrit. Narrat quæ de nata ſibi filia cõ/tigerant. Sed dolere ſe ait: ꝙ regina teſtis et commater ablutionis filiæ eſſe uoluerit. Hæc loquenti fredegondæ rex ſancte iurat ſi ita compertum haberet: ſe eam uxoris di/gnitate donaturum. Ingrediẽti palatium chilperico andouera filiam complexa ſalutẽ impartiri: deq; nata ſibi filia gratificari feſtinat. At rex exulceratus animo: Abi inquit im malam partẽ imprudens mulier quæ tua me inſipiẽtia a tuis nuptiis excluſiſti. Nec multo poſt tẽpe rex pontificem qui ſacrum peregiſſet ire in exilium iubet. Andouerã uero unacum filia intra eccleſiæ ſepta uitam apud cenomanos agere cõpellit: deſigna/tis q̃tum ad annuũ alimentũ ſatis eſſet: prouentibus. Pellicem mox fredegondam in

Chilpericus ĩ ſigebertum fratrẽ bellũ mouet

ſuis ambitioſus malis chilpericus uxorẽ accepit. Adeo nihil uidẽtẽ hoĩem reddit cæca libido: & petulans uiuẽdi licentia. Nec uno crimine irretit eum quem deprauauit. Enĩ uero chilpericus legitimi cõtẽptor thori: alieni quoq; appetẽtiſſimꝰ fuit. Sigebertũ fra/trem ſuum perſecutus eſt (& ut pfidiorẽ dicas) graſſante in eum fortuna. Nam irruẽ/tibus in regnum eius infeſtis ſignis Cacano duce hunis occupatiſſimoq; in eo bello ſi/giberto chilpericus frarernæ charitatis deſertor in remos ad ſigebertum pertinẽtes in/currit quos præſidio per fratris abſentiam deſtitutos in poteſtatem recepit. Verum fu/gatis hunis ſigebertus uictor reuertens copias in ſueſſionẽſium agrum dimittit: quẽ de/dente ſe populo facile cepit. Theodebertũ chilperici filium in urbẽ depræhenſum ab/

Bellũ in ſigebertum

ducit. Sed nõ multis poſt diebus interceſſione patris liberatus eſt: chilperici fide inter/poſita: ꝙ ĩ ſigebertum nullo unq̃ tempore bellum moueret. Sed fidifragus rex: nihil

Supatur clo/doueus

moratus bellũ redintegrat. Cuius illico pœnituit. Nam inferior factus: compulſus eſt conditiones pacis quas ſigebertus uoluiſſet accipere. Sed nec ſic qes facta. Clodoueus



ex chilperici liberis burdegallam ſigeberti ditionis urbem capit. Sed a ſingulfo quem prouinciæ ſigibertus præfecerat mox exturbatus clodoueus inſequente præfecto pari/ſium ex fuga ſe recepit. Qua iniuria prouocatus chilpericus theodeberto (quem dixi/mus a ſigeberto liberatum) mandat: neuſtriam quæ poſtea normannia appellata eſt

Neuſtriã theodebertus ĩncurſat

adoriatur. Eam quia ſigeberto parebat (receptis in ea plæriſq; inſignibus locis) incur/ſionibus uaſtat. Eodem quoq; furore turonos: pictauos: lemouicas: et cadurcos: non clero non monachis non ſacris uirginibus parcens perdit. Eius petulantiam cum gon/

Theodebertus occiditur Chilpericꝰ cãpaniã uaſtat

doaldus pictauus qui ſigeberti partium erat non parua iactura affeciſſet: et demũ mo/uẽte ĩ eum ſigeberto fugatus interemptuſq; fuiſſet: chilpericus iniquo animo filii mor/tem ferens: campaniam furibundo exercitu excurrit. remoſq; iterum ſpoliat. in quem reductis copiis ſigebertus hominis temeritatem corripere conſtituit. Verum interce/dẽtibus ultro citroq; legatis pax icta eſt. Rebus inter chilpericum ſigebertumq; ma/ture compoſitis in gontranni fratris burgundionibus imperantis exitium coniurant. Belli cauſa a ſcriptoribus non traditur: Inuidiſſe illi fratres crediderim: ꝙ ad aureliatũ gontranni regnum: burgundionum quoq; principatus acceſſiſſet. Vtcunq; res ſe ha/bet: leuis exiſtimari poteſt quæ facilem habuit exitum. Conſtitutis itaq; ad pugnam apud uiriacum: archiacumq; copiis: breui momẽto per legatos conuentum eſt: trecas campaniæ ciuitatem proficiſci reges: atq; illic pacis conditiones dicturos. Quam in di/

Tumultus in caſtris Sigiberti

ui lupi templo reges interpoſito iureiurando poſtea firmauerunt. Abeuntibus inde regibus milites auſtraſii qui ſigeberto parebant querũtur ꝙ nihil ad ſe neq; gratiæ ne/q; honoris ſed neq; prædarum deferretur. eos omnibus præliis primos adeſſe: ultimoſ

Bellũ in chilpericum

eſſe quibus aliquid mercedis a rege contingeret. Placere quidem cum gontranno pa/cem: ſed chilpericum exoſum habere ꝙ præter regiam dignitatem ſpurce uiueret: hac militũ tumultuatione tradunt ſigebertum copias in fratrem nihil belli ab eo timentẽ immo etiam exercitu nudatum conuertiſſe. Hac re per nuntium accepta chilpericus

Chilperines tornacum petit

ſuis rebus deſperans q̃ feſtinatiſſimis itineribus poteſt: tornacum unacum fredegõda et liberis ſe recepit. Huic repentino chilperici malo incommodum aliud fortuna inue/xit. Procedenti cum copiis ſigeberto magnus procerum atq; equitum numerus qui a chilperico defecerant: ad uitoriacum occurrit: quos iuramento obſtrictos in exercitu

Anſelmus in dñm fidelis

admittit: præter anſelmum qui integra in ſuum regem fide negat ſe ſigeberto auditu/rum: atq; ita dimiſſus anſelmus ad chilpericum migrat. Cognita fratris fuga ſigeber/

Fredegõda ſigiberti necẽ procurat

tus fugientem inſequi pergit. Ciuitatem milite circundat. Eo metu fractum animo re/gem cum intellexit fredegõda: audax facinus cogitat. Vocatos ad ſe clam duos quos ad negociũ prõptiſſimos iudicabat: magnis pollicitationibus allicit in caſtra ſigeberti ſe conferant: regemq; interimant. Si ſalui ſe receperint: fore ut præclaris fortunis abũ/dent. Sin illuſtri facto oppetant mortem: collaturam ſe templis atq; ſacerdotibus do/naria quibus ſaluti animarum ſuarum bene conſulat deus. Recepto a fredegonda negocio ſecuri ſui ſatellites in familiam regis ſigeberti ſe inſinuant. Sigebertum mox (conuenienti eorum cœptis tempore) confodiunt. Ad regis necem tumultu per ca/ſtra exorto: ſiccarii interficiuntur. Cum clamor et ſtrepitus in urbem delatus eēt: nec

Chilpericus a militibus ſigiberti rex ſalutatur.

cauſam ſciret chilpericus: fredegonda feſtinans regem ſecuro animo eſſe orat: dicens tumultuari et lamentari in caſtris milites. propterea ꝙ ſigebertus morte eſſet abſũm/ptus. Vix hec nuntianti uxori chilpericus credit. Sed multorum nuntio firmatus in ca/ſtra contendit. Cui obuii primores exercitus regem conſalutant iurantq; in uerba chil/perici. Quos liberaliter regieq; primo habitos hortatur beniuolentiam in ſe fidemq; ſeruent. Nonnullos tamen de ſe bene meritos minore q̃ ſperauerant æſtimatione et gratia tractauit. Fraternũ deinde funus more regio curauit. Extructo ſueſſione in diui medardi æde ſepulchro ubi iuxta clotharii tumulũ appoſitus eſt. poſtq̃ ãnos tridecim regnaſſet. Fratris exequiis debita religione abſolutis: chilpericus brunechildem ſi/giberti uxorẽ q̃ filiũ childebertũ pariſii hẽbat rothomagũ exulare cogit recepta ingẽti pecunia quæ penes eã erat. Cauſa exilii fuit: ꝙ childebertũ filiũ ne in chilperici ptãtem ueniret gondobaldi ducis miniſterio: fune per feneſtrã demiſſum ad mettẽſes deferri

Meroueus paterni man/ dati ſpretor

mãdauerat. Mox ad bituriges:& eas urbes quæ ad ligerim fluuiũ ſitæ ſunt ne qd tur
bæ molirentur meroueum filium mittit:qui eas recipiat. Sed neglecto patris imperio
meroueus cenomanum ubi dolo fredegondæ mater eius andouera exulabat: diuer/
tit. Deinde brunechildis uiduæ recordatus:rothomagũ cõtendit: ibiq; mulieris inge
nio delectatus eam duxit uxorem. Qua re indignatus chilpericus:ueritus ne aſtu bru/
nechildis in patrem filius armaretur:rothomagum citus proficiſcitur. Cognito eius
aduentu noui coniuges in templum diui martini:quod pone urbis muros firmiſſimo
lapide conſtructum erat:ſe committunt. Ex quo cum illos educi inuitos per legem nõ
liceret:ſolita perfidia rex uſus:ſancte illis iurat ſi ad ſe ueniant nunq̃ illos a thoro ſepa/
rare. Egreſſi templo poſtq̃ uno alteroq; die apparatiſſimis conuiuiis accepti a rege fu/
iſſent:filium renitentem a brunechilde parriſium abducit. Quem paulopoſt eccleſiæ
ſacris addixit. Sed ſuaſu gontrandi reiecto clericatu:ad ſæcularem uitam reuerſus eſt.
Latuit inde metu patris in beati martini turonẽſis templo. Inde cum eruere eum chil
pericus quæreret:ſortibus meroueus egit quibus illa ætas ad inſequentẽ modum im
pune utebatur. Dies tris apertis coram ſe ſacris codicibus:pernoctãs meroueus diuinũ
oraculum expectat. reuoluto codice:in librum regũ oculos intendens:ita legit. Quia
reliquiſtis dominum deum ueſtrum tradidit uos in manus inimicorum ueſtrorũ. Se/
cundo dauid pſalmos ſcrutanti mox illud occurrit. Deieciſti eos dum alleuarentur.
Tertio ex chriſti euangelio offendit. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet. His tanq̃ ad
ſe diuinitus pertinentibus oraculis confirmatus meroueus:templo egreditur comite
gontrando. Inde ſex ex omni numero ſeruis ſecum deſumptis:per altiſſiodorum atq;
diuionem in campaniam migrat:ubi ab incolis depræhenſus in deſperationem uenit:

Meroueus a ſeruo occidit

patrem maxime formidans. In eo mentis agone conſtitutus ſeruum orat gayldum:ut
eũ perimat. a quo mox percuſſus interiit. Interim dũ hec agũtur. Nũciatur chilperi/
co cãpanos ſueſſionẽ occupaſſe. quam mox paruo negocio recepit: interfectis ciuita
tis primoribus qui cum campanis ſenſerant. Eodem fere tempore ad turonos petra/

Mõmoleus

gorioſq; atq; aginenſes clodoueum filium cum exercitu legat:cui Deſideriũ nobili or
tum loco conſiliarium attribuit. Per id tempus mommoleus a gontrando regioni

Magna ſtra/ ges

præpoſitus: accepto francorũ aduentu:cõtractis copiis in eos mouet. Commiſſo præ
lio mõmoleus non ſine ſuorum cæde uictoria potitus eſt. Nam ex ſuis quos in aciem

Bellũ aduer/ ſus britones

mommoleus eduxerat milia quinquaginta deſiderata ſunt:cum ex clodouei exercitu
uiginti tantum milia cecidiſſent. Tam graui chilpericus incõmodo affectus bello
tamen non abſtinuit:nunc hinc nunc illinc arma circũferens. Abſtulerat chilpericus
Varroco britonũ regi urbes quaſdam. Quas ne repeteret ueritus:aduerſus eũ (ſi for/
te incautum intercipere poſſet) pictauis atq; andegauenſibus mandat copias cogant:
& Varrocũ inſidiis fallere tentent. Cuius rei gnarus factus Varrocus exercitum parat:
intempeſta nocte hoſtem inuadit:funditq;: multis occiſis. Sed tertio poſt die chilperi
cus cũ britone paciſcitur: miſſo ad eum obſide filio:reſtitutiſq; quos occupauerat lo/

Fredegonda prætexatum accuſat

cis:quibus etiam addidit et uannas maritimam urbem:conditione annuæ penſionis
appoſita. Tot bellorum turbinibus impeditum regem fredegõda nihilominus ſol/
licitat:mulier ad diſcordiam nata. Erat prætexatus rothomagorum archiflamen:hũc
detulit regina conſiliatorem nuptiarum brunechildis cum meroueo extitiſſe:eiq; ad/
uerſus chilpericum conſenſiſſe. Brunechildis quoq; cum precioſiora bona apud ſe ha/
buiſſet:ea mulieri (neſciẽte rege) reſtituiſſe. Muneribus præterea apud populũ egiſſe
ut chilpericum occiderẽt. Quibus irritatus iam in prætexatum regius animus:odio in
dies maiore torquebatur. At quia præſuli manus inferre nõ temere audebat: cõtrahit
in petri apoſtoli templo epiſcoporum concilium. in eo præſentem prætaxatũ inſimu
lat eorum quæ ſupra a fredegonda ſuggeſta fuiſſe rettulimus. Quæ nullo teſte cũ a re
ge tantum dicerentur:ſanctior pontificum ſententia (quam ſequebatur gregorius tu
roneñ) propitiari prætexato uidebatur. Plæriq; in diuerſam partẽ adducti chilperico
ſcilicet aſſentabantur. Inter repugnantes igitur ſententias quandoquidem childerico
nõ pateret uia prætexatum damnandi: pauci qui partes eius tuebãtur epiſcopis nego



ciũ chilpericus dat:prætexatum conueniant. regis benignitatem patefaciant. qui in hu
miles etiam crimine cõuictos indulgentiſſimus ſit. Si culpam confeſſus ad miſericor/
diam cõfugerit:aſſerant ſe prætaxato liberaliſſime omnia remiſſurum. Suaſus ab epi
ſcopis prætexatus:in concilium uenit. aduolutuſq; ad pedes chilperici: maieſtatem ſe
regis quidem offendiſſe confitetur. ſed piẽtiſſimũ regẽ eẽ qui lapſis miſereri nõ neget
Ad hæc prætexati uerba ſella regia exurgẽs rex: mox in genua demiſſus:quaſi humili
tate ſimul & regia mãſuetudine contionem flexurus eſſet. Vos inquit reuerendiſſimi
præſules confitentẽ reum audiuiſtis. Rubore moti põtifices:q̧ regẽ humi demiſſum
intuerentur:eum erigunt. Quo uno tñ rex aſſentiri ſibi patres interpretatus:ad pala/
tium redit. inde miſſis ad concilium quibuſdam pontificii iuris canonibus:quibus iudi
catos maioribus criminibus ſacerdotes dignitate exui mandabatur. Bertrandus in pri
mis burdegalẽſium antiſtes ad prætexatũ conuerſus: iãdudum inquit epiſcope frater
commerciũ tuum non erubuimus. Nũc abſq; regis beniuolentia communionẽ tuam
admittere non poſſumus: atq; ita prætex atus cõcilio extruſus eſt. Quem appræhẽſum — Prætexatus põtifex in exiliũ mittitur
rex ergaſtulo ſeruari mandat. Inde cum liberatus ferme noctu euaderet: contumelia
uulneribuſq; affectus tandem in inſulam conſtantianæ dioceſis relegatur. Ad hunc
modum chilperico ſæuiente:cum nec ſuis parceret nec alieno abſtineret. Gontranus
aureliæ rex childebertum nepotem qui mettenſium regno præerat accerſit. Eo apud
pontẽ petreum coram poſito:orbus inquit amantiſſime nepos ſum liberis:nec ſobo/
lis mihi ſpes per hanc ætatem ulla relicta eſt. Te liberorũ loco habere conſtitui: ita ut
filius adoptione meus ſis. Regni bonorũq; hæres eſto:nec me ſecus ac patrem colito
Gontrano hæc dicenti quia puer erat childebertus cũ ample ſatis reſpõdere nõ poſſet
unus ex proceribus aulicis gratias copioſiſſime egit. Deinde muneribus ultro citroq;
datis atq; acceptis:de chilperico habita ſunt uerba. qui ambitiõe & armis terras ad gõ
tranum ꝑtinentes occuparet. Eam ob rem ad chilpericũ mittunt qui ablata recuperẽt
alioquin bellum denũcient. Quo nũtio indignatus rex ſupra q̃ ſolitus erat ira incan/
duit. Ad hanc quoq; regis perturbationẽ alia a britonibus orta nũciantur. Hi infeſto
agmine in agros redonicoꝝ ingreſſi ad cornutũ uſq; uicum oĩa populabanť. Quos ut — Bellũ in bri/ tones
ab incurſionibus reuocaret domũ bibolenũ bello aſſuetum hominẽ chilpericus cum
multis copiis in britones mittit. Quorũ terræ duce regio nauetũ uſq; uaſtatæ ſunt: atq;
ita repetentes domũ britones qui in redones graſſabanť: non multo poſt francis bri/
tannia exeũtibus: hoſtis brito iterum cõuertitur. Interea inquies chilpericus picta
uos qui theodeberto parebant in poteſtatẽ accepit: fugato theodeberti præfecto. Et
quo magis regis huius efferatiſſimos mores ſtupeas. Cũ dacus quidã falſo ne an uero — Crudelis chilpericus
crimine delatus a ſouſtrio duce in carcere chilperici iuſſu teneretť: q a ſcilicet admiſſo
ad ſe in carcerẽ ſacerdote: peccatorũ pœnitẽtiã (inconſulto rege) feciſſet: necari ꝓte/
nus iubet. Nec finis erat maloꝝ chilperici. Legem fert: ſingulos qui uineas uel poſſi/
derent uel colerẽt pendere quotãnis in uſum regis uini urceolũ. i. amphorã. Cui tribu — Chilperici
to legẽdo marcus quidã apud aqtanos quæſtor poſitus dum penſionẽ ſupbe cõtume/ — quæſtor a le/
lioſeq; exigit a lemouicibus occidiť. Interim chilpericus feruẽti febre maceratus eſt. — mouicib⁹ ne/
Conualuit tñ. mox ſanato patre: unũ ex liberis recentius natum morbus occupat: qui — catur
lauacro ſacro poſtq̃ ablutus eſt: dolore leuatur. Sed nec infantis ſalus fredegondæ diu
iucunda extitit. Maior natu qui erat ei filius ea profluuii peſtilentia intabuit. qua oĩs
ferme chilperici cognatio uelut aliquo deſuper immiſſo contagio cõſumpta eſt. Tot — chilperici do
igitur malis crebriſq; doloribus admonita ſui fredegonda regem adiit. Memorat dei — mus infortu/
beneficia quibus cum ampliſſime donati eſſent: ingratiſſimi tamen plurimis ſceleri/ — nium
bus ſe commaculauerunt. Nũc eorum quæ flagitioſe perpetraſſent uindicem adeſſe — Vexatio dat
deum: qui liberis inquit noſtris uno tempore ægrotantibus: cognationis quoq; no/ — intellectum
ſtræ bona parte fato ultimo ſublata: nos ulciſcitur. Dum proſpera nobis fortuna blan/
diretur: ferebamur elati ad omnem iniuriam. rapuimus aliena. ſubditis legum iniqui/
tate grauatis nihil pepcimus. nec a genere noſtro temperãtes: alios opprobriis: alios
carcere: atq; alios exilio: nonnullos parte bonorum mulctauimus: plurimos uindice

ira morte ſuſtulimus. iam igitur ſua nos deus iracundia ut reſipiſcamus pulſat: cuius pa
tientiam longitudine peccādi habuimus irritam. Execremur oro chilperice priorem
illam uitæ conſuetudinem: & tentemus uera pœnitudine placare: quē tam multis fla/
gitiis offendimus. Chilpericus hac fredegondæ comploratiōe permotus: ſimul ꝙ tris
ſibi filios breui temporis interuallo mors eripuiſſet: benignior deinceps fuit: atq; quā
de uinearū cultoribus legem tulerat abrogauit. dei templa magnis donariis cumula/
uit. inopes frequēti liberalitate conſolatus. Filium clodoueum altera uxore ſuſceptū:
quē impellente fredegonda uinctū in caſtello brēnæ habebat cum occidi imperaſſet:
cuſtodia eduxit. Adeo maxime potens eſt reuocare ad bonam mentē inſanientiū ani
Mauricius i/ mos uirtutū ſtimulus aduerſitas. Per id tempus longobardi partem italiæ occupā/
perator tes mauricio imperatori non parebant. Eos quia id nec modeſte ferre: nec exturbare
Longobardi hoſtem commode mauricius poſſet: tētat chilpericum pecunia: ſi forte aduerſus illos
in italia comparato exercitu italia expellat. Chilpericus mille auri pōdo ab imperatore miſſa
Chilperici accepit: ſtatimq; in lōgobardos mouet. At illi cum in aciem prodire munitis locis de/
auaritia fenſi nō auderent: chilpericus grādi pecunia ab illis donatus: pace data in franciam re/
uertit. Ea re cognita mauricius per legatos chilpericū monet: aut pecuniam reſtituat:
aut ueluti cōuenerat hoſtem longobardum italia deturbet. Chilpericus qui parui (ut
fere omnes) imperatorē haberet: nullo illum reſponſo dignatus eſt. Quem nihilomi
Nigegonda nus res quam mox narrabimus: mitiorem fecit. Nigegōda chilperici ſoror herme/
gothoꝝ cōtu gildo gotho nupta (qui hiſpaniæ cum patre hengildo imperabat) uirū arriana impie
meliis afficit᷑ tate deceptū tum ſua tum leandri ſanctiſſimi uiri opera ad rectam fidei regulā reuoca
uit. Quare per gonſaldā ad regē hēgildū delata uirū ſuū hermegildū pater dn̄icæ re/
ſurrectionis feſto die in ergaſtulo ſecuri trucidauit. Progreſſuſq; ad malitiā multis per
ſecutionibus affecit chriſtianos. Cuius ut ſæuitiam fugeret Nigegonda: hiſpania exce
dere & ad francos proficiſci tētauit. In itinere a militibus biſantinis quos aduerſus go/
thos Mauricius imperator in armis habebat cum filio depræhenditur. Illa dū ad mau
ricium ducitur: mœrore confecta mulier interiit: filius cōſtātinopolim ad mauricium
Bellū ī hiſpa ductus eſt. Chilpericus & filii & ſororis acceptis iniuriis: grandi exercitu coacto in hen
nia gildum perſecutionis autorē mouet. Fiunt utrinq; & prælia & cædes. Sed gothorū lon
ge plures. Quibus abunde ſatiatus et ingenti præda onuſtus chilpericus domū ſe con/
tulit. Reuerſū mauricius per legatos hortatur: longobardos ſicuti data fide cōuenerat
italia expellat. Negociū chilpericus eo libentius ſuſcepit: quo ſororem filiūq; facilius
ad ſe remitti ſperabat. Nam de ſororis morte nōdum cognouerat. Ea expeditio irrita
fuit. Orta enim ab alemannis q̄ chilperico auxiliares uenerāt in francos ſeditōe: regē
Chilperici i/ arma promouere nō permiſit. Nec multo poſt chilpericus: cuius malitia in hoīes
pietas in deū multis fraudibus perſpicua eſſet: in deum quoq; impietatē meditatus eſt. de diuina ſi/
quidem trinitate ita credi uoluit: ut non tres in illa diſcretas perſonas: ſed unā cōfitere
tur quā patris interdū nomine: interdum filii: nōnunq̄ ſpirituſſancti: ſacræ litteræ deſi
gnarent. De qua etiā perniciosiſſima hæreſi ad pontificē atq; in primis gregoriū turo/
nēſem litteras dedit. Vtq; idoneos ſuo errori teſtes adhiberet: hylarium auguſtinūq;
primæ inter chriſtianos auctoritatis doctores in hac parte eē cōfirmat. At gregorius
homo imprimis ſanctitate ſpectatus: regem admonet: caueat dei indignationem tāta
impietate prouocare: impiū maxime eſſe quod diceret: nec religioni catholicæ conue
nire. quinetiā eos quos in teſtimoniū citabat tā irreligioſo dogmati repugnare. eoſq;
lōge ſecus ſcripſiſſe & docuiſſe. Aegerrime tulit chilpericus gregorii reſpōſum: atq; ira
feruens: a pontifice igitur inquit conſiliū de hac re capiemus. Mox ad regem uenīēti
ſalino ambiañ. quodā ex aulicis epiſcopo hæreſim patefacit: producta etiā charta im/
pietatem cōtinente: eāq; ad aures pontificis ſecreto recitauit. Sed tāetſi ſalinus animū
in re præſenti cōtinuit: uultus tamen indicio intellexit rex ſacerdotem ei nō aſtipulari
Et cum reliquos omnes idem facturos: repugnaturos quoq; ſibi dubitaret: in ſentētia
non perſtitit. Tradūt auctores chilpericum: cum græce latineq; eruditus mediocriter
eēt ad litteras noſtras tres inſuper græcas. α. ϐ. ο. intuliſſe. quæ & in diplomatibus atq;



chirographis eius de donatis eccleſiæ ꝓuentibus exſcriptis plurimo poſt tempore ꝑ/
manſerunt. Interea lēdaſcus turonis a rege præpoſitus comes: ꝙ populum durius in Lendaſcus
feſtaret: gregorioq; antiſtiti ciuitatis irreuerens atq; infeſtus eſſet: magiſtratu remoue comes
tur. Nam per id tempus regendis prouinciis comites præficiebant᷑ non ſecus ac magi/ Quid comes
ſtratus quos balliuos ſeneſcalloſq; nūc rex inſtituit. Hiq; ꝓ regis libidine dimouebātur
Qua inſignis ignominia lendaſcus: gregoriū proditiōis inſimulat: ꝙ ſcilicet turonum Accuſat᷑ gre/
urbem gontrano prodere cogitaret: auſuſq; eſſet reginam ſtupri cum bertrādo burde/ go. turoneñ.
gallæ pontifice conſuetudine contaminare. Cuius laſciuiæ aſſertorem lendaſcus effe/
cerat quendā riculphum gregorio aliquādo familiarem qui ſacerdoti obtrectās eum
quatenus poterat maledictis perſequebatur. Ea re grauiter permotus rex: concilium
epiſcoporum ad britannicū oppidum contrahit. In eo gregorius cum nullius in regē
offenſæ conſcium ſe diceret: ſimul perſancte more maioꝝ tertio iuraſſet. Nihil eorū
quæ ad regem de eo delata eſſent commiſiſſe. Ea aſſertione purgatum eſſe gregoriū
concilium iudicat. Tunc coram introduci lendaſcum rex mandat. Sed cognito patrū
iudicio ſibi timens lendaſcus perfugerat. In contumacē lata excōmunicatōis ſentētia
eſt. Qui diu profugus amicoꝝ ope chilperico recōciliatus: cum reginam pacare ſpera
ret: ad eam in ſacello orantem acceſſit: petitq; humi pronus remitti ſibi quæ peccaſſet
proſtratum ſacello excedens regina deſpexit. Sed nec ſic deſperans lendaſcus, auaritiæ
recordatus muliebris: muneribus reginam māſueſcere poſſe ſibi perſuadet. Ipſe ad nū
mularios ueniēs dum precioſiora quæq; uenalia perquirit: a reginæ ſatellitibus cum
depræhenſus eſſet: uno illoꝝ grauiter uulnerato elapſus: dum ad ſublitium pontem q̄
ſequanam iungit: altero pede inter duo male cōmiſſa tigna prolapſo: crus fregit: quē
urbe exportatum q̄q̄ rex curari mandaret: reginæ tamen iuſſu gulam eius ſatellites in
fregerunt. Non facile obliuiſcitur ſui ſcelerum inſueta malitia. Fredegonda quæ fi/ Lēdaſcus ne/
liis omnibus orbata pœnitentiam profiteri uidebatur. Clodoueum quem diximus cu catur
ſtodia a patre emiſſum perſequi rurſus perſeuerat: ea maxime cauſa ꝙ illum chilperi/ Fredegōdæ
co ſucceſſurum hæredem formidabat. Et ne hoc ſibi dolere monſtraret: fingit cauſas ꝓtinax in ma
q̄obrem patri merito foret odioſus. Erat clodoueo cum ſcorto quodā uoluptatis con litia animus
tubernium. Eiq; ſcorto mater erat uetus. Vtraq; ad reginam delata eſt: illa ꝙ multorū
cauſa malorum eſſet. Hec ꝙ maga: & per maleficia demoniacæ artis fredegondæ libe/
ros ſuſtuliſſet. Depræhenſam igitur pellicem fredegonda palo tranſfigi ante clodo/
uei ædes mandat. Matrem longo cruciatu per tormēta examinatam crimen confiteri
coegit & confeſſam cremari. Nec ceſſat cædis appetens mulier: donec clodoueum ex
terminet. Orat igitur regem pœnam de filio ſumere: cuius aſſenſu tris filios amiſiſſet
quiq; regnum patre ſuperſtite affectaret. Chilpericus nihil mulieri negare aſſuetus: ue
natum proficiſcens clodoueum una uenire iubet. Dum ad ſiluam uentum eſt: ligatum
filium ad fredegondam mittit pater. Illa coram poſitum rogat qui ſint proceres qui
partes eius aduerſus chilpericum tueantur. Clodoueus ut feminæ timorē ſuſpitioneq;
incuteret plæroſq; ex fredegondæ ſeruitio nominat. Mox cuſtodiēdum militibus clo/
doueum tradit. imperās: ut in coſtas eius traiecto gladio necent: relicto in uulnere mu
crone quaſi mortem ſibi ipſe cōciuiſſet. Eius necem perfacile chilpericus tulit. Sepul/
chri tamen honore dignatus eſt: & ad matris tumulum humari. Hinc ad exhibēdos Clodoue᷒ fre
populo uetuſtiſſimo romanorum more ludos ſe cōuertit. inſtituto ſueſſione circo in/ degōdæ iuſ/
tra quem equites in girum curſitarēt. Cauſa interea belli chilperico incidit: theodo/ ſu occiditur
ro maſſilieñ antiſtite de ſede eiecto: fortuniſq; eius omnibus: autore dynāno direptis: Cauſa belli ī
qui terræ prouinciæ ſub rege gontrano imperitabat. Hunc theodorum ad childeber/ chilpericū
tum fugientem gontranus depræhendit. Ea re cognita childebertus cui ex dono gon
trani dimidium urbis maſſiliæ attinebat: gontranum legatis miſſis petit debitam ſibi
partem reſtituat. Negat ſe gontranus regis iuſſa facturum. Quinimmo omnibus adi/
tis præſidium imponi iubet: ne aduenienti childeberto pareant uiæ. Erat regi gonde
ſillus ſummo genere natus perfamiliaris. Hunc ducem copiis præfectū maſſiliam chil
debertus mittit: qui ciuitatem recipiat: reſtituto theodoro. Accedenti gōdeſillo maſſi

liam ingredi dynānus prohibuit. Qui nō multo poſt uerbis ſuaſus gondeſilli ad beati ſtephani templū quod extra urbem nō procul a muro eſt uenit: quem unicū ad ſe admiſſum gondeſillus: de theodoro expulſo: deq; rebus male ab eo pactis arguit. Et nihilominus mandat uocari ad ſe primores ciuitatis apud quos erat illi a childeberto mādatum negociū. Dynānus hac re territus: ſupplex orat id ne faciat. paratū ſe eē patefacere illis urbē. Et deinceps iurare in uerba childeberti theodoroq; paritur ū. Dimiſſus dynānus promiſſa implet. Maſſilia igit̃ recepta & theodoro reſtituto ad childebertū reductis copiis gondeſillus reuertit̃. At dynānus abeūte gondeſillo ad gōtranū mittit qui maſſiliam recuperet. Cui tamen cœpto theodorus obſtitit. Ex hac cauſa quæcūq; ſuperioribus annis inter childebertum gontranūq; pacta conuētaq; erant irrita habita Erat childebertus chilperici ex fratre nepos: qui gontrano cum infenſus eſſet: gillonē remorꝝ antiſtitē quibuſdam ſibi proceribus attributis: ad chilpericū mittit: occaſione hinc ſumpta: ut ſupioris anni fœdus inter reges cōſtitutū fide ſcriptiſq; firmaret̃. ſed primaria legationis mittēdæ cauſa fuit ut de gontrano quereret̃: cum quo nec fidem nec amicitiā conſeruare potuiſſet. q̄obrem inquit gillo childebertus tuus o chilperice nepos te petit liceat iunctis copiis ueſtris in gontranū arma ſumere: ut quæ tibi atq; illi ꝑfidus princeps abſtulit recipiamus. Letus aūt oratōne chilpericus conuenta oīa grata habuit. Bellum inſuper quod iamdudum agitabat ab utroq; rege geri placere reſpondit. Nec mora exercitus parant̃: qui partitis agminibus incedētes bituriges inuadunt.

Bellū in biturigib⁹ aduerſus gōtranū

partem copiarum deſiderius uir ſtrēnuus ducebat. Huic ad mediolanū caſtellū cui nomen nunc eſt magdunū bituriges cum quindecim milibus armatorꝝ occurrunt. Dum utrinq; pugnat̃: reliqui duces beruſſus andegauorꝝ præfectus: & bladaſcus obſione urbem cingunt. Gontrano ſubſidium ſuis ferre feſtinanti nūciatum eſt partem hoſtium e caſtris prædatum abiiſſe: eoſq; non procul abeſſe. Quo cognito gontranus militē in armis paratum eſſe iubet. Inuentos mox prædones non magno labore fudit. Poſtq̄ omnes regum copiæ quaſi ad pugnam inſtructæ mutuo ſe conſpectu intueri poſſent: ſpectatiſſimi homines ut quiſq; ſuo regi aſſiſtebat: metiētes animo quid incommodi ſi prælio decertaret̃ contingeret: ultro citroq; commigrant: ſi forte irritatos regū animos reducere ad beniuolentiā poſſent. Nec inanis fuit labor. Ita conſtituta res eſt: ut ablata reſtituerent̃. Diſcedētibus copiis chilpericus ſuis imperat continere a præda & rapinis manus. Cuius rei præuaricatorē qui rothomagorꝝ comes erat incandeſcens chilpericus gladio tranſfixit. Hoc exemplo reliqui abſterriti continētiores ibāt.

Vindex chilpericus

Dū hec geruntur theodorum quem fredegōda pepererat infantem mors rapuit. Eius interitum mater quorundam ſuaſu in momoleum cuius ſupra feci mētionem atq; in q̄ſdam mulieres magas transfert. Mulieribus depræhenſis cognoſcit eas quidem cōplures interemiſſe. quorum cruor ad momolei ſalutem profuiſſet. Deinde theodorum quoq; in ſimilem uſum fuiſſe necatum confitentur. Sumptum eſt de illis ſupplicium. Aliæ uiuæ crematæ: aliæ rotis circūactæ. Momoleum cum chilpericus morte affecturus eſſet: a fredegonda rogatus dimiſit. Sed cum eſſet uariis tormentis toto corpore maceratus paulo poſt interiit. Hunc fredegōdæ maternum dolorem: clotarius qui ex ea non multo poſt natus eſt infans obliterauit.

Clotarius ſecūdus naſcit̃

Cuius exortum tāta letitia chilpericus excepit: ut recludi ergaſtula et cuſtodias laxari emiſſis inde uinctis mandauerit. Sed (ut ſunt res humanæ) lætitiam mœror intercepit: formidante chilperico gontrani aduerſum ſe atq; childeberti confœderationem. Eam ob rem theſaurum ſuum omnē et precioſiſſima quæq; exportari cameracum iubet. Quam urbem ſcilicet munitiſſimā incolere & in ea ſe tueri ſtatuerat. Tantus illi metus a fratre nepoteq; fuit: ut in agris tētoria non ſecus ac in bello haberet in eiſq; pernoctaret: militibus ad excubias uigilantibus. Adeo meticuloſa eſt malorum teſtis conſcientia. Ad omnia pauet dum nemini confidit. Interea tamen ad uicum callam qui a materna flumine non procul abeſt poſitus uenationibus ſe oblectabat. Ad quas cum die quodam ſe paraſſet: ī cubiculum fredegondæ ingreſſus: cum eam quietis cauſa decubantem uidit: tenui admodum quem gerebat baculo fredegondam a tergo ludens percuſſit. Quo ictu in partē alterā



ut ludentem cognoſceret ſe regina non cōuertit. Sed ſuſpicata landericum eſſe qui palacio præerat. landerice inquit ut quid me ferire audes. Huius lāderici uxorem childericus ſtuprabat: quare fredegondæ reſponſo ꝑculſus: ſuſpectam de adulterio fredegōdam habuit: atq; ita leuandi mœroris cauſa uenatum pergit. Fredegōda rege a ſe abeūte ſenſit uerbo offenſum eſſe chilpericum quare uerita id quod uero ſimile erat: ne regis animo ſuſpitio ſtupri altius inſideret: mulier multis homicidiis īſignis auſa eſt memorabile facinus tentare. Landericū clam ad ſe uocat: quæ ſibi contigerant meminit.

Fredegondæ ī regē ſcelus

Monet nō cubiculum ſed ſepulchrum cogitet. Haud dubium ſibi eſſe: regē ꝓ cōfeſſo habere: landericum cum ea conſuetudinē feciſſe illiciti amoris. Turbatus animo landericus præſentem adeſſe ſibi mortē arbitrat̃. ſeq; uelutiiam captum rapi ad ſuppliciū putat. Quem ſupra q̄ uirilem animum decet cum uideret fredegonda intabeſcere: una inquit landerice res eſt quæ nos a periculo eximat. Solet a uenatiōibus chilpericus nocte plurima domū reuerti. Age igitur impigre & facinoroſos quoſuís hōies & ſanguinarios pecunia muneribuſq; ſollicita q ꝑ noctis caliginem chilpericum ex equo deſcendentem citis vulneribus necēt. Hoc pacto & mortē ſuperauerimus: & regno potiemur Reginæ conſilium ſecutus landericus ſiccarios in inſidiis locat. Hi ut conuenerāt regem inter tenebras adoriuntur atq; interimūt: atq; noctis beneficio defenſi ꝑpetrato homicidio exclamant chilpericum interfectum eſſe: & quaſi homicidii expertes ipſi eſſent childebertum auctorem paricidii uociferantur. Aulici aſcenſis equis huc atq; illuc depræhenſuri fugiētes homicidas fruſtra diſcurrunt. Madulphus ſiluanectēn̄ præſul eo tempore aliquid negocii in curia habebat. Is rege cæſo ſepeliendi officium exhibuit. atq; naui impoſitum ſecundo flumine ad diui germani de pratis quam rex extruxerat: ædem extulit. ubi etiam nunc eius ſepulchrū uiſitur. Tam miſero uitæ exitu chilpericus regnū reliqt hō impudēs arrogāſq; qui cum amicū neminē obſeruaret: nemo illi amic⁹ fuit. Exſcripſerat neſcio quot libros incondito uerſu: alioſq; nō paucos. quos impiā ſcilicet rem cōtinentes uiri ſapientia probati deletos prorſus exterminauerunt. Sed iuuat me chilpericū a tergo relinquere: pauperū quidē abiectorē: ſacrarūq; ædiū oſorem: irriſorem inſuper eccleſiaſtici ordinis: qui pluris ſemp exiſtimauerit recenter ad fidem cōuerſos: q̄ eos quos diuturna religio cōmendabat: illis eccleſias attribuēs: his praro miniſtrans: uni tm̄ germano pariſiorū antiſtiti obſeruantiſſimus fuit. Cuius ſepulchrum hoc a ſe edito epigrāmate dignatus eſt.

Eccleſiæ ſpeculum: patriæ uigor: ara reorum
Et pater et medicus paſtor amorq; gregis
Germanus uirtute: fide: corde: ore beatus:
Carne tenet tumulum: mētis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri:
Viuit enim. nam mors quam tulit ipſa timet.
Creuit adhuc potius iuſtus poſt funera. Nāqui
Fictile uas fuerat gemma ſuperba micat
Huius opem ac meritum mutis data uerba loquuntur
Redditus et cæcis prædicat ore dies.
Hunc uir apoſtolicus rapiens de carne tropheum
Iure triumphali conſidet arce throni.

Chilperici igitur ingenium et mores execrari debebit quiſquis ad gerendam rem publicam optimus accedet.

n Vnc fredegondæ reliquias perſequamur. Interempto chilperico fredegōda ſuis fortunis timens: ſe cum oībus opibus ad beatæ mariæ pariſienſis ædem tanq̄ ad aſylum transfert. Quam liberaliter accepit loci antiſtes. Theſaurum qui penes chilpericū dum apud callam ageret quidam aulici auferētes ad childebertū pertulerunt. At fredegonda rebus ſuis filioq; tutius conſultum iri cupiens: gōtranum aureliæ regem per nūtios orat: ſibi clotarioq; tutor aſſit. Nec tardat gontranus: uenienti ūrbe egreſſa fredegonda obuia progreditur. Suſcepta nepotis tutela: per regni in

Gontranus clotharii tutor

ſigniores urbes circũferri clotarium infantem iubet. Qui clotharium circũferebant ꝑ
ceres urbes gontrani nomine in fidem recipiũt. At gontranus popularis inconſtantiæ
non ignarus cum in æde diuæ mariæ eſſet: ingenſq; populi turba aſtaret: facto ſilentio
uiri inquit pariſienſes qui huc cõueniſtis uos oro: ſeruate ſtabilius in me fidem q̃ i fra/
trem habuiſtis: ut et meum nepotem in pace educare et uos iuſtitia moderari poſſim.
ne (quod nolit deus) aut ille ſine tutore: aut uos ſine adminiſtratore periclitemini. Gõ/
trani oratione letus populus: principis humanitatem fidemq; collaudat: deum preca
tus: ut illum ſaluum fauſtumq; ſeruet. Fuere per id tempus motus quidã belli repe/
tente gontrano loca quæ childebertus occupabat: Sed ganeſcus pictauorum comes
qui childeberti partes tuebat' lemouicenſes ipſoſq; pictauos: in fide cõtinuit: turonos
præterea tentauit. Sed repugnante urbis antiſtite ciuitas in fide gontrani ꝑſtitit. At nõ
multo poſt childebertus quem poſt chilperici necem pariſium aduenientẽ ciues non
*Gillo remenſis ad gontranũ legatus* admiſerant: gillonem remenſem quibuſdam adiunctis ei illuſtribus uiris: ad gõtranũ
ire iubet. Admiſſis legatis: gillo aſſentatione uſus principio gratias deo egit: qui gon/
trano tam clementi & potẽtiſſimo regi pacem ſinceram tribuiſſet. Nec ultra tulit gõ/
tranus uerba pontificis: ſed dicere uolentem intercipiens: non inquit peſſime præſul
blanditiis iſtis libens (te maxime orante) auditum exhibeo. Omniũ enim qui ſunt cũ
ſis perfidiſſimus: tu prætextu lineæ huius ueſtis religionẽ præ te ferẽs: fraude ꝓditiõe
q; omnes fallis. Te eñi conſultore urbes quæ ad me pertinent cõplures incẽdio aſſum
ptæ ſunt. Sic loquenti regi: gillo nihil reſpondit. Sed alter legatoꝝ quæ a childeberto
mandata erant paucis ad inſequentem modum elocutus. Glorioſus inquit rex noſter
childebertus nobis præcepit repetere abs te paterni regni partẽ: quam tu illi gontrane
ademiſti. Reſpõdit gontranus iãpridem ad hæc reſpondiſſe: ſe nihil a childeberto præ
ter conuentoꝝ formam uſurpaſſe. Ea propter quæ legitime poſſideret ſe retenturum.
Niſi tñ ea quæ uel gratia forte uel liberalitate donare decreuiſſet. Ergo cum intellige
ret legatus fruſtra aduerſus regem contẽdere: quãdoquidem inquit legatio noſtra nõ
procedit. Reliquũ eſt quod ad extremũ pro tua iuſtitia impetremus. Eſt apud te frede
gonda chilperici relicta quæ ſigebertum principis noſtri parẽtem & ſupra paucos dies
chilpericũ interemit: mulier digna affici multis ſuppliciis. Propterea petit childeber/
tus hanc ad ſe dimitti. Cui ob ſcelerũ immanitatẽ pœnas ut par eſt irroget. Legato gõ
tranus reſpondit: iniquũ ſibi uideri ad pœnas rapi mulierem regio nuptu inſignem: et
quam non putaret culpam cõtraxiſſe eorum quæ illi obiicerentur. Atq; ita irrita lega/
tione abeũtibus legatis: primarius ille locutor: gontrane inquit: Magne rex: poſtq̃ pa
cem abnuis: ſcito iam ſecurim qua tuus frater interemptus eſt capiti quoq; tuo immi/
nere. Ad hæc uerba commotus rex extrudi palatio legatos iubet: eoſq; luto cœnoq; ꝑ
uiam euntes cõtaminari. Hinc graues inter reges inimicitiæ conflatæ ſunt. Gõtranus
poſt hæc fredegondã in neuſtriã emittit: ubi nõ procul rothomago incoleret. Ad quã
ex francorum nobilitate nõnulli profecti tanq̃ fortunæ eius miſererẽtur operã illi ſuã
pollicentur. At cognito ꝙ prætexatus quem in cuſtodia chilpericus habuerat a gon
*Fredegonda iterũ necẽ cogitat* trano liber factus eſſet: indoluit uehementer fredegonda: ꝙ ex faſtigio regiæ dignita
tis delapſa: tam parui haberet. Addebat ad dolorem brunechildis ꝑſens fœlicitas. quã
ſe potentiorẽ & magis honoratã iri conſpiceret. Quo liuore cruciata mulier: audacem
quendã & cædibus aſſuetũ hominẽ holdericũ ſeorſum uocat: magnis pollicitatiõibus
ſatellitem onerat: ſi brunechildẽ reginã necet. Conuentione cædis facta: holdericus
cum multis iam diebus conſuetudinẽ familiaritatis apud reginam brunechildẽ aſſen/
tatiunculis blanditiiſq; comparaſſet: blandior tamen indies uiſus in ſuſpitionem uenit
Depræhenſuſq; & tormentis affectus: crimẽ confitetur. Fuſtigatus deinde & ludibrio
habitus ad fredegondam dimiſſus eſt. Quem paulo poſt ſanguinaria mulier pedibus
manibuſq; truncatũ dimiſit: uel ꝙ deſidiæ eũ argueret: quia uidelicet necandæ brune/
childis occaſionem uecors prætériſſet: uel ꝙ ſignificare uolebat ſe nihil de homicidio
*Cherulphus occiditur* ſatelliti mandaſſe. Cura dehinc gontrano fuit chilperici necis autores perſequi: in/
ter quos delatus eſt cherulphus: qui primarius chilperico cubicularius fuerat: ad marti



ni ſepulchrum effugit. ubi tandem gontrani iuſſu a quodam claudio multis uulnerib⁹
interfectus eſt: publicatis eius bonis quoꝝ ditiſſimus erat. Eadem tempeſtate gõdo *Gõdoaldus filiũ regis ſe appellat*
aldus qui ſe clotarii filium diu prædicauerat: q̃obrem conciliato ſibi procerum fauore
cum bonam in aquitania populi atq; urbium partem in ditionem ſuam recepiſſet: pe/
tragorios tholoſates burdegalloſq; non difficile conciliauit. Auctus imperii amplitu/
dine gondoaldus: litteras ad francos proceres dat: quas ligneæ tabellæ mãdatas & ce
ra deſuper oblitas: duobus cadurcis ſacerdotibus perferendas cõmittit. Quibus in iti/
nere a gontrani aulicis deprӕhenſis ex litteris & ſacerdotum confeſſione cognitũ eſt
quid gondoaldus animo concepiſſet. Nec moram interponit gõdoaldus ad gõtranũ
legatos mittere: quibus oliuæ ramos in manũ geſtare iubet: quo ſigno quaſi pacis nũ/
tii tuti ad regem ꝑuenirent. Cum ad regem uentũ eſſet: rogati nomen & gentẽ. A gon
doaldo inquiũt uenimus ad te qui cum clotharii patris tui filius ſit debitã ſibi paternæ
poſſeſſionis portionẽ petit. Quod ſi neges: armis hæreditatem repetere decertabit. ex
aquitania numeroſum exercitũ iam habere. acceſſurũ inſuꝑ ſuis uiribus a childeberto
magnum delectum militum. Gontranus legatos opprobrio habitos: in equoꝝ dorſa
diſtendi atq; fuſtigari: præter ius legationis imperat. Legati eteñi nomen uiolare apud
etiam barbaros nephas eſt.

p Et ſuperiores dies conſtitutũ inter gontranũ atq; childebertum erat de con/
uentu habendo. ad quem gontrani edito childebertus magno ſuoꝝ ꝓcerum
comitatu uenit. Ibi ante omnia gondoaldi nũtiis introductis gontranus di/
cere imperat quæ ſuperioribus paucis diebus apud eum habuiſſent. Poſtq̃ cuncta ordi
ne enarraſſent: Addunt gondoaldum rebus omnibus ſpoliaſſe rigondam chilperici fi
liam dum eam ad hiſpaniã nuptiarum cauſa pater deſtinaret. Eius rei gnaros eſſe chil/
deberti proceres. Dum hec nũtii peroraſſent: ſuſpitio mox ĩcidit regibus: eam cauſam
eſſe quare aliquot ex nobilitate childeberti concilio abeſſent. Nec propterea deſtitit
gontranus rem animo conceptã patefacere. Accepta lancea extremum eius ad childe
bertum intendens: hoc inquit indicium tibi eſto chare nepos: regni te mei hæredẽ fo/
re. Et nunc quidẽ totius gẽtis atq; urbium tibi poteſtatem imperiumq; committo. Tu
eñi: et alter meus nepos clotarius tñ ſupeſtis quibus hæc optimo iure cõueniant. Hec
cum in conſpectu multitudinis dixiſſet: apprӕhenſum dextera childebertũ ſeorſũ non
longe a contione deducit. Primo illum monet: taciteſq; quæ dicturus ſit ſeruet. deĩde
docet quos ad gerenda regni negocia admittat: quibuſue conſultoribus utatur: quos
item reiiciat: quibus etiã ſui cuſtodiam atq; ſalutem credat. Caueat a brunechilde mr̃e
a gillone præterea remenſi: qui eſſet perfidus maxime. His ita inter ſe ꝓlocutis: ad rẽ
communẽ tractandã conſidũt. Quibus omnibus quæ ad reipublicæ commodũ attine
re uidebantur et quoꝝ gratia contio habebatur abſolutis: conſilium dimittunt. Ad cõ
uiuium deinde itur. Inter comeſſandum gontranus circũſtantes ita proceres affatur.
Viri franci & apprime nobiles quos mihi ſemper & primores & charos habui. Hic eſt
meus ille nepos quẽ hæredem inſtitui. Colite illum oro: & fide integra parete ueſtro
regi. De magnitudine etenim eius futura ſpem capio maximam: cum iam imperio
auctus ſit et uirtute commendatus. Hec dicens ſimul reſtituit childeberto ciuitates
quas chilpericus abſtuliſſet.

r Ebus ex regum uſu conſtitutis: childebertus ad ſuos profectus eſt. Dum hec
agerentur principũ unanimitate cognita: hi qui gondoaldo fauebant deſide
rius mõmolus bladaſcus atq; ſagittarius ab eo defecerũt. Eſt trãs gerondã *Defectio a gontrano*
flumen loco edito urbs quæ cõuenæ appellat': ad quam gondoaldus ſe recepit. primo
quidem ciuibus beniuolus: mox ſimulato hoſtium aduẽtu bonum fore ait ſi in arcem *Conuenæ ciuitas*
fortunas ſuas ciues contrahant. Deinde cum prope adeſſe hoſtẽ diceret: omnes in ar/
mis eſſe mandat. & in hoſtem portis patefactis erumpere. Procedẽte ergo agmine cũ
in planiciem ueniſſent: exturbato urbe antiſtite portas obſtruit. Ipſe cum præſidio ſuo
rum ciuitate potitus fortunam quæcũq; futura eſſet illic expectare conſtituit. At gon/
tranus loci munitione cognita: cum inde gondoaldus erui facile non poſſet: litteras

brunechildis nomine ad eum perferri iubet. quibus hortabatur eũ opes oĩs ſuas bur/
degallam conferat: ibiq; hiberna habeat. Paruit fraudulentis monitis gondoaldus: reſ/
q; omnes & ingentẽ auri ſummam burdegallã præmittit. Cognito gondoaldi diſceſſu
milites gontrani qui iter eius explorabant: gerondam flumen enatant: depræhẽdũtq;
iumenta quæ ſarcinas gondoaldi ueherent. Quibus ſpoliatis ad locũ ubi gondoaldus
ſe receperat contendunt. Lendegeſillus copiis præfectus carros ad urbis obſidionem
ad hunc modum excogitauerat. Intecti enim undiq; cratibus atq; tabulatis carri muni
mento erant his qui intra carros deliteſcebant: quorum negocium erat cuniculis pa/
tefacere uiam in urbem. Comparata inde frequenti ex uicinis ſiluis materia: faſcium
ingentem numerum in uallem coniiciunt. Oppidani contra non uecordes præacutis
ſudibus & lapidum molibus: igni quoq; ac pice deſuper iactis cum materiam tum mili
tes incendebãt. Hac oppugnatione incaſſum ſuſcepta: lendegeſillus alia uia obſeſſos
intercipere ſtatuit. Mommolum igitur ad colloquium clam uocat: quem primo icre
pitum ꝙ a gontrano defeciſſet: ſecuruſq; eſſet gõdoaldum: ſi operam nauet: ut ſuo ali/
quo facto ciuitas dedatur: ſe ſperare gontranum qui benigniſſimus eſſet facile illi di/
miſſurum quicquid in eum commiſiſſet. Mommolus de ea re ſe conſideraturũ reſpõ/
dit. Igitur mõmolus ſagittarium ladaſcumq; & ualdonem ſibi arcta amicitia deuinctos
conuenit. docet quid illis periculi ſi ciuitas expugnetur impẽdeat. Vtile fore ſaluti ſuæ
conſulant. Mommolo cum omnes acquieuiſſent: cõuenit in aliquot inſigne ciuitatis
templum ignem ſummittere: ad quod incendium reſtinguendum omnibus concurrẽ
tibus facile factu lendegeſillum in urbem admittere. Ad hoc negocium acceſito carul
ſo ditiſſimo homine apud quem & ipſi diuerſabantur conſilii compotem facit. Poſtq̃
de incendendo templo tradendaq; hoſti ciuitate compoſitum inter eos eſt: ad lende/
geſillum mommolus occultiſſime uenit. monſtrat qua uia ciuitas in poteſtatem gon/
trani dedi poſſit: ſi modo id quod de reconciliando ſibi rege lendegeſillus pollicebat
re ipſa efficeret. Lendegeſillus ſpe recuperandæ urbis letus: iuſiurandum mõmolo dat
nihil de conuentis detracturum. Quod ſi animũ regis ſe ad id deducturũ non poſſe in/
telligeret: daturum illis tamen firmũ aliquod templũ in quo tuto dum rex placari poſ
ſet conſiſterent. Re ita cõdicta Mõmolus conſilio incendendi templi omiſſo gondo

Perfidia mõ moli in dñm ſuum

aldum adit: memorat q̃ integra in eum fide ſemper uiſus ſit: q̃q; item deinceps eẽ uelit
Verum eam eſſe rerum conditionẽ ut multum confidi nõ debeat. Propterea tentaſſe
ſe lendegeſilli animũ: quem in ſe & ad concordiã procliuem inueniat: lẽdegeſillũ hoc
unũ non probare ꝙ tu de gontrano male exiſtimans conſpectum eius aufugis: nec de
cognationis attinentia (cuius forte dubius eſt) ullam rationẽ cum fratre ponis. Hoc
tantum ſi facias: regemq; cõuenias omnia lendegeſillus ait ex uſu tuo fauſte ꝓceſſura.
Sentio igitur his tot curis atq; perturbationibus te explices: & nos una tecum ad gon/
tranum proficiſcamur. Ad hunc modũ ſuadente mõmolo: ſenſit dolum gondoaldus:
nec tamen cauit. Non enim facile eſſe uidebat eoꝝ malitiæ occurrere quorum & fidei
et tutelæ ſe tanto tempore credidiſſet. Hortatur tantum: ſe non derelinquant euntem
quo eum ducerent. Stabant pro portis hoſtes boſo & bolo biturigũ comites qui gon/
doaldum a mõmolo exciperent. Foribus patefactis gondoaldũ in lẽdegeſilli poteſta
tem mõmolus tradit: regreſſuſq; inde in urbem mõmolus portas claudit. Erat inter ci
uitatem & hoſtium caſtra tumulus terrenus mediocriter editus. Ad huius ſummũ cũ
gondoaldus ſucceſſiſſet: bolo eũ præcipitẽ deiecit. qui in caput pedeſq; rotæ inſtar cir
cũactus illiſo in caput eius a boſone ſaxo trucidatus eſt. Mõmolus autẽ quem in urbẽ
reuertiſſe diximus gondoaldi opibus direptis: in reliquã multitudinẽ graſſatus ẽ. Poſt
q̃ nemini hominũ neq; ſacerdotibus pepciſſet: incenſis ædificiis in lẽdegeſilli caſtra ſe
contulit. Lendegeſillus iam de regis in proditores ſentẽtia certior factus: mõmolum
ad ſe uenientem excedere tentorio tantiſper iubet: donec tumultuãtes in eum milites
ſedet. Egredienti præſens mors licet ante oculos (irruentibus in ſe militibus) uerſaret
fortiter quidem reſtitit: nõnullis ex hoſtibus uulneratis. Sed ſigno a lẽdegeſillo clam
ſuis dato: circũuentus undiq; mõmolus: ꝓditionis pœnas pendit. Sagittario epiſcopo



fuga ſalutem quærenti caput unico gladii ictu a milite quodam amputatur. His rebus
cognitis gontranus mõmoli opes ad ſe deferri imperat. Erant nũmi aurei mille põdo
(beſantium franci uocant) argenti ducenta quinquaginta. id omne æquabiliter gon
tranus childebertuſq; ſibi diſpartiti ſunt. Inter mõmoli ſpolia ad gõtranum deductus
homo eſt terno pede ceteris hominibus maior. Inciderunt per id tempus nũc in italia
inde ĩ hiſpania occaſiões nõnullæ belli: quod quia parum momẽti uel propter nimios
imbres: uel ꝙ rebus mox compoſitis reditum eſt domũ uolens prætereo: unũ fuit ad/
uerſus gothos duce boſſo: cui attributis a gontrano magnis copiis: ducis incuria male
pugnatum eſt: fuſis cæſiſq; ad magnũ numerũ francis. Commiſſum præterea aduerſus
britones nõ incruentum prælium. ubi pepolinus dux catharri dolo occiſus. Inter hæc
quaſi gõtrano cælum aduerſitatis non nihil comminaretur: anno priore mortis eius
luna ſupra q̃ in eclipſi ſolet obſcurior uiſa. Ipſe uero poſt ãnum trigeſimũ adepti regni
moritur. & cabilonem burgũdiæ ciuitatẽ elatus in monaſterio diui marci quod extru/
ctum magnis prouẽtibus cumulauerat ſepultus eſt. Cuius ſi ſpectentur mores: dignus
profecto qui principãtibus ãnumeretur bonis. In paupes benigniſſimus erga ſacerdo
tes & dei miniſtros obſeruantiſſimus.

Inſueta ho/minis proce/ritas

Signum ante gõtrani regis mortem

Depto gontrani regno childebertus animo reputans fredegõdæ in patrem
a et patruelem crudelitatem pœna afficere mulierem meditatur. Quãobrem
gondoaldum ad ſe uocat: huicq; exercitus curam imponit: mandãs incurſio/
nibus perdere ſueſſionenſium regnum quod fredegonda tanq̃ ad filiũ clotarium per/
tinens moderabatur. Cognito hoſtium aduentu fredegonda regni proceres in armis
ad ſe proficiſci q̃uelociſſime iubet. Quibus in conſilium admiſſis: fredegonda filium
adhuc lactẽtem amplexa: uiri inquit regni huius franciæ primores nõ parui uobis æſti
mari debet rex & dominus ueſter: q̃q̃ ætate paruulus eſt: ut in cõſpectu pene ueſtro re/
gnum uaſtari perdiq; patiamini. Et reminiſci quidem uos decet fidei ueſtræ quam ro/
thomagi cum eſſem præſtitiſtis: nõ deſerturos ullo tempore filium hunc meum regẽ
ueſtrum: ſed eum obſeruaturos ut paterni regni hæredem. Per eam ipſam fidem uos
oro proceres: tueamini poſſeſſiones ueſtras: quas hoſtis tam crudeliter ĩfeſtat. Facile
etenim factu eſt: q̃q̃ pauciores ſumus aduerſarios uincere. Neq; animo fracta neq; con
ſilii inops rebus deero: ſi modo adiutores fueritis: neq; bene rem gerẽtibus laus & præ
mium negabitur. Cedentes uero ignominia notabuntur æterna. Aſſentientibus qui
aderant: landericum fredegonda præficit. Cui et belli gerendi omnem poteſtatẽ per/
mittit: iubetq; id faciant quod a landerico fuerit eis imperatum. Ipſa uero animo ere/
cta mulier: ab uberibus pendentem clotarium geſtans agmẽ anteibat. Ad ſiluam quæ
haud procul a uia erat. (Cum iam ſol occidiſſet) landericus exercitum ſecedere iubet
ipſe cæſum ex arbore frondoſum ramum: in eoq; ſuſpenſam nolam (ut fieri animanti
bus quæ nemora paſcuntur ſolet) equi iubæ alligat: Cæteris ut idem faciant iuſſis. His
ita ad landerici uotum compoſitis noctu e ſilua mouens: ad caſtra hoſtium ſub lucem
peruenit. Quos ex heſterno labore dormitãtes adoritur: atq; compluribus interfectis
cæteri in fugam conuertũtur. Direptis mox hoſtium caſtris in campaniam quæ remis
adiacet ingreſſi: uicos incolaſq; igni perdunt. Hanc inſignem uictoriam ſuo aſtu fred e
gonda apud truecum adepta eſt. Succeſſit alia in britones ducendi cauſa quæ a prio
ribus non tradita ſcriptoribus neq; a me ſcribi poteſt. In eo prælio grandem ſtragẽ fa/
ctam eſſe traditum eſt. Mox inſurgente belli gerendi occaſione: childebertus in lon
gobardos expeditionem parat: qui inſubres mediolanũq; uexabant. Deliguntur ad id
bellum duo et uiginti ductores qui negocium gerant. Quorum omniũ principes con
ſtituuntur andoaldus: oloq; et codiueus: Superatis alpibus cum in agrum hoſtiũ uẽtũ
eſt: olo ad caſtellũ proximũ accedẽs ſagitta traiectus iteriit. Mediolanũ inde ꝓgreſſi
urbẽ obſidẽt. Ad quos mauritius biſantinus impator miſſis legatis pollicet ſuppetias
francis ante ſeptimũ diem ſe deſtinaturũ: eius aduẽtu ſignũ fore ſi oppidũ in colle po/
ſitum ardere intuerent. in irritũ cecidit impatoris ꝓmiſſio: q̃obrem ſoluta obſidione
franci caſtellis quibuſdã in poteſtatem receptis: prædiſq; actis: cum æſtiuo æſtu et alui

Bellũ aduer/ſus fredegon dam

Fredegondæ aſtu uictoria franci potiti ſunt

Childebert⁹ i lõgobardos

proſluuio toto exercitu laboraretur ad ſuos reuerterunt.

His paucis poſt aſſecutum burgundionum regnum geſtis childebertus qui iu/
Childebert⁹ una cũ uxore interiit.
nior appellatus eſt: unacum uxore non ſine ueneni ſuſpitione moritur. Fuere
childeberto iuniori liberi duo: Theodebertus maior natu mettenſe imperiũ
cui auſtaſiæ appellatio fuit adeptus eſt. Quod campaniæ ſuperioris partem cõtinens:
ad alemãnos uſq; protendebatur: ſic quidem uocitata: ꝙ auſtracus rex: uel ut aliis pla/
Gregori⁹ romanus pontifex
cet auſter eam incoluiſſet. Theodorico burgũdia obuenit. Hi ſunt reges duo ad quos
et ad brunechildem eorum auiam gregorium romanum pontificem dum auguſtinũ
ad anglos fidei chriſtianæ doctrina imbuendos mittit ſcripſiſſe legimus: legatum apo
Huni
ſtolicum commendantẽ. Eodem tempore auares id eſt huni ſedibus ſuis egreſſi: editis
aduerſus francos aliquot præliis: ingẽtibus tandem muneribus donati quietã franciã
reliquerunt. At fredegonda regum hoſtis collecto grandi exercitu: clotarium filium
in bellum contra illos excitat. Qua re cognita nõ ſegniores facti theodebertus & theo
dericus q̃q̃ tutela brunechildis agerentur: magnis copiis occurrunt. pugna atrox lõga
q; committitur. Fuſis deniq; fugatiſq; hoſtibus: clotarius uictor a matre magnis plauſi
Fredegonda moritur
bus exceptus eſt. Quæ tamen non multo poſt cum iam conſenuiſſet: obiit mortem et
chilperici regis uiri ſui ſepulchro illata eſt. Per id tempus lacus dunenſis tanto feruo
Lacus dunenſis
re ebuliuit: ut cocti in eo piſces ad ripas in eſum uenirent accolarum. At uero reges in
iuriarum quas a clotario acceperant non obliti: ad arma brunechildis hortatu conſur/
gunt. in quos clotarius mouens: poſitis apud fluuium aruennam caſtris: infœlici præ/
lio dimicauit. Nam profligato exercitu: tanta occumbentium ſtrage fluentum opple
tum eſt: ut fluere uelut obiecta mole deſierit. Eſt enim in ãnalibus francis tria in eo cõ
flictu millia hominũ occubuiſſe. Clotarius autem citus per meldunum ad pariſios ſe
recepit. Quem inſecuti reges pacis conditiões quas ipſi uoluiſſent clotarium recipere
coegerunt. Formula pacis hec fuit: ut quæ inter ſequanam ligerimq; atq; yſaram loca
ad occeanum uſq; continentur ea theodebertus poſſideret. Duodecim uero regiões
quæ ſequanæ yſaræq; fluentis alluuntur clotarius haberet. Rebus ad hanc formulã
confectis: cum theodeberti iuſſu bertoaldus magnæ apud regem autoritatis bonã mi
litum manum tuendæ neuſtriæ cauſa accepiſſet. (Parebat enim his diebus theodeber
to neuſtria) Clotarius meroueum filium landericumq; palatio præfectũ in bertoaldũ
cum exercitu mittit. Ea re bertoaldo nũtiata cum imparem ſe militum numero intelli
geret aurelianum ſe contulit. Quem landericus inſecutus: hominis fugam cum hoſtili
ter exprobrat: bertoaldus ex ciuitatis muro non inquit landerice quia militum multi/
tudine me ſuperas uirtute quoq; ſuperiorem te eẽ putes. Sed ſi compertum habere uis
quæ cuiq; noſtrum animi fortitudo ſit: ad ſingulare certamen te prouoco. Quod cum
non admitteret landericus. Si ergo (inquit bertoaldus) tuus forte clotarius manus cũ
theodeberto conſeret: uis ne in ipo conflictu quid uter utri præſtet experiamur. Exce
Iuna fluuius ꝓpe ſtampas
cepta eſt a landerico conditio. Nec multo poſt duo reges ad iunam amnẽ qui ſtãpas
alluit caſtra ponunt. At dum clothariarius miles ãnem traiicit: theodebertus ne totis
copiis clotharius pugnare poſſet: ſigno dato prælium init: in quo multi utrinq; cecide
runt. ſed ex clotarii exercitu multo plurimi. Inter præliandum bertoaldus qui landeri
cum ad ſingulare certamen prouocauerat cum landericum ſepius fruſtra ĩclamaſſet
non ignarus quid in eum doli machinaret̃ brunechildis: in conſertiſſimos hoſtes irrũ
pens uitã maluit fortiter pugnãdo amittere q̃ a magiſtratu (id quod brunechildis ma
xime petebat) ut eius loco porthadium quẽdã promoueret turpiter dimoueri. In eo
Meroue⁹ capitur
prælio meroueus in hoſtium poteſtatem uenit. Idem clotarius cum landerico ſeſe fu
ga eripuit. Nec deſiſtit theodebertus perſequi hoſtes donec pariſium uſq; infeſto ag/
Prothadi⁹ italus brunechildis familiaris
mine æſtu & cæde madens perueniſſet. Nulla tamẽ alia re egregie geſta: domũ reuer
ſus eſt. Erat inter aulicos theoderici prothadius quidam italus qui cum brunechilde
ſtupri cõſuetudinẽ (ut credebat̃) habebat. Quam ob cauſam brunechildis illum apud
theodoricũ & dignitate & auctoritate plurimũ poſſe omni ſtudio adnitebatur. Et po/
terat quidem. Nã italus cum eſſet ingenio aſtuq; præditus: regi gratus habebat̃: ſed ꝓ



ceribus oĩbus ꝓpter ſingularem pecuniæ auariciã exoſus. Hoc ergo prothadio freta
brunechildis & q̃ nondũ bono aĩo in theodebertũ mettenſiũ regẽ: q eam abſe relega
uerat eſſet: theoderico ſuadet. Illũ theſauros patris ad ſe ſuſtuliſſe: quoꝝ partim hæres
ĩpe eſſe debeat ſimulq; theodebertũ ait ex alieno cõcubitu fuiſſe ſuſceptũ: atq; ex hor/
tolano ꝓgnatũ. Quãobrem mitteret ad theodebertũ legatos q ſua & patris pecuniam
ſupellectileq; repetant. Talibus frequenter aĩatus conſiliis theodericus: cũ fruſtra
Bellũ a theodorico ĩ theodebertum mettenſiũ regem.
theodebertũ admonuiſſet: contracto plurimo exercitu: aduerſus theodebertũ ꝓfectus
ad cariſiũ caſtra metatus eſt. A quo quia nõ procul abeſſet: theodebertus aciẽ inſtruit:
poſtera die dimicaturus. At primores exercitus aĩo uolutantes q̃ turpe erat fratres in/
ter ſe digladiari: nec minus ignari rerũ bellicarũ qbus & imperia atteri & nõnunq̃ peſ/
ſundari ſolent: regẽ adeunt. orant ne fraternã pietatẽ temere uiolet: ne ue committat
quo ſua dignitas: fortunæq; ſuæ deteriores ſint. At prothadius in contrariã ſentẽtiam
regẽ inclinaturus: Minime inquit decet ex leui cauſa de pace repente agere. Sed tẽta/
re oportere hoſtis animũ: ſi forte petitis acquieſcat. Quo uerbo irritati ꝓceres: in cædẽ
prothadii conſpirant: protenuſq; tumultus exoritur. Quẽ adhuc non in apertũ prode/
untem cũ theodericus ad tentorii ueſtibulũ ſtans cõiectura aliqua percepiſſet: regem
a prothadio oẽm iniuriã prohibentẽ quidã ex cõſpiratoribus (ne ultra progrederet̃)
diſtinuerunt. Qui in ſententia nihilominus perſeuerans: uocato ad ſe uſelino impe/
rat indicere militibus ne prothadio noceant. Vſelinus uero conſcius q̃to cunctis eſſet
Prothadi⁹ ꝓhibẽte theoderico a militib⁹ occidit̃.
odio prothadius: ubi ad coniuratos uenit rex inquit mandat prothadium occidi. Con
currunt igitur alacres milites: & hoĩem alea cũ petro quodam medico ludentẽ interi/
munt. Qua re ꝑpetrata: oẽs ad regis tentoriũ conuolant. orant ne iniquo aĩo ferat peſ
ſimi hoĩs necem: quẽ ſcirent oẽs amicitiæ & pacis inimicũ. Ad hæc theodericus recen
ti homicidio turbatus: cũ aduerſus q̃plurimos furendi uia non eſſet: aĩos ponit: & paci
ſe accõmodat. Qua priuſq̃ armis decertaret̃ ex procerum conſilio conceſſa: diſceſſum
eſt. Inde theodericus qui nullis ad id tempus legitimis nuptiis uſus eſſet: ſed duos ex
Nubit theoderico filia regis hyſpaniæ quã poſtea dimiſit.
concubina filios excepiſſet animum ad matrimonii fœdus conuertit. Erat hyſpano re
gi deterico filia nubilis. Hanc ſibi a patre cõiugem dari per legatos poſtulat: fide præ/
ſtita illam perpetuo & uxorem & reginam fore. Detericus membergæ pater (id enim
erat filiæ nomen) genero letus: filiam theoderico deſponſat. Acceptam theodericus
unice diligit. Sed huius tam arctæ charitatis inuida brunechildis: ita regis ꝑuertit ani/
mum: ut deſpreto uxoris thoro: eam cum iis quæ paterno dono exportauerat mune/
ribus ad patrem remittit. Qua a theoderico ignominia affectus detericus: Clotarium
per nũcios ſollicitat recordari quid in eum priore bello theodericus commiſerit: ſi ad
ultionem exurgat: ſe qui inſignem a theoderico iniuriã accepiſſet illi auxilio fore. Ex/
cepit ꝑiocunde legatos clotarius: eoſq; ad theodebertum mittit tentaturos ſi forte ad
belli ſocietatem iungeret ſeſe. Qui idem quoq; ſe facturum legatis reſpondit. Inde ad
lombardos profecti legati agonem regem adeunt. Memorant reges tris in theoderi
cum coniuraſſe: ſi ad eos quartus accedere uelit adeſſe tempus: cũ ipſi omnes ob ſupe
riores eis illatas moleſtias theodericũ ulciſci facile poſſint. Agon ſeſe regibus coniun
cturum ſpondet. His reſponſis exhylarati legati ad detericum reuertuntur. Coniurati
Bellum ĩter fratres.
one regũ ad theodericum plata rem grauiſſime tulit. At theodebertus ſperans ad bel
lũ conuenturos cõiuratos reges primus copias eduxit. Venientibus in mutuũ conſpe
ctum regibus: nihil armis tentatũ eſt. Sed ultro citroq; euntibus legatis: dies apud ſale
ſiam caſtellũ de cõcordia cõponenda dictus eſt. Quo theodericus cũ decem hoĩm mi
libus ſe contulit. Theodebertus longe maiore ꝓcerum numero profectus eſt: aĩo oĩa
Pax cõponit̃
diſperdendi ſi frater a cõuentis reſiliret. Territus numero fraternæ gentis theoderic⁹:
nihil repugnat pacẽ recipere quãcunq; theodebertus uoluiſſet. Conuentũ inter reges
extitit: ut comitatus duos turoniæ atq; cãpaniæ quaſi ad ſe hæreditatio iure pertinen/
tes perpetuo theodebertus reciperet. Rebus ad huiuſmodi formã confirmatis: uale ſi
bi dixerũt reges. Verum non ita pacato aĩo theodericus muſſitabundus ſæpe cogi/
tabat qua rõne fratrẽ bello uexaret: a quo & bello fuiſſet ĩpetit⁹ & bona pte regni mul

ctatus.Conſilio cũ prudẽtioribus aulicis accepto:ſibi cõducere ratus ſi clotariũ amicũ faceret ne theodeberto iungeret̃:ad eũ legatos ire iubet:qbus mãdat regi dicere quibus ſe calamitatib⁹ theodebertus preſſiſſet:adẽpta ſibi grandi terræ poſſeſſione.Ideo cõſtituiſſe repetere ab eo q̃ iniquiſſime rapuiſſet:ſi clotarius fidẽ det ſe nõ ſuppetiaturũ fratri.Audiuit p ſummã beniuolentiã legatos clotarius.Et q̃ regis ſui noĩe petebãt conceſſit.Erat enĩ colũbanus eo tpe ſctĩtatis noĩe p̃clarus.hic clotariũ admonuerat: ne fratrũ bello ſe ĩſereret:fore poſt aliquot dies:ut illorũ hæres eſſet.Cognito clotarii rñſo:theodoric⁹ ad lĩgonas copias cogit:ĩde uerdunũ q̃ ciuitas p id tp̃s primũ ædificabat̃ p̃teriẽs tullũ petit:quo & ip̃e theodobertus ex auſtraſia educto milite caſtra poſuerat in eo loco acerrime pugnatũ eſt:cadentibus ex utroq; exercitu p multis. Sed

Theodebertus fugit.

inclinante in theodericũ fortuna theodebertus p mettẽſes fugiẽs tandẽ coloniã ſe recepit.Ibiq; reparatis uiribus:nõ multo poſt theodericũ infeſto agmine non tñ meliore fortuna:aggredit̃.Nã tametſi nõ ignauiter pugnaret:tñ poſtq̃ uidet ſuos ſuperari: deſerto p̃lio:fugæ ſe mãdat:inſequentibus cũ auſtraſiis:quorũ magna pars fugiẽs occiſa fuit.Traditũ eſt tã confertos milites in ſeſe eo prælio cõcurriſſe:ut q in equis ſedẽtes uulneribus cõfecti erant delabi ab equis turba digladiantiũ impediente nõ poſſẽt. Theodericus cognita fratris fuga:cũ illũ hoſtiliter inſequeret̃:oĩa quaiter agebat pdens:regionis incolæ illũ cõuenientes orant ne ob unius hoĩs culpã innocentẽ populũ exterminet:eos qdem cũ oĩ puincia quã armis cõparaſſet ſuos eſſe:nec ĩperata unq̃ negaturos.Quibus rex reſpondit ſe qdem illis ueniã daturũ ſi fratris caput ad illũ perferant.Igitur qui uenerant reſpõſo accepto coloniã ſine mora pficiſcunt̃:theodebertũq; his uerbis alloquunt̃.Frater tuus theodericus bello abſtinebit ſi partẽ theſaurorũ quos ex patris ſucceſſione poſſides illi diſtributã eſſe uoles.Propterea tibi nobiſq; cõſule:& tuũ fratrẽ ſpatere conſortẽ eſſe paternæ ſupellectilis.Credidit loquentib⁹ theodebertus ſtatimq; in reconditoriũ ubi theſaurus aſſeruabat̃ una ſecũ turbã admittit.In

Theodeberti amputatũ ab uno de turba caput ad theodericũ fratrẽ defertur.

terim uero dũ ſecũ reputat quid fratri impartiat:unus ex populo diſtricto ĩ theodebertũ gladio caput illius amputauit:nec cunctat̃ p ciuitatis muros ad theodericum caput pĩicere.Morte fratris cognita:theodericus coloniã ĩgredit̃.Regnũq; auſtraſiæ quod theodeberti fuerat:ſuſcepit.Mox rebus ex ſua ſentẽtia cõpoſitis:duos theodeberti filios cũ ſorore formoſiſſima puella mettim repetens duxit.Cui occurrens brunechildis conſpectis nepotibus:furens mulier innocentes protenus interemit. Theodericus autẽ parta uictoria ducatũ ſicuti conuenerat clotario reſtituit.deinde cũ ſpecie ille

Brunechildis crudelitas.

ctus neptis quã colonia abduxerat eã ſibi deſponſare & uxorẽ accipere oĩno contenderet:brunechildis impediuit:dicens nefariũ eſſe ducere uxorẽ q̃ pximo ſibi generis gradu attineret.Cui theodoricus reſpondẽs:O inquit pfida & odioſa multis fœmina:nũquid mihi pſuaſeras:theodebertũ adulterino cõcubitu prognatũ meũ fratrẽ non eſſe: quare me & fratrẽ & pximũ meũ perſequi atq; perimere cõpuliſti?Hæc loquẽs theodericus:brunechildẽ occidere tentauit.ſed ope aulicorum protecta cœnaculo ſe proripuit.

Aliud brunechildis parricidium.

Nec differt crudelis mulier ultionẽ.potionẽ letiferã conficit:quã theodorico p miniſtros quos ad id idoneos inſtructoſq; reddiderat bibendã dũ balneo egrederetur offert.Veneno epoto rex balnei calore æſtuãs:repẽte ĩteriit.Sũt tñ q ſcribãt pfluuio alui interiiſſe:poſtq̃ ãnos decem & octo regnauerat:anno dñicæ ſalutis ſexcenteſimo decimo octauo.

## Eiuſdem compendii.Liber tertius.

r Egibus ut p̃miſſum eſt interemptis:unus ex clodouei cognatione tantũ clotarius ſuperat:ad quẽ regnũ ptineret.Sed brunechildis plurimorũ cæde audax:ſigebertũ theoderici nothũ auſtraſiæ regno p̃ficere cõtendebat. Cuius cœptis repugnãt auſtraſii proceres:quia crudelis fœminæ mores execrarent̃.Igitur ad clotariũ duos ex numero eorũ longe nobiliſſimos arnoldũ pipinũq; mittũt oratũ:uenire ad eos feſtinet ad caſtellũ cui capthomarum nomẽ erat.Audita legatione clotarius ea q̃ pceres uelle intelligit impigre cõplet.Caſtello quod pxime diximus agenti clotario:brunechildis cũ nõ longe abeſſet(nã Vuarmaciæ q̃ uangionũ caput eſt ad ulteriorẽ rheni ripã agebat)mãdat:finibus regni auſtraſiæ abeat:quod ſigeberto filio theodebertus pater reliquiſſet.Ad hæc clotarius brunechildi nunciare iubet:Moris eſſe fœminã leges uiris nõ ponere:neq; de diſtribuẽdis regnis:inuitis pceribus:agere.Quos ſi in contionẽ uocatos uelit:nõ repugnare ſe:qn ipſis diffinientib⁹:uel ſigeberto uel ſibi auſtraſia cedat. Accepto clotarii rñſo:brunechildis germanos ad belli ſocietatẽ acceſſit.Nec ſegnius ex oĩ auſtraſia q̃ maximas copias poteſt cogit.Erat inter legatos a brunechilde in germaniã miſſos garnerius:quẽ ſecus ac iuſſus eſſet rem geſturũ ſuſpicata:ad albonẽ garnerii in legatione collegã litteras de occidendo garnerio dat.Litteras cũ legiſſet albõ laceras a ſe abiicit.Quarũ fragmẽta unus ex garnerii amicis cogẽs:excerptã inde diligenter ſententiã garnerio patefecit.Re diſſimulata:garnerius clam ſuadet germanis: brunechildis partes ne ſequant̃.deinde ad brunechildẽ reuerſus in burgundiã:una cũ brunechilde iter facit. Vbi ſeorſum quoſq; proceres cõueniens:eos in ſententiã ſuam eo facilius uertit q brunechildis tyrannidẽ horrori haberent.His igit̃ ſic ſe habentib⁹ garnerius clotario nũciat:ſi ſe ad eũ tuto cõferre poſſit:uelle ad ipm pficiſci.Non difficile fore ut mettenſiũ burgũdionũq; regno adiutore ſeſe potiat̃.Garnerii cognita uoluntate:clotarius cũ certior factus eſſet:qs ad rem cõficiendã modus garnerio ſatis pſpectus haberet̃:cõtracto raptim exercitu:in cãpaniã cathalaunenſem mouet quo ſigebertũ iã caſtra poſuiſſe cõſtabat. Defecerant p id tẽpus a ſigeberto ad clotariũ nõnulli ex auſtraſia apprime nobiles arturus. Rucco. Sigoldus. & Eulanus. Inſtruſtis ad pugnã copiis:priuſq̃ manus cõſerant:cõmilitonibus ſignũ dat garnerius de quo inter illos conuenerat. Ipſe ſenſim acie excedens:cæteros ſui conſilii conſcios comites educit.Quos lento agmine ad flumen uſq; ſagonã(quẽ ueteres ararim nominabant)perſequente clotario:cũ ſigebertus infeſtis copiis ad eũ locum ueniſſet:ipſe cum duobus fratribus corbo & meroueo in poteſtatem clotarii uenit. Sigebertus autem equi per-

Sigebertus uincitur.

nicitate ſaluus:nullo poſtea tẽpore cõparuit. Victori mox clotario brunechildis captiua offertur una cũ eudelina theodorici ſorore quas in caſtris hoſtium garnerius depꝑhenderat. Nec tardat rex præſente ſigeberto corbũ necare:ſeruato meroueo quem ex lauacro chriſtiani baptiſmatis filiolũ habebat:cuius & ip̃e diligentẽ curã deinceps habuit. Exultans tanta rerũ fœlicitate clotarius:accitis ad contionẽ diuerſæ gẽtis qui cum eo militauerant proceribus de brunechilde caſtiganda conſilium capit. Recenſi

Brunechildis ultimum ſupplicium.

tiſq; mulieris flagitiis:& q eſſet decẽ regũ:aliorũq; multorũ cædibus rea : rogat quo ſupplicio digne plecti poſſet. Acclamantibus cunctis crudelẽ fœminã uiliſſima aliqua morte affici debere:priuſq̃ in conſpectũ contionis rex eã introducere mandaret: quarto fuſtigatã:tandẽ deduci ad ſe iubet.in quã poſtq̃ diu aſpereq; inuectus eſſet:inſidentẽ equo mulierẽ per totũ exercitũ circunferri imperat.Inde a capillis & lacertis:ferocientis equi caudæ alligatã:reliquo corpore humi proſtrato:lictor diſtrahit. De cuius nece uaticiniũ ſybillinũ eſſe nonnulli aſſeuerant.id quia minime compertũ habeo aſſeuerare non auſim.uatum ſiquidẽ enigmatibus atq; obſcuritatibus interpretationẽ adhibere diuinantiũ eſt. Ne tamen ſua laude brunechildẽ fraudemus:cõplura ſacerdo/

Brunechildis laus.

tum collegia & monachorũ apud burgundos auſtraſioſq; extruxit:inter q̃ apud lugdunũ pro muris adhuc uiſitur diui uĩcentii cœnobium.Apud heduos quoq; alterum:ubi aſſentiente clotario ſepulta eſt.& alia diuerſis locis templa diuo martino cui deuotiſſima erat dicauit.Ita ut ſi impenſam cum brunechildis fortunis conferas: mireris ſane tot uno ſæculo templa:aſſignatis cuiq; prouentibus:mulierem exædificaſſe potuiſſe. Eius ætate.Etherius lugduni:apud heduos ſiagrius: Viennæ deſiderius:Antiſſiodori ãnarius:Auſterius aureliæ:Lupus & columbanus apud ſenonas mira ſanctitate claruerunt.

Clotarius prouincias diſtribuit.

r Eductis ad unius regis imperiũ quattuor regnis:clotarius palatio p̃fectũ garneriũ(cuius opera uſus maxime fuiſſet)cõſtituit.burgundiã harponi cõmẽdat.Auſtraſiis rado præpoſitus eſt.Et ne liberalitatis quicq̃ clotarius præter mitteret:garnerium imprimis ſui palatii præfectum:cõplurimos deinde burgũdæ ditionis proceres:antiſtiteſq;:& q aliquid penſi haberent ciues ad ſe uocat. Vocatos am/

pliſſimis quẽq; muneribus ad cõciliandũ eorũ ſibi beniuolẽtiã impartit. Nã ꝑter ſum/
mã humanitatẽ atq; modeſtiã qbus illũ natura inſtituerat: religionẽ quoq; uenerabat̃
Longobardi tributo liberati.
& quod rarũ eſt pietatẽ colenti: bello optimus atq; ſtrennuus erat. Longobardis q an/
nuũ frãcis a guntrano ad ipm uſq; clotariũ penſum duodecim auri põdo quotãnis ſol
uebant tributũ abrogauit. Dũ hæc agerent̃ natus eſt clotario ex bergedruda uxore
Dagobertus naſcitur. et Haibertus.
dagobertus: quẽ litteris erudiendũ arnulpho mettenſiũ ꝓſuli cõmiſit. Bergedruda ue/
ro nõ multis poſt annis morit̃ in cuius loco ſichildẽ clotarius accepit q̃ haibertũ enixa
eſt. Dagobertus aũt poſtq̃ ſibi ꝑ ætatem licuit feras ĩdagare & uenari ut gallis mos
eſt pergit. Excitato ceruo cũ longo iã curſu laſſus quietis locũ quærit: uicũ quẽ catulia
Miraculũ de ceruo.
nũ uocãt ꝓfugit. In eo uico ſacellũ erat ubi cõdita humo & lapide inſtrata corpora bea
torũ dyoniſii ruſtici & eleutherii a ſuſcepto ꝓ fide chriſti martyrio ꝑ annos triginta ſu
pra quingẽtos religioſe colebant̃. Eo (cũ patens ſacellũ eſſet) ſe ceruus ꝓripit. ſoloq;
decũbens qeti ſe mãdat. inſequẽtibus crebris latratibus ceruũ canibus: cũ ad ſacellum
ueniſſent: ceruo cõſpecto frequẽtiore latratu ꝑſtrepẽtes: nulla eis ſed nec ipis uenato/
ribus in ſacellũ irrũpendi facultas fuit: ſuã ædem tuẽtib⁹ uiris ſctĩtate ſpectatiſſimis. Ea
re ꝑ uicina loca ꝑlata locũ ueneratiorẽ fecit & dagoberto admirationẽ ſimul & pietatẽ
cumulauit. Mortua ꝑ id tẽpus bergedruda clotarius ſichildem accepit unde ꝓceſſit
ut ꝓxime ſcripſi haibertus. At dagobertus cũ præceptorẽ q eũ ſecularibus ornatũ red/
deret inſtitutis a patre accepiſſet quẽ aqtaniæ ducatu pater donauerat: intellexit nõ ru
Dagobertus pedagogum ſuũ uirgis cædere iubet.
dis adoleſcens quantũ ſadrageſillus (id eñ nomẽ erat pedagogo) propter acceptam a
patre dignitatẽ ſupbiret: ita ut eũ neq; ſatis reuereret̃ neq; obſeruaret: uocatũ ad conui
uiũ ſadrageſillũ: cũ e regione dagoberti uelut par illi aſſediſſet: poculũq; tãq̃ ex æqua/
lis manu deſumpſiſſet: iubet eũ uirgis cædi. Qua accepta iniuria: ad clotariũ ſadrageſil
lus fere lachrimans ꝓcurrit. Eam rẽ pater furente aĩo excepit. Dagobertũq; ꝓtenus ad
ſe uenire iubet. Exaſperatũ patrẽ quia adoleſcens ꝑtimeſceret: non aliũ fugæ locũ q̃ ſa
cellũ quo a canibus tutus fuerat ceruus ſecũ reputans eo ſe confert: nõ minus præſidii
ſibi a ſanctis cõferri arbitratus: q̃ belluæ cõtuliſſẽt. Cognito filii ꝑfugio: clotarius dago
bertũ inde extrudi: & ad ſe deduci ferociter imperat. Id ut facerent abeũtibus ſeruis: cũ
ꝓpe ad ſacellũ minus miliari cõſtitiſſent: tam fixi ſtupenteſq; hæſerunt: ut ultra ꝓcede
re minime poſſent: q̃q̃ progredi maxime conarent̃. Igitur reuerſi qd illis obtigiſſet pa
tri renunciãt. Credidit clotarius fabulamentũ eſſe quod narrarẽt ſerui: ueriti ne dago
bertũ offenderent. Secundis q præceptũ exequerent̃ miſſis par accidit. Nec ſic ab ira
Reuelatio ſãctorũ dioniſii ſociorũq; ei⁹ dagoberto facta.
temperare potuit ferox pater: niſi & ipe miraculũ expiriret̃. In ſacello dũ ſopori ſe mã/
daſſet dagobertus: uidit ꝑ quietem tris reuerendiſſimos uiros ſeſe affari. Adoleſcens
inquiũt hi martyres ſumus quos multo ſupra tẽpore ꝓ fidei ueritate mactatos hoc lo/
co catula ſepeliuit. Qui locus quandoqdẽ nõ ſatis cultus decoratuſq; eſt: minore nos
dignatione populus colit. Quare ſi ad te receperis digniore apparatu tumulos nobis
extruere: cũ tibi ſecuritatẽ tum placatũ patrem reſtituemus. Et ne ſomnio te illudi exi
ſtimes: ſi terram ubi deliteſcimus effodies: optimis caracteribus ſuo quẽq; noĩe cõpe/
ries eſſe ſignatũ. Huiuſmodi uiſione confidentior factus adoleſcens: ſe quæ diui mar
tyres petiiſſent impleturũ religioſe ꝓmittit. Ad filiũ pater cũ indignabundus conten/
deret: eodẽ quo ſerui ſtupore & miraculo ꝑculſus: filio parcit. Eũq; non multo poſt re
Arduẽna ſilua.
gni cõſortio donatũ auſtraſiæ ꝓfecit: ꝑter ea q̃ citra arduennã ſiluã ad remos ſpectant.
Auſtraſiorũ ſuſcepto gubernaculo dagobertus cõſobrinæ chicildis apud chippiacũ
pariſiorũ uicũ nubit. uixq; a nuptiis dies tertius agebat̃: cũ patrẽ cõueniens dagobertus
petit ea ſibi oĩa dimitti: q̃ auſtraſiorũ regni eſſent: nec inde ſibi pater quicq̃ uſurparet.
Cõtentio de regno inter patrẽ & filiũ.
De qua re ubi inter patrem filiũq; diu diſceptatur placuit tandẽ ad arbitros de contro/
uerſia referre. Hi fuere ſelecti prudentes duodecim in quibus fuit arnulphus mettenſi/
um præſul: magna uir ſanctitatis opinione clarus. Ex eorũ ſententia clotarius filio dat
ſet. Admoto enim ad capuam incredibili celeritate exercitu: uix caſtris locatis de pace
conuenit. perterrito hoſte qui tantam in rege celeritatem admiraret᷑. Re confecta frã
ciam carolus repetit. Ibi nunciũ accepit Taſſillonem baioariæ ducẽ quem ad pipinum
ueniſſe ſupra memorauimus: uxoriis querelis agitatum arma parare: finitimoſq; po/
pulos ſibi ad ſocietatem belli acciſcere: ut francis incõmodaret. Erat taſſilloni uxor de
ſiderii filia: cui dolebat maxime patris fortuna: quẽ franci & regno & uita priuauerant:
uxore liberiſq; abductis. Ea re cognita: carolus nulla mora interpoſita: in taſſillonẽ ꝓ/
greditur. Cum non procul baioaria perueniſſet: legatis mandat taſſillonem adeant: at
q; admoneant: pluris habeat francorum manſuetudinẽ: q̃ arma experiri. Quibus man
datis perterritus taſſillo nihil cunctatus carolo ſe dedit. Datq; theonem filiũ cum aliis

Abdoriti.

compluribus ſumma eius gentis nobilitate obſidem. Interea cum hæc agerentur:
Abdoriti uetuſtiſſima amicitia francis iuncti: quia a finitimis populis bello impeteren
tur: auxilium petitũ ad carolum mittunt. Ab occeano ſinus eſt qui orientẽ uerſus cen/
tum (ut fama eſt) milibus paſſuum excurrit. Hũc ad utrãq; ripam abdoriti uel atabi at

Huni uicti & mirũ in modũ attenuati ſuis fortunis

q; normanni incolebant. Abdoritorũ legatis carolus opem pollicetur. Nec cunctatur
copias illo promouere. hoſtem ex ſociorum finibus pellere. pulſos adigere iuramen/
to: ne ultra abdoritis: ſed nec aliis populis bellum ſe inconſulto inferant. Supererãt

huni: qui a ſcithis atq; inde a meotide palude olim mouentes in pannoniam demigra/
rant. Hi & opibus & populi multitudine ſociiſq; potentes: atq; aduerſus ſaxones de re/
gionũ limitibus contendentes: francos parui habere cœperunt. Igitur aduerſus uali/
diſſimam gentem: delectiſſimũ & numero & uiribus exercitum carolus comparauit.
Octauo tandem anno multis uariiſq; præliis bellum confectum eſt. Victoria de hunis
habita: franci quicquid apud hoſtem diuitiarũ inuentum fuit in franciam exportaue/
runt. Eo bello adeo attrita gens hunorũ eſt: ut de ſummis opibus & beata quadã fœli
citate delapſi: nulllum fere prioris fortunæ ſplendorẽ retinuerint. Sunt qui memo/
riæ prodiderint Adelgiſum deſiderii regis filium qui biſantium ad imperatorem pro
fugerat eodem tempore coacto exercitu in italiam ueniſſe recuperandi paterni regni
cauſa. Cuius inanes conatus miſſis præfectis carolus facile fregit adelgiſo ſupplicio af/
fecto. Bohemicũ deinde atq; lemouicũ bellum per carolũ filium iuniorem cõfecta
eſſe: quo egregio facto filius indicium paternæ uirtutis a qua non degeneraret dedit.

**Abdoriti cõtra norman/nos.**

Neq; diu poſt de normannis abdoriti quæſtionem carolo afferunt. A quibus affe/
cti maximis iniuriis duce gotofrido eſſent. Indignatus igitur carolus ꝙ uicti ſemel nor
manni bellum redintegraſſent: Claſſe inſtructa illo militem mittit: ipſe terreſtri itine/
re proficiſcitur. Iam enim tam elato animo gotofridus ſuperbiebat: ut aquiſgrani ubi
caroli regia erat ſe caſtra poſiturum iactitaret. Sed non longus labor carolo fuit. Go/
thofridus enim a ſuo quodam ſatellite necatur. Mortuo duce: normanni imperata fa/
cturos ſe eſſe promittunt. Ad hæc tam crebro ingruentia carolo bella addere quoſ/
dam autores non ignoro expeditionem quam religionis cauſa: atq; biſantini impera/
toris ſuaſu hieroſolymam carolus duxerit. Cuius rei fidem nõ facile admiſerim. Nam
cum uel in italia: uel in hyſpania: in germania item aduerſus ſaxones plurimis locis: in
uaſconia rurſus atq; aquitania continẽter bella: nulla quiete data geſta ſint: nullũ fuiſ/
ſe tempus uidetur quo tam longinquum aſſumere bellum potuit. Nec illud afferri po
teſt: Poſt acceptũ a leone tertio pontifice romano imperii nomen hieroſolimam mo
uiſſe: tum propter conſtantinopolitanũ imperatorem qui emulum imperii ſuſpectum
haberet. Nec cõſtat carolum italiæ aut germaniæ fines a ſuſcepto imperio præteriiſſe.
Is quoq; qui uitam & geſta diui ſeruacii memoriæ prodidit: negat carolũ ullam in ſar/
racenos expeditionẽ duxiſſe. Ego uero cũ tolleti eſſem: carolũq; magnũ magnis lau/
dibus efferrem: ꝙ hyſpaniæ bonã partem ad ipſum uſq; tolletũ ſubiugaſſet: perlat⁹ eſt
ad me liber qui præconia hyſpaniæ iſcribitur: ubi hæc q̃ de Carolo memorabam eius
libri autoris maximo ſtudio & nixu refelluntur. Quamobrem inter tot repugnantes
ſententias: quã maxime ſequi oporteat non diffinio. Tantũ illis aſſentior qui hieroſo
limitanã expeditionẽ non admittunt.

**Quare imperii dignitate Carolus do/natus eſt.**

Quibus autem cauſis ad imperium carolus ſit
prouectus nunc enarrabo. Orta apud romanos ſeditione: quidã magna auctoritate ꝓ/
ceres in leonem pontificẽ coniuratione facta: urbe eũ expellunt. Qua iniuria per lega
tos ad carolũ relata: ultũ ſe ire pontificis iniuriã rex reſpondit: ratus ad dignitatẽ ſuam
pertinere romanã ſedem tueri. Nulla igitur interiecta mora in italiam contendit. Eius
aduentu cõpoſita res eſt: cõiuratis ſupplicio affectis: atq; ita carolus pontificẽ reſtituit.
Reſtitutori gratificaturus leo tertius: ſacerdotũ habito conſilio: carolũ. viii. kalẽ. ianu
arias cum frãcorũ regnũ tris &. xxx. annos adminiſtraſſet: auguſtũ appellat: gratũ no/
men romanis: nec minus italis oĩbus acceptũ. Supra enim trecentos &. xxx. annos cũ
imperii nomen (gothis oĩa fere occupantibus) inſuetũ pene eſſet: ad Carolũ delatũ
eſſe nemo nõ letabatur: q & uirtute & rebus geſtis imperio ydoneus oĩm iudicio erat.
Imperii autẽ appellatio tametſi diu militare officiũ in bello fuiſſet: cõſuetudine tñ in/
ductũ eſt: ut ii qui reipublicæ gubernacula ſoli inibant: imperatoriũ nomen ad digni/
tatem trãſtulerit. regio noĩe reiecto: quod poſt exactos reges odio romanis habebat.
Imperatoria dignitate decoratus carolus ĩ franciã reuertẽs: oĩbus qua iter habebat
locis magna oĩm leticia excipit. Geſta ſunt a carolo plæraq; alia bella: q̃ p ꝑfectos uel
filios ꝓ ſe adminiſtrauit. Sicut illud qđ aduerſus britões p ãdulfũ geſſit dũ Vuarmaciæ



contra ſaxones ageret. Hi eñ britones a britannis orti cum aliquando a ſaxonibus bri
tannia occuparetur in uenetorum atq; coroſolitorum terras ubi nunc incolunt cõmi/
grauerant francis exinde tributum quotannis exſoluentes. Quod cum per id tempus
detrectarẽt: ãdulphus caroli iuſſu ſubiugauit acceptis obſidibus quos vuermaciam ad
regem adduxit. Quæ uero a turpino remenſi plurima produntur: ea permultum auda
ciæ græcanicæ habere mihi uidentur. Figmentis enim ſimilia per poeſim excogitata
eſſe crediderim. Cuiuſmodi illud eſt: pampilonæ muros tubarum concentu corruiſſe.
haſtas militũ iam diu aridas terræ noctu affixas nõ longe a tolleto: altera die uiruiſſe.
Carolũ tam ualido lacerto eſſe. ut equi complures ſoleas ferreas ſimul ſoluere poſſet.
Inſidentem equo armatum militem uno gladii ictu mediũ diuidere: mucrone in ter/
gum equi adacto. Fuit nihilominus carolo cum ſpecie corporis ualitudo & robur: in/
genium inſuper excellens: grauitas atq; inceſſus dignitati regiæ non diſcors. Liberali/
bus diſciplinis animũ excoluit præceptore primum petro piſano. deinde alcuino ãglo
uiro apprime diuinis humaniſq; artibus erudito quem gloſſæ in bibliam quam ordina
riam uocant autorem anto ninus florentinus prodit.

**Inſtitutio ſcholæ pariſienſis**

Quo autore pariſienſis ſchola
(quam uniuerſitatem uocant) hac occaſione cœpit. Delati naue ex ſcotia claudius et
iohannes: rabanus quoq; & alcuinus ex uenerabilis bedæ diſcipulis. In galliam cũ ue
niſſent: nec quicq̃ præter bonas diſciplinas patria exportaſſent: ſe ſapiẽtiam profiteri:
eamq; uenalem habere conclamant: qua re ad carolum perlata illos ad ſe uocat: uo/
cati libere profitentur ſapientiam illis eſſe quam adipiſci cupientes gratis edocerent
ſi uita locuſq; tantum eis præberetur. Intellexit imperator ingenuam hominũ mentẽ
eoſq; cum aliquot dies apud ſe tenuiſſet. Claudium cui nomen erat clemens pariſii cõ
uerſari: & generoſos adoleſcentes bonis diſciplinis inſtituere iubet. Iohannem uero
papiam miſit. Hoc initium habuit parienſis ſchola celebre mox philoſophis atq; theo
logis gymnaſium. unde prodiere inſigni doctrina & eruditione uiri; qui nõ ſecus atq;
illuminatiſſimæ faces mirum chriſtianæ religioni fulgorem diffuderunt. Ita ut nõ ab
re bonorum ſtudiorum parens (non quidem annis: ſed liberalibus religioſiſq; diſcipli
nis) antiqua a plæriſq; nominetur. Bononienſis etenim ſchola quæ theodoſio imperã
te initium cepit: eſt ætate ſuperior: collegiorum uero & doctorum hominũ numero
long inferior. Eloquẽtiæ præterea ſtudioſiſſimus carolus fuit cui addidit etiam litte/
rarum græcarum non paruam cognitionem. Neq; uernacula modo lingua: ſed pere/
grinis iſuper eloqui ſtuduit. Tabellis ceratis carolus utebatur: ut quæ uel excogitaret
per ſe agens: aut inter occurrentes curas ſe agenda præſentarent ea ſcriptis mandaret.
Venientes ad ſe legatos ueſte aurea indutus & gladio precioſis gemmis decoro cin
ctus ſedens audiebat. Frequẽtiſſimis uenationibus gallorum more delectabatur: exer
cebaturq;. Balneas crebro petebat admiſſis dicaciſſimis quibuſq; quorum confabula/
tionibus recreabatur. Matre bertha heraclii bizantini imperatoris filia natus eſt: quã
mira pietate coluit. Sed et omnem familiam incredibili charitate diligebat. Manſue/
tiſſimus ad omnia in iure dicendo æquitatem: in gerenda republica moderantiam ob
ſeruauit. Religionis in primis reuerentiſſimus cultor ſacerdotes & clerum omnem ue
nerabatur. Quod in primis teſtantur ſynodi quinq; per galliam eius præcepto habitæ:
maguntiæ una: Remis altera: tertia turonis. Cabilone quarta. Quinta arelate. In qui/
bus clero leges: et debiti ritus ordinati fuere.

**Nota de officiis eccleſia/ſticis**

Cum uero de rebus diuinis & uario cantũ
di genere ſacerdotes diſceptare audiret: propterea ꝙ ambroſianum illo tempore atq;
gregorianum morem promiſcue clerus obſeruabat: obtinuit ut gregoriano reliquus
orbis: ambroſiano mediolanenſis eccleſia uteretur. Plurima templa extruxit & ditauit
et quæ diruta cognouiſſet ea mandauit per locorum ſacerdotes reſtitui atq; inſtaura/
ri. Aedes et palatia complura magno ſumptu iactis fundamentis condidit: quæ teſti/
monio ſunt regiis quibus ornatus erat uirtutibus. Et cum in omnes tum in paupe/
res liberaliſſimus habebatur. Fuerunt Carolo multæ uxores quæ illum prole fœli/
cem reddiderunt. Prima quæ Deſiderii filia erat dimiſſa Hildegardam nobiliſſimam
ex Suauorum gente uirginem accepit. Ex ea nati ſunt Carolus: Pipinus: Ludouicus:

et totidem filiæ. Pipino italiam: carolo citeriorem galliam: pater adhuc uiuẽs attribu
erat. Pipinus uenetias inuaſit partemq; inſularum quibus uenetiarum ciuitas conſtat
uſq; ad riuũ altum occupauit quẽ cũ ex cõiũctis doliis põte facto oppugnare cœpiſſet:
aduerſa tempeſtate & uenetoꝝ eruptiõe pons diſſipatus eſt. Cauſa in uenetos belli fu/
it: quia contra concordiæ prius cum nicephoro habitas leges græco impatori fauebã
Ita enim fere ſemper compertum eſt: ut nulla italiæ pars fidem gallico nomini cõſtat
ter ſeruet Sed pipino caroloq; prius patre mortem obeũtibus ludouicũ quem unicum
habebat auguſtum coadiutorem aſſumpſit. Circa liberos educandos eam curam adhi
buit: ut mares bonis diſciplinis: fœminas lanificio erudiendas ſummopere ſtuduerit.
Cum autem quies illi a bellis conceſſa eſt: triennio priuſq̃ moreretur: teſtamentum
condidit duabus partibus totius precioſæ ſuæ ſupellectilis ciuitatum maiorum præſu/
libus relictis ad reſarcienda templa: & inopes leuandos. Tertiam liberis nepotibuſq; &
familiæ pro uniuſcuiuſq; ratione attribuit. Ipſe deinde cum laxandi animi cauſa uena/
tum pergit: carolus qui per omnem uitam inter tot bella reiq; publicæ ſollicitudines
proſpera ſemper ualitudine uſus eſſet: febre corripitur: qua quinto kalẽdas februarias
abſumptus eſt: anno chriſtianæ ſalutis octingenteſimo quintodecimo. uixit annos ſep

Prodigia

tuaginta duos. regnauit quadraginta ſeptem. & quatuordecim imperauit. Eius ex/
ceſſum præceſſere quædam prodigia. Pila quæ in templi faſtigio apud aquiſgranum
erat fulmine deiecta eſt. Pons item quem apud maguntiam ſupra rhenum extruxerat
conflagrauit. Et aquiſgrani porticus qua ab ædibus palatinis ad templum uia erat cor/

Quatuor ta/ bulæ precio/ ſæ

ruit. Erant in theſauris precioſioribus regis menſæ quatuor tres argenteæ: alia au/
rea. Ex argenteis unam quæ ſimulachrum urbis conſtãtinopoleos cõtinebat templo
diui apoſtoli petri romæ: Alteram in qua urbis romæ effigies exculpta erat rauennati
eccleſiæ dicauit. Tertia, quæ totius orbis imaginem præferebat cum aurea ad filios p/

Epitaphiũ ca roli magni

uenit. Sepultus eſt magnifico monumento aquiſgrani. cui additus ex firmo lapide
arcus cum huiuſmodi inſcriptione Caroli magni chriſtianiſſimi imperatoris romano
rum corpus ſub hoc ſepulchro conditũ eſt. Hunc exceſſum habuit carolus qui ob ge
ſtorum magnitudinem magnus appellatus eſt. Ipe nanq; tametſi a patre pipino regnũ
grande accepiſſet: multis tamen per italiam atq; germaniam: galliam præterea angli/
am atq; hiſpaniam prouinciis ampliatum reliquit Caroli magnitudini aſtipulatᵃ ma

Horologiũ carolo miſſũ

xime legatio ad eum a perſarum rege miſſa. Cuius opes in oriente per id tempus flo/
rentiſſimæ erant qui ingẽtibus donis caroli amicitiam petiit. In donis fuit horologiũ
ex auricalco miro artificio fabricatum. Vnde excidentibus horatim in ſubiectã cam/
panulam duodecies ſingulis globulis ereis tempus ſignabatur. Erãt quoq; pari nume
ro equites qui ad quãq; horam ſinguli ex feneſtra prodibant: quam in horologium re
greſſi ipſi claudebant. Fuit præterea amplæ ad modum magnitudinis tentorium biſſi/
num cum aromatibus & balſamo atq; elephanto. Idem fecere conſtantinopolitani im
peratores: quos in amicitia coniũctiſſimos carolus excepit: q̃q̃ non ſatis æquo animo
ferrent imperatoria illum dignitate fuiſſe a leone donatum. Sed illud oĩm maximum
eſt: ꝙ nihil antiquius duxit q̃ chriſti fidem dilatare: & terminos proferre chriſtianorũ

Nõ mirandũ ꝙ francoꝝ re ges appellan tur chriſtia/ niſſimi

Cuius exemplũ imitati omnes fere qui ſecuti ſunt francoꝝ reges magnis atq; excellen
tibus factis cum religioni & fidei chriſtianæ dignitatẽ cõſeruarẽt atq; ampliarent: nihil
mirum inuidis atq; detractoribus uideri debet: ſi chriſtianiſſimi appellati ſunt. Itaq; cõ
ſtat nullius gentis tanto labore romanis pontificibus & aliis præterea per orbem dei
miniſtris paſſim fuiſſe ſubuentum.

g Loriosiſſimo imperatori ſucceſſor ludouicus extitit: qui pii cognomen ob
morum manſuetudinẽ eſt cõſecutus. Hic puer adhuc aquitaniæ principatum
iuſſu patris obtinuit: præclaros labores aduerſus hiſpaniæ tyrannos excepit:
ciuitatibus multis in aragonia maxime uiuẽte patre in ſuam poteſtatem receptis. Nũ
tio de patris exceſſu accepto: ipſe poſt trigeſimum diem quo aquitania digreſſus eſt
aquiſgranum uenit. Vbi a proceribus francis qui illo uiſendi noui regis atq; impera/
toris gratia conuenerant conſalutatus imperator: ad patris monumẽtum deo preces



Carolus ſcũs habetᵣ

ritu chriſtiano ſupplex habuit. Carolus eñ ob uitæ merita in numerũ ſanctorũ relatus
eſſe a plæriſq; creditur. Cui etiam loci incolæ diem feſtum agũt. Idq; ab eccleſia roma
na permitti hoſtiẽſis iurecõſultus tradit. Quo exemplo ludouicus undecimus carolũ
a pariſienſibus coli noſtra ætate imperauit: miſſis uicatim nũtiis qui diem feſtum ce/
lebrari populo indicerent pœna capitis repugnãtibus indicta. Aquiſgrani agens ludo
uicus recenſito patris teſtamẽto: legata quæq; diſtribuit. quin ſi quos ex familia mino
ris a patre habitos uel præteritos aĩaduertit: eos aucto legato compenſat. Eodẽ lo
co legatos ad patrẽ miſſos audiuit & ante omnes michaelis cõſtantinopolitani impe
ratoris oratores amicitiam eius petẽtes delatoſq; a ſe diui dyoniſii libros qui de cele/
ſti hierarchia inſcribunᵗ eos ludouico dono dederũt ãno ſalutis octingẽteſimo. xxiii.
Venere quoq; a grymoaldo principe beneuẽtano nũtii, qui in uerba impatoris iurati
impata facturos promittunt. Indicta eſt grimoaldo annua penſio ſex miliũ aureorum

Godefridus dalmaciæ rex

Eodem tempore dalmaciæ rex qui godefridi filiũ regno ſpoliauerat ad impatorẽ
ſe contulit: ſeq; & dalmaciã omnẽ ludouici poteſtati ꝑmiſit. Quem non multo poſt in
ſaxoniã legat. Nam & ſaxonibus & friſiis terras a patre ablatas ludouicus reſtituit. ratꝰ
illos ad parendum clementia & libertate in armoꝝ & belli ſeueritate ꝓpenſiores fore
Sed hanc regis facilitatem ſiue benignitatem plæriq; repræhenderũt: cum huiuſmodi
gens pugnax atq; inhumana duris ſemper legibus contineri debuiſſet. Deficienti/

Paſchaſiꝰ pa/ pa incõſulto ludouico eli gitur

bus per id tempus ab imperio ſclauonibus & mox item uaſconibus: motus omnis faci
le compreſſus eſt. Non tulit quoq; ſatis æquo animo ludouicus paſchaſiũ (leone mor
tuo) electum ſine ſuo aſſenſu pontificẽ. Miſſis tamen a paſchaſio ad eum nũtiis primũ
deinde ipo paſchaſio ad imperatorem ueniente: Ludouicus per bernardũ lombardiæ
regem & præterea per arelatenſem antiſtitẽ: mox per ſemet obuiã põtifici factus: ꝓde
untem paſchaſium reuerẽter excepit. Exceptũ donis honorauit: romãq; dimiſit. Bre

Conciliũ aqſ grani

ui poſt mora interiecta carolus aquiſgrani cõuentum habuit ſacerdotum atq; ꝓcerum
In eo codicem de ordine & ritu eccleſiaſtico condi iubet quem ꝑ ciuitates & ſuæ ditio
nis loca inſigniora circũlatum ab uniuerſo clero exſcribi & ſeruari mandauit. Pontifi/

Nota diligẽ/ ter contra fa/ ſtũ prælatoꝝ

ces uero atq; inferioris dignitatis ſacerdotes quos præclaris ueſtibus per faſtum uti &
gẽmis compluribus digitos ornare cognouit: eam pompã deponere humilibuſq; in/
dumentis ueſtiri: & gemma una tm̃ ad dignitatis indiciũ cõtentos eſſe imperat. De
liberis autem quos tres habebat hæc fuit ludouici inſtitutio: lothariũ imperii cõſortiũ
ſecum habere uoluit. Pipinũ aquitaniæ præfecit. Ludouicum in baioariam legat. Ipſe
militum præfectis negocium dat abdoritas petere quos ab eo defeciſſe accepat. Qui

Bellũ a ber/ nardo lõbar/ do ĩ carolum

primo fere aduẽtu ſe præfectis ſummiſere. Interea dum uenationi indulget nuntiatur
bernardum ex pipino italiæ rege qui mediolani ſepultus fuerat nepotem lombardiæ
regem: conſilio egedonis (quo amico carolus aliquando uſus fuerat et regneri qui
palatii præfecturam ſub carolo magno geſſerat) bello ſeꝑarare & ad apertam defectio
nem copias cogere. Iam quoq; anguſtias alpium occupaſſe et firmo tenere præſidio.
Eam ob rem ludouicus celerrime exercitum ex francis alemanniſq; confectum edu/
cit. Cum autem cabillonem caſtra admouiſſet: bernardus de imperatoris expeditõne
certior factus: cum eos quorum auxiliis nitebatur perterritos uidet: ipe ad carolũ quẽ
benignum atq; ſibi indulgentem fore ſperabat uenit: atq; ad pedes imperatoris ꝓcum
bens culpamq; cõfeſſus: auctores quoq; nomine deſignat. Bernardi exemplo reliqui
conſultores idẽ faciunt. Inter quos erant epiſcopi tres. Aſſelinus mediolanẽſis: Vuol
phonſus cremonenſis: & theodulphus aurelianenſis. Hos omnes in cuſtodia uinctos
aquiſgrani haberi ludouicus iubet. Quo et ipſe hybernaturus erat. Primo uere domi/
nicæ reſurrectõis die exacto: Bernardum cum ſuis participibus ſibi præſentari iuſſit.
Qui tametſi romanis legibus capite damnari debebãt: pius tamen rex ſatis habuit ocu
lis malefactores priuare. Sed huius leuioris pœnæ tanq̃ ſcelere careret impatiens ber/

Pœna reorũ

nardus: capite cæſus eſt. ginalum item qui regius cubicularius extitiſſet par pœna ſecu
ta eſt. Antiſtites aũt dignitate amotos monaſterio addixit: reliquos relegauit. Dũ
hec aguntᵣ britones duce normãno a francoꝝ fide deciſcunt. Ea re cognita progreſſus

aduerſus illos uenetis id eſt uānæ conciliū indixit. Inde in britones mouet: nec deſtitit
donec normānus a carolo quodā ſuo aulico interfectus nūtiatur. Rege amiſſo brito/
nes in poteſtatē ludouici deuenere. Vaſcones inde rebellarūt. Sed pipinus ludouici
filius inſtabilis populi ferociā ita compeſcuit: ut nō temere quiſpiā poſtea aduerſus im
peratorem arma ſumpſerit. Lindeuintū præterea pānonioꝝ tyrānū qui aqlegiā bello
premebat copiis ad bornā præfectū equitū miſſis fugat. Per id ferme tp̄us piratæ ex

Normāni piratæ

dacia occeano delati cū neq̃ in flandriā neq̃ in neuſtriā (portubus firmo præſidio oc/
cupatis) appellere poſſent: in aquitaniā exercitu uacuā irrūpunt: quā repētinis incur/
ſionibus uaſtatā relinquētes: ad ſuos ſe rettulerūt. Lindeuintū uaria diu fortuna ſerua/
uit. Nam ꝓcedētibus aduerſus eum francis munitiſſimo atq̃ edito caſtello ſe contine/
bat: Interdū ab aquilegienſi comite uandra fugatus ad dalmatas ſe recipiēs occaſionē
in pannoniā remeādi explorabat. Sed uerſipellis hō tandē clam interceptus occiditur

Lotharius auguſt⁹ a paſcale appellatur

Inrer hec ludouicus cum lothariū in lombardiā dimiſiſſet: lotharius rebus inter lō/
gobardos cōpoſitis a paſchale pōtifice romano accerſit̄. Quē dn̄icæ reſurrectōis feſto
in urbe exceptū paſchalis inſignibus īperii donat auguſtūq̃ appellat. Inde uero papiā
aduenīēs aliquot illic dies ꝓpter impendētia negocia moratus eſt. Quibus partim nō
abſolutis ad patrē ea quæ geſſiſſet: rettulit. Qui lōbardiæ rebus bene conſultū eſſe uo
lens: moringū ex aulicis nobilē & alardum palatii comitē ad lōgobardos legat q cæte

Romani tumultuant̄

ra ꝓ uiribus curent. Dum hæc in francia gerunt̄: romæ tumultus exorit̄: interfectis ī
ædibus pōtificis theodorico eccleſiæ romanæ ſcriba & leone donairo: quibus priuſq̃
morte afficerent̄ oculi eruti fuierāt ob id maxīe ꝗ lothario fidi haberent̄: cuius īmani
tatis culpā in paſchalē pleriq̃ transferebāt. Ea re ad ludouicū p nūtios delata: adelugo
diui uedaſti atrebatis abbati: & huffrido comiti negociū dat criminis autores inqrēdi.
Sed nōdum curia abierāt: ecce pōtificis paſchalis oratores ludouicū cōueniunt qui pa
ſchalem omni ſuſpitione liberent: Verū hac purgatione nō cōtentus impator: nūtios

Paſchalis papæ apud ludouicum purgatio

quos paulo ſupra noīauimus mandata abſoluere præcipit. Illi romā ꝓfecti perquiſita
diligēter ueritate pōtificis iureiurādo comperiūt nullā huius mortis labem ad paſcha
lem ptinere. Interea ludouicus regni curā nō omittens: urbes & populū uiſere: et quid
paſſim gereret̄ cognoſcere pgit: ut oppreſſis leuamen: iniquis pœnā inferret. Quibus
pro tempe quātū ad ſe ptinere arbitrabat̄ pactis: compendiū quo ꝓcerū conuentum
indixerat reuertit̄. Ibi redeūtibus roma legatis accepit paſchalē innocentē eſſe. Eam

Bulgari

ob rem pōtificis oratoribus liberū diſceſſum pmittit. Inde aquiſgranū ꝓgreſſus impa
tor bulgaros amicitiā eius petētes audit. Britonū præterea legatos in quibus yuo uine
madius erat homo inter ſuos apprime nobilis & potens liberaliter habuit. Hi ſe regio

Britones perfidi

nemq̃ cū uxoribus & liberis ludouico pmiſere. Donati magnis muneribus britones
abſceſſerunt. Mox aūt yuone duce fintimos bello impetūt & eos potiſſimū qui impa
tori erant audiētes. Sed paucis interiectis diebus domi a ſuis interfectus perfidiæ ſuæ
pœnā yuo luit. Per idem tp̄s pax quā petebāt normānis cōceſſa eſt. Cū bulgaris item

Heryo princeps normānus baptiſat̄

res cōpoſita. Agēti poſt hæc in germania ludouico: heryo princeps normānus cum
uxore & multitudine bona ſuæ gētis ad ludouicū religionis plenus acceſſit & ſacroſcō
chriſtianæ fidei lauachro ablutus eſt. Cui formidāti ne a ſuis ꝗ chriſtianus eſſet patria
pelleret̄. Ludouicus locū illi apud friſones munitū attribuit in quē periculo imminēte

Organa miſſa ludouico

ſe tuto reciperet. Tradūt nōnulli auctores quēdam georgiū ſacerdotē græcū eodē
tpe a bauduyno pānoniæ præfecto deductū fuiſſe ad ludouicū: q cōcinādoꝝ organoꝝ
cum admirādus opifex eſſet: gratiſſimus ideo impatori fuit. Nam qa id muſici genus
inſtrumēti franci nōdū cognouerāt georgium adulpho quæſtori palatino ludouicus
aſſignat q & ſtipēdio & iis quæ ad artē cōuenirēt ſacerdotē iuuet. Hinc organoꝝ uſus ī
franciā primit⁹ emanauit. Inuenio præterea multa de aſonte quodā ſaraceno ſcripta
eſſe q ex affrica in hiſpaniā traiiciēs barchinonā uſq̃: atq̃ cæſarauguſtā copiaſ admouit
Impatorē quoq̃ p præfectos primo aduerſus illū bellū geſſiſſe. Sed ducū incuria atq̃
inertia rē infœliciter ſucceſſiſſe. Quibus officiis amotis pipinū aqtaniæ regē & hugo
nem principē palatinū: maufredū præterea ī hoſtem miſiſſe. Cæterū his pigerrime et



lento agmine incedētibus priuſq̃ pireneū ſupaſſent: oīa pdendi ſpaciū hoſti reliquiſſe
ita ut ad hāc calamitatē ptinuiſſe plæriq̃ dicerēt ꝓdigium quod paruo ſupra tempore

Prodigiū

uiſum eſſet. Acies em̄ cōcurrentiū in ſe militū cruore madētes in cælo apparuiſſe nū/
tiabatur. Nec mora interpoſita per nuntios ludouicus cognoſcit nouas copias azonti
aduenīſſe. Quare lothario cōmittit ex auſtraſia militē deligere: & īfeſto exercitu pete
re hoſtē. Mouit igit̄ lotharius & dū lugduni cōſtitiſſet: pipinus ei⁹ frater magnis itine/
bus ad eum uenit. Fratribus uero de rōne inſtātis belli conſiliū capiētibus: nūtius quē
exploratū quid apud hoſtē ageret̄ lotharius miſerat ab hiſpania reuertit̄. Refert mau
ros quidē in hiſpaniā penetraſſe: ſed tandē inde ſe recepiſſe: nec bellū ultra moturos
eſſe. Ea re cognita pipinus aquitaniā: franciā repetit lotharius. Dum hæc agunt̄ cau

Vuarmacia uāgionū nō ꝓcul a rheno in germania ciuitas

ſa incidit ludouico vuarmaciā: haſburgūq̃ proficiſcendi. Nuntiabat̄ em̄ normānos ba
ioarioſq̃ cōparatis armis in germaniā peruēturos. Ea res & ſi caruit fide: maius tamen
crimen ab iis quos officio admotos memorauimus in ſe moliri cōperit. Quāobrē be
rardum ad ſe ex hiſpania accerſitū cubiculari honore & palatii præfectura donat, credi
ta illi ſui corporis cuſtodia. Sed ea res, q̄q̄ cōiuratis cōcepti in regē facinoris paululum
moræ obiecerit: clam tū quos poſſunt ſollicitāt & blanditiis demerent̄. Neq̃ uerentur
pipinū in patrē aīare: memorātes berardū aulicis oībus dn̄ari: eoq̃ ſupbiæ euaſiſſe: ut
aſpernaret̄ uniuerſos. Sed nec ludouicū hoīs magnitudim etiā ſi cupiat obſiſtere poſ/
ſe: ꝗ potiōibus atq̃ magicis ſortibus regis mentē ob reginæ iudith cōcubitū ſibi berar
dus deuinxiſſet. Niſi tāto dedecori prudēs filius occurrat: cōtaminationē in dies ſordi

Cōiuratio in regem

diorē fore: & uires demū in pnicē impatoriæ celſitudinis adepturā. Hec ita obloquen
tibus cōiuratis: pipinus fidē adhibet: & armatoꝝ nō parua multitudīe collecta aureliā
petit. Odonē urbi a patre præfectū officio exturbat: ſubſtituto in eius locū manfredo.

Verberia

Ab aurelia uerberiā ad ripam iſaræ uicū contēdit. Eoꝝ aduētu citiſſime (qa compēdii
agebat) cognito: Ludouicus iudith reginā laudunū proficiſci: & in tēplo uirgīs mariæ
morari iubet. Berardū item abire a ſe: & ſalutē ꝓcurare admonet. Petētem laudunum
reginā cōiurati perſequunt̄ miſſis ad eam reuocandā garino lambertoq̃ cōiurationis
ſociis: cum imperio: reginā aduerſus eos quicq̄ molientē a tēplo depellēdi deprehen
ſam ad ſe pducendi. Miſſi imperata exequunt̄ reginā ad ſe perductā cōiurati religionē
profiteri compellūt. Et præterea iureiurādo aſtringūt impatori ſuadere ut ſe impera
toria dignitate abdicet: & in monaſterii ſolitudine conuerſet̄. Atq̃ ita ad regē ſub con
iuratorū cuſtodia regina accedens: poſtq̄ loquēdi copia facta eſt uirum orat: ut p eius
aſſenſum ſibi liceat uelum moniale recipe. Ipſum uero carolū non pudeat: tranſeuntis
ſæculi momentaneā dignitatē deſerere: & eccleſiaſticis rebus obſequi: qua una ratiōe
impendentē ſibi mortē euadat. Vxori uir reſpōdet de re quā precaretur ſe conſilium
capturū. Nec pluribus uerbis uſus rex reginā a ſe dimittit. Quā reſponſo impatoris co
gnito cōiurati in diuæ radegōdæ cœnobiū quod pictauiæ eſt relegant. Per idem tp̄s
ex lombardia lotharius ad patrē reuertit̄. Cui tametſi quæ a ꝓditoribus geſta erāt nō
ingrata eſſent: patri tū nequicq̄ aduerſatus eſt. At cōiurati cū ītelligerēt abſq̃ procerū
conuētu regē deiicere nō poſſe: magnis uiribus enitunt̄ conſiliū in francia haberi. Re
pugnabat tamē ludouicus ꝗ ſciret francos ab inimicis aduerſum ſe perſuaſos eſſe. Ma

Cōuēt⁹ apud magonciā

gunciæ ꝓpterea conuentū indixit mandatq̃ neminē in conciliū cū armis admitti. Cō
uenere ex alemānia q̄plurimi ludouico fauētes. Hildonē uero abbatē: qui eo cū arma
tis acceſſerat cōclaui egredi iubet: ualaſco quoq̃ corbienſi abbati armis inſtructo man
dat cœnobium repetere atq̃ in eo pro legibus monachatus cōuerſari. Quo cōſternati
facto cōiurati: lotharium adeunt & multis precibus orant: ne bene rei gerēdæ occaſio
nem omittat. Opus eſſe acie pugnare: aut cōcilio rege inuito abire. Sed cognito qd ab
inimicis ageret̄ ludouicus ad ſe uenire lothariū iubet. Modeſte admonet filiū pater:
caueat credere cōiuratoꝝ mēdaciis. decere filiū patri obſequi. Cōuenerat ingens po/
puli turba in atrio palatii quæ filii cū patre congreſſum iniquo aīo ferēs tumultuabat̄
ita ut iam ad pugnā furēs ꝓcæderet niſi e feneſtris palatii ludouicus una cū lothario ſe
ſe cōmōſtrātes populi ſeditionē ſedaſſent. Quiete a tumultuātibus data: cōiurati oīs

ergaſtulis dedunt. Quibus tamen pius imperator nihil irrogari ultra paſſus eſt q̄ laicos
locis ſpūalibus: clericos uero monaſteriis ꝑpetuo adigi imperauit. Theodulphū autē
qui diui benedicti ligerienſis abbas primū: deinde aurelianēſis epiſcopus fuit: inter cō
iuratos delatum andegauiā relegauit. Vbi cū ludouicus die ſupplicatōis quæ domini/
ca palmarū ſolēnitate habet̃ eſſet: audiſſetq̧ theodulphum carmina recitantē quæ ob
Honoris ſe/ feſtum diem ipſe ediderat uiri religione motus epm̄ liberauit. Hec paulo latius a me
des peſtilētiæ narrata ſunt ut facile intelligat lector: honoris ſedes peſtilentiæ cathedras a dauide re
cathedra eſt ge pulchre appellari: quas nemo fere cōſcendit cui a laboribus quies a periculis ſecuri
tas concedat̃. Illis maxime quibus inuiſa eſt alterius poteſtas: quoniā plus dignitatis
atq̧ diuitiarū accipiunt putantes alieno fulgore ſuā obſcurari. Patris em̄ lōgior uita fi
lio ſeruit⁹ uidet̃: odit patris cōpoſitos mores. quaſi illi obſtent: q per oēm licētiā laſci/
uire & bacchari conſtituit. Rebus ita ut dictū eſt cōſtitutis: ludouicus aquiſgranum re
greſſus uxorē ex monaſterio ubi in aquitania exulabat reuocari iubet quam nullo ho
nore habuit: donec ab ſtupri ignominia ſe purgaſſet: purgatā cōiugali thoro dignatus
eſt. Dimiſſis a ſe poſtea filiis: lotharius in italiam proficiſcit̃: pipinus aquitaniā: ludoui
cus baioariam petit. Interea miſſis ad ludouicū theodorici in germania agentē nū/
tiis mauri pacem impetrāt. Pipinus uero nō multo poſt in ſuſpitionē rebelliōis uenit
ꝙ ad patrem uocatus nō ueniſſet. Compræhēſus ꝓpterea treuerim in cuſtodia miſſus
eſt. Sed ſiue iniquitate ſiue negligētia cuſtodum noctu aufugit. Nec quieſcere delato
res & oſores pacis potuerūt. Fratribus ſuadent unū in locum cōuenire: ubi de regni ſta
tu & conditione ſimul agant. Inſuſurrāt patrē in filios malo animo eſſe. Opus illis eſſe
tutela aduerſus malignātiū inſidias. Nec tardāt creduli fratres copias compellere. Et
ut cœptis patronū adhiberēt: gregorium quartū pontificem romanū in franciam aſci
ſcūt: quo mediatore per ſimulatā pietatē apud patrem (ſi neceſſe eſſet) uterent̃. Con
ſilio filiorū perfecto: ludouicus cum expeditiſſimo exercitu paratus adeſt. prius tamē
Gregori⁹ q̄r/ q̄ prælio quicq̄ tentaret: bernardū epm̄ ad filios mittit. Per eum diſſidentes filios hor
t⁹ papa ad lu/ tatur ad ſe pium patrē conuertant̃: eum eſſe qui paterno illos affectu diligat: cupiatq̧
douicū uenit ſecum una uiuere atq̧ imperio potiri. Cum his mandatis profectus bernardus irritam
habuit legationē: obſtinatis aduerſus patrē filiis. Affirmantibus etiā plæriſq̧ romanū
pontificē ideo adueniſſe ut filioꝝ conſilio ſi nō congrueret pater: ludouicū excōmuni
Ager menda catione feriret. Idq̧ uero eſſe ſimile uidebat̃. Sed obſtitere pontifici franci antiſtites.
ciorum Igitur cum de concordia nō cōueniret: uterq̧ exercitus in cāpo cui poſtea mēdaciorū
agro appellatio fuit. diſpoſitas acies inſtruxit: ita ut nihil præter ſignū congrediēdi pu
gnæ deeſſet: cum ad imꝑatorē uenire romanū pontificē nuntiatur. Quē nō admodū
beniuolo & reuerenti animo ludouicus admiſit. In regiū tamen tabernaculū ꝑductus
pontifex iureiurando firmat ſe ea tantum ratione ueniſſe: ut conciliatōis auctor ſit: q̄n̄
quidē intelligeret patrē filioꝝ cauſam audire nō uelle: ſuæ dignitatis atq̧ officii eē bel
li cauſas quo ad per ſe fieri poſſet tollere: et nō ſinere armis digladiari quos tam arcto
generationis uinculo natura cōiunxiſſet. Ad hec pontificis uerba ludouicus reſpondit
Nulla ſe re filios exaſperaſſe: neq̧ in eos tuliſſe arma. Adductos illos eſſe ꝑditoꝝ quo
rundam hominū mendaciis: ut in ſe patrē cōcurrerent. Quod cum ita ſit: non tñ ita ſe
ira aut odio teneri: quin pœnitētes filios paterna pietate recipiat. Placere quidem ſibi
ſi diſcordātes ad charitatē reducere pontifex elaboret. His inter pontificē ludouicūq̧
condictis: gregorius ad filiorū caſtra reuertit. Vbi multa immutata cōperit. Nam dū
pontifex apud ludouicū agit: magna plebeioꝝ militū qui cū ludouico militauerāt ad
filios deficiūt. Et pontifex ad imperatorē ut cōuenerat nō rediit: filiis eius regreſſum
impediētibus. Ludouicus bona parte ſuoꝝ deſtitutus: metuens quoq̧ in furētis multi
tudinis poteſtatē tradi: ad filios mittit. Orat ne patrē in perditoꝝ manus uenire ſināt.
Illi renuntiare patri iubent. ſi caſtris egrediat̃ ſe illi obuiam profecturos. Progreditur
igitur pater cui filii occurrētes ex equis deſiliunt: excipiuntq̧ digna reuerētia parentē.
ille contra oſculo filios dignatus: in caſtra filiorū uenit. Mox ablatam illi iudith uxo/
rem tortonam relegant. Imperium inter ſe partiuntur. Quæ dū fieri gregorius uidet



illachrymatus romā ſe recepit. Hoc gregorio autore pars illa quæ ē a mole adriani ad
uaticanū uſq̧ muro claudi atq̧ muniri cœpit Ludouici huius impenſa. At leo quartus
q gregorio poſt ſergiū. ii. ſuffect⁹ eſt ope abſoluto eā a ſuo noīe leoninā appellauit. Lu
douicus in baioariā abiit: in aquitaniā pipinus reuertit̃. Lotharius patrē in monaſterio
diui medardi arctiſſima cuſtodia: & carolum iuniorem filium aſſeruari mandat. Hu
ius rei indignitatē ſi quis diligenter putet: malit mea ſententia cælebs priuatuſq̧ uiue/
re q̄ filioꝝ fœcundiſſima ſobole eſſe parētem: a quibus per ſummā ingratitudinem e
ſupremo honoris culmīe ſe deiectum aliquādo queratur. Ludouicus tanta calamitate
accepta de ſua flebili cōditione epiſtolā edidit: qua poſteros admoneret etiā ſummis
quibuſq̧ principibus a domeſticis atq̧ ab ipſis liberis impēdere pericula. Quod em̄ cō
ſeruādis regibus firmius præſidiū q̄ pietas: q̄ māſuetudo: q̄ clemētia & liberalitas eſſe
poteſt? In has tñ uirtutū tam firmas munitiones irrupit filioꝝ aduerſus pium & bene/
ficum patrē iniquitas: & ſæua ambitio dominandi.

Ludouici pii de acceptis a liberis ſuis iniuriis dum ſueſſione apud ſanctū medardū
in cuſtodia eſſet querela et comploratio.

Ractus robuſti olim brachii uiribus: ego ludouicus cæſar imperator auguſtus
f dei diſpēſante gratia orbi romano imperans: cum late in populos iuris habe/
nas immoderatius relaxauiſſem: indulgētia noſtra quidā diſſoluti impugnā/
do pietatem: in infidelium prorupere crudelitatem. Quod malum eo uſq̧ incanduit:
ut ipſos quoq̧ prædulces natos meos in me ſæuire cōpulerint. Ad locum ſic forte ue/
nitur qui ex euentu ruptæ fidei pacis & ſacramentoꝝ mentitus campus ex tūc appella
tur. Hic me omnis pene meorum militum manus deſerens: eo ut retuli perduellio fi
lios meos (horrendum facinus) inuoluit & præfices ſceleris eſſe delegit: inſonti mihi
multa morti obnoxia imputantes. A nunq̄ læſis multipliciter læſus & deluſus: nefan/
dorum actuum meorum non immemor: æquiſſimo dei iudicio hec me digne perpeti
cōminiſcens: caſus æquanimiter ferebam. Sueſſionis ciuitate deinde inimica cohorte
uallatus ad ſanctoꝝ dñoꝝ meoꝝ medardi & ſebaſtiani cœnobiū ꝑductus ſum. Et quia
ſciebant me illum locū diligere plurimū: cōciliabant̃ inibi me fortuitu poſt deſpatio/
nem ſpōte arma poſiturū. Quo cū me publica cuſtodia artauiſſent: quatenus quod cal
lide tractauerant ope cōſummarent: quoſdā ſubmiſere: q uxorē meā in monaſterium
uirginū ſanctæmonialē factā: uel quod uerius audiſſent mortuā mihi nūtiarent. filium
quoq̧ meū paruulū & innocētē carolū bonæ indolis puerulū: quē nouerāt præ oībus
mihi amantiſſimū attonſum: & monachoꝝ firmarēt cœtui adnixū. Quod ego audiēs
& me cōtinere nō ualēs: qppe qui regni decore ſpoliatus: cōiuge priuatus: filioq̧ eſſem
orbatus: diebus nō paucis eiulās: nullo cōſolatore fruitus: lāguoris uiolētiſſimi paula
tim me ꝑſentiebā ex triſtitiæ magnitudine æſtibus aduri. Et quia præter deū cōſolato
rem neminē hr̃e poterā (qm̄ quidē aditus & colloquiū negabat̃ oībus) ad eccleſiā tm̄
& ad fratres raro uia: & ipſa cū ſumma ꝓſpectione cuſtodū patebat: inſedit aīo illuc ire
Quo cū deueniſſem oīm ueſtigiis ꝓuolutus: morbi quo afficiebar plagā medicis ſapiē
tibus retuli. Quibus ut quāti leuamis apud ꝓpitios dños obtinerent ſupplicaui ut & ꝓ
requie cōiugis quā exemptā uita arbitrabar miſſas celebrarēt & attentius orarēt uene
rabilē religioſitatē eorū obnixe efflagitaui. Qui afflictiōib⁹ & miſeriis meis prudēter
cōpaſſi: ꝑ merita & interuētū ſanctoꝝ qbus deſeruiebant: ueluti futuroꝝ præſcii ꝓximā
pollicitati ſunt ab oīpotente mihi affuturā medelam. ſi tñ fidei ſacramentis aīm accō
modarē. Sic ab eis bene cōfortatus poſt orationē ab illis deductus noctis ergaſtuli an/
tris ita demū ſum reſtitutus. Sequēte noctis umbra: cogitatu ſedulo lucicomū deſide/
rabam cernere ſydus: ingreſſuſq̧ ſanctæ trinitatis uicinū carceris oratoriū poſt matuti
nalem expletionē ſolus inibi ꝑnoctans: cum per feneſtrā intuitū extra dirigerē quēdā
cuſtodū ultra uires immerito tamen mihi infenſum: ſub imbrice cominus uideo iacē/
tem: & ne uel permodico maceriei foramine elaberer ipſo ſtatu ſeruare cupiētē. Quē
ſomno & mero ſopitū depræhendēs: inter alta cordis ſuſpiria ridiculū mihi omen me
lius aſpectans oboritur. Enimuero cum ita diffuſum ſolotenus & eius eſſem frequenti

ceruicalis quo ſuper fuerat expoſitus repulſu uidereq; cum penes fundamina baſilicæ
impexū ſcalam concite quæ ad accendendos faros angulo fuerat repoſita ſubiēs funi/
culum ocio torpentem ſuper a laquearibus ſolui. Cominuſq; haſtas quibus uexilla tē/
pore letaniarum aptantur conſpiciens: uni earū funiculū cum laqueo ſubnexui: perq;
eandem feneſtram ieci. Hac compræhēſum arte mucronē ſuſtuli: inq; altas & ſqualen
tes feci iactare latrinas: uocatoq; eius nomīe. aio ad eum. O cuſtos peruigil: tuorū ſpes
fidiſſima: uigilas ne? Ad hec ille. Vigilo. & bñ uigilo. Cui iterū ego: & q̄d ſtruis? & ille.
Quid de his inq̄t tibi? Rurſus ego. Si forte repētina neceſſitas cogeret: forſitā gladius
manu abeſſet. Illo ad caput brachia conuertente: & cū huc illucq; quæritanti: ſi me dixi
ſic cuſtodiſſes. Hodie me nequaq̄ hic habuiſſes: Quicquid inq̄t illud eſt quod de mu/
crone actū eſt: ſatis ſupq; te ut iuſſus ſum ſeruaui: & ſeruare curabo. Et ego. Vade ergo
& in munere fidelitatis huius & uigiliarū tuarum: illo in loco competenti armamenta
rio quem turpiter amiſiſti recollige mucronē. Eadem ipſa die: quidam fratrū explo/
rātes, totius cauſæ meæ ueritatis tenorem: per harduinū qui quottidiano miſterio añ
me miſſas pſallere conſuerat ſcripto miſere. Cūq; de more ei oblationes deo mactan/
das: maxime pro cōiugis meæ abſolutione quam humanis exemptā rebus credebam
offerrem: ille meā cautius ſtringens manum: ſecus altare eſt dixit. Poſt cōſummatam
hoſtiā: omnes cū foras egreſſi fuiſſent: ſubſtiti ſolus: & ſacello ꝓiectam colligēs rotu/
lam uiuere uxorem: & nil in filiū meū ſiniſtri operatū cognoui: & cōplures iam pœni/
teri ꝙ taliter fidem ruperint: & a me diſceſſerint: ferocibuſq; animis certatim reſtitu/
tionem regni moliri. Quod deo fauente: reſq; in melius per obtentū ſanctorum ſuoꝝ
tranſfundente: ad perfectum deduxere.

Alia eiuſdem Ludouici comploratio.

u Erum q̄q̄ anguſtius regni recuperato faſtigio priſtinæ dignitatis perfruerer
gloria meoꝝ: attamen non immemor uotoꝝ ac precationū quibus excellen
tiſſimum martyrē ſebaſtianum rogauerā: & me incūctanter accepturū crede
bam: inſurgente rurſus perduellione cum paſſim regni quietudo propugnaret: et pa/
cis tranquillitas confunderet. pro his ſanctum ſupplicaturus ad prædictū acceſſi locū:
Et quia ſæpenumero in huiuſcemodi priuatis ſeu publicis eius præpotens auxiliū fue/
ram expertus. ſuper his quoq; ſolitum quo impartiri dignaret precabar enixius. Pro/
xima ruente nocte illud quod ante dies rogauerā: nocturno uiſu accipio euidētiſſimis
indiciis: ab eo cælitus ut reor mihi condonatis. Sed ut ingruentiū cladium ruina nulla
pateretur ratione oblatas mihi duplicare moras. Hinc digreſſus: diſcrimini me pro cō
miſſis a deo populis tētabam impendere: & certamini ſi res exegiſſet: uiriliter exhibe
re. Hinc me proficiſcentē præpoſitus huius almi collegii thenterus nomine ꝓſecutus:
noſtri comes efficiebat itineris. Cūq; penes me equitaret & procul a ſancto loco diuel
leremur caput retorquens: & in eundem prohdolor ultimū aſpectū conuertēs: intimi
cordis mœrore turbatus: ſuperexcreſcētes profundæ mœſtitiæ fluctus: inhibere ultra
non ualui. Triſtis & mœrens: amaras fundere lachrymas letaliter cōcluſus cœpi. quid
agendum mihi potius foret ualde ſuſpenſus. Votum ſancto deuouerā: cuius operandi
diem præfixum uidebā. Vitæ ab eo finem perceperā: cuius me tranſgredi metas nō li/
cere ſciebam. Deniq; cōmiſſum mihi ad regendū chriſtianū a deo imperiū: haud igno
rabam. Cuius uſq; adeo cum omnē labefactari orbem conſiderarē: & uicinam deſola/
tionem quam præſcieram: formidarē: reum me ſuper hoc inueniri proq; hoc æternis
ſuppliciis damnari ab illo metuebā: qui uniuerſoꝝ auctor extaret & dominus: iudexq;
uēturus unicuiq; ſecūdū opera eſſet redditurus. Ille taliter me triſtari conſpiciēs: diuti
us quidem conſultū tenuit. Erat enim uir in omībus fideliſſimus. Et cū iam uberrimū
meorum fletuum imbrem ferre nequiret. Ipſe quoq; ex hoc permotus in lachrymas
ruit. Quid inquit optime cæſar tibi & tuis grauiter deſtitutis: hec prodeſſe poterunt?
Per te conſolabant uniuerſi: hilaritas tua ſi mœſtis patebat: dolorem oēm euacuabat
Noli domine & glorioſiſſime imperator. noli hoc ſeruis tuis letalis triſtitiæ uulnus in
te: cui ſumma ſemper iocūditas vultus ſereniſſimi: obnubilationē talem oſtētare. Hoc



tuorum militū corda brachiaq; diſſoluent. hoſtium uires robora cōcipiēt. Singulare
id dūtaxat tuis eſſe debet ſecretū: quod ita tui pectoris turbare potuit letiſſimū ſemp
q; quietiſſimū ſtatum. His fortaſſe ſi fideliter tibi compaſſi fuerint: dabitur ut conſola/
tionis remedia ualeant reperire. Et ſi ſecus fieri nequibit: leuius deinceps cum hui⁹ rei
plures cœperint effici participes feres. Tum ego quæ fideli nouerā perſuaſione edita:
conſolatoris mei uerba ſuſcipiēs: ei cauſam reddidi: ei quid lateret corde: detexi proti
nus ore. Sanctum illum locum me amauiſſe plurimū dixi: quem ultra me non uidere.
ſancti martyris agnoueram reuelatione. Votum inſuper uouiſſe: cuius effectum pro/
hibuiſſet fluctuatio collati imperii. Et niſi formidini ab hoſtibus imputaretur: aut eius
quod ſupra modum pertimeſcendū erat: ab omnipotente ruina exigeretur: arma pur
puram & ſtemmata q̄libentiſſime ibidem deponere uoluiſſe. Inde ab eo cum ſalu/
brius conſilium expeto dari: tale percepi. Bonū inquit uotum tuum glorioſiſſime cæ/
ſar. ſed ſicut docet beatus gregorius. deo nihil bona uoluntate dilectius. Magnum qui
dem eſt quod optas renūtiari ſæculo & omnibus quæ poſſides: ſiquidē per hoc chriſti
imitator eſſe potes. Verum multorum ſalus a quibus perficitur multiplicia in ſingulis
præmia pollicetur. Illud tibi: iſtud omnibus conſulit. Magnū illud: ſed maximum eſt
iſtud. Hoc ſi nō poteſt operari uoluntas: in iſto poterit remunerari. Deniq; in deo fuit
id magis mirabile: ꝙ dignatus eſt mori pro ſeruis. Charitatis augmētum: maius idem
ipſe commendauit eſſe: ſi quis pro fratre non dubitaſſet animam ponere. Fecit quod
docuit: pro nobis animā poſuit. Perrulit dominus mortē ut ſeruus reciperet dignitatē
non neceſſitati ſuccumbens: ſed plaſmati ſuo ineffabiliter ſubueniēs. Quod ſequamur
exemplum in ſeſe oſtendit: & danti operam: palmam uictoriæ promiſit: & permanens
præmium repoſuit. Quia ergo gregem ſuum regimini ueſtro cōmiſit pro eo ſi neceſſe
ſit: uſq; ad mortem decertandum eſt uobis: & hoc erit inſigne atq; laudabile. His lucu/
lenter a prædicto uiro inſtructus: & fortiter in agendum animatus: me iterum iterum
q; ſanctitati illius & fratrum attentius commendans: tametſi non ut ante triſtis: non ta
mē adeo diſcedere hinc præualui letus. quippe qui quos dilexeram unice: ſupremum
me ſciebam tranſmittere vale.

Hec quidem deſcripſit Ludouicus pius.

a T ne publico auctoramēto cōiurati aduerſus patrem filii deſtituerēt: coacto — Conuentio apud compēdium
apud compendium ex toto regno epiſcopoꝝ procerumq; cōcilio: lotharius
eductum de cuſtodia patrem compendium ꝑduxit. ubi cum plæriq; ludouici
aduerſitati condolerent: cōiurati formidantes ne tanta miſeratio in eorum perniciem
uerteret: decere dicunt ut quēadmodū apud populum ſe ludouicus purgauerat: ita ip/
ſe ſatis eccleſiæ faceret quam læſerat. Ipſi autem hec dicētes plane mētiebant. Sed ex
pontificiis legibus teſtimoniū ſumentes: aſſerebant ſatiſfactōnē digne fieri non poſſe
niſi balteum militare: atq; arma ſe ſine ulla ſpe repetendæ dignitatis reiiceret. In cōiu/
ratorum ſententiam permulti uenere: inter quos ſibi timētes pōtifices qui cōiuratōis
conſcii erant plæriq; fuerunt. Itaq; in ludouicū ſententia fertur. Ille imperatoria digni
tate ſe abdicat: & cucullam monachalē ſibi ſumit. Nec nihilo ſecius cuſtodiēdus ī mo
naſterio remittit. His ita ut præmiſſum eſt in conuentu cōpendiēſi confectis lotharius
aquiſgranum cōtendit. Sed curæ deo eſt hoīm uirtus: Ludouico ex francia abducto: fi
unt per totius regni prouīcias hominū conuētus: & plurimo paſſim murmure filiis de
trahitur: cunctis miſerabilem regis fortunā complorantibus. Erat eo tempore guil/
helmus franciæ coneſtabilis: qui magiſtratus ad res bellicas ſecūdus poſt regem eſt: &
eggardus comes genere clarus. Hi ſummo ſtudio imperatorē reſtituere adnitebant:
quibus frequētes ex germania: atq; burgundia nobilitate uiri quorum par anim⁹ erat:
adiūgebantur: Bernardus præterea & guerinus ex ueteri ludouici familia potētes: cō/
tiones in burgūdia habebant: & quoſdā ꝓmiſſis: alios æquis rationibus ſibi demerebā
tur. Et iam vulgabat ludouicū impatoris filiū ad patrē in alemanniā cōceſſiſſe. Quib⁹
rebus ab aduerſariis cognitis: ad pipinū in aquitania agentē q̄ celerrime brionē ex ſuis
mittūt: q de his quæ de reſtituēdo ludouico agerent pipinū certū reddat. Cū aq̄ſgrani

hybernaſſet lotharius:pariſiũ ire conſtituit. Cui per albarnẽſem uicum iter agenti oc/
currunt non contemnẽda manu terre illius primores. Petunt dñm ſibi imperatorẽ li/
berum reddi. Alioquin ſe uim facturos. Sed per ludouici beniuolos re cognita:impa/
tor q̃ occultiſſime poteſt ꝓceribus mandat id ne conent̃. Nam ſi cœpta non procedãt
in ſuam perniciẽ oĩa reditura. Deſiſtunt ergo proceres. Lotharius uero iam ad ſancti
dyoniſii monaſteriũ peruenerat:cũ ex burgũdia aubericus comes:& berardus magnis
contractis copiis ꝓperantes rembaldũ & gautelinũ ad lothariũ legant:qbus mandatũ
eſt imperatorem ex ſeruitute repetere. Si id faciat:nihil ſibi de fortunis neqꝫ de digni/
tate detractum iri. Sin minus:conſtituiſſe ſe ui atqꝫ armis innocẽtẽ ludouicũ educere.
Legatis lotharius reſpondit:nõ ſua culpa ſed pontificũ & ſenioꝝ iudicio ludouicũ cõ/
demnatũ eſſe. Neminẽ eſſe qui de patris ignominia plus ſe ſuccẽſeat. uel de eius hono
re congaudeat. Quæ poſtq̃ locutus fuiſſet: diſcedẽtibus legatis iubet ad ſe paulo poſt
reuertantur. ſcrutaturus qua rõne id quod petebãt abſolui poſſet. Hæc q̃uis ita diceret:
ꝓtenus tamen abeũtibus legatis patrẽ in dyoniſiano cœnobio liberum dimittit. Quo
ſalutandi regis gratia cõplures epiſcopi proceresqꝫ ſe contulere:cohortatiqꝫ ſunt ut bal
teo militari reſumpto in priſtinã ſe dignitatem reſtituat. Quod facere diſtulit donec
epiſcopoꝝ conſilio atqꝫ auctoritate purgaret̃:ueluti fuerat quorũdam ſententia cõdẽ
natus. Reconciliatione ꝑcepta:accingit̃ balteo & imperiali dyademate coronat̃. Nec
multo poſt cariſiacũ petit. Illuc uenere pipinus & ludouicus cũ multo amicoꝝ nume/
ro:quibus cũ familiariter cõfabulatus:rex tãdẽ eos dimiſit:atqꝫ aquiſgranũ profectus

Lotharius ca bilonẽ icẽdit

eſt. Vbi iudith uxorẽ ab exilio ex italia redeuntẽ excepit. Patrẽ interim aſpernatus lo/
tharius in burgundiã abierat:cabilonẽqꝫ urbem diripuerat templis oĩbus ſpoliatis atqꝫ
exuſtis occaſione a garino comite ſumpta:qui locũ muniuerat. Nec cũctatus ad ceno
mãnos ubi lambertũ & maufredũ belli duces ex neuſtria recipere ſperabat:contendit
Quem una cum ludouico filio inſecutus impator. poſitis utriſqꝫ ad tizum fluuiũ caſtris
cum pipinũ inſup cum copiis ad patrẽ ueniſſe lotharius cognouiſſet:uictoriã deſperãs
ſupplex ad imperatorẽ uenit. Quem cum omni ſua nobilitate in uerba impatoris iura
tum pater in italiã dimittit:alpium clauſtris præſidio occupatis. Ne quis ex italia inui/
to milite in franciã demigraret. Curauit deinde ſummope impator oppreſſas ꝑ ſu/
periores cõtentiones eccleſias inſtaurare:debitoqꝫ ritu atqꝫ cerimoniis uenerari. Neqꝫ
omittit graſſatores & uiarũ obſeſſores pœna afficere. Inter cõdemnatos fuere ebo cõ

Iudith regia prudens

iuratoꝝ cõſcius:& agobertus lugdunẽſis primas qui tertio ab impatore uocatus impe
rata nõ fecerat. Dũ hec gerunt̃ iudith prouida mulier ex regis ætate admonita pri/
mores aulicos adit:conſulit de caroli filii futura cõditione ſi uita forte defungeret̃ im
perator. Tris filios regi ſupeſſe grãdeuos memorat: hunc unũ carolum adoleſcẽtem
eſſe cui nihil terræ pater hactenus cõtuliſſet. Niſi ſupſtite impatore alter ex filiis caroli
eius curã receperit ſe una cũ filio peſſum iri. Orare igit̃ illos:matri filioqꝫ boni cõſulãt.
Proceres iuſtis reginæ ꝓcibus adducti reſpõdent:unũ ex regiis liberis lothariũ qui ad
hanc tutelã idoneus eſſe uideat̃. Ludouicus de hac re a regina proceribuſqꝫ admonitus
cũ interim a lothario Nũtii ad eum ueniſſent:re quã petebant cõfecta:impator nũtiis
impat:lotharium hortent̃ ad eum uenire ſui commodi cauſa. Sed patri parere morbo
occupatus lotharius nõ potuit. Recepta ſanitate cum uenire differret:nũtiat̃ impera/
tori lotharium eccleſiæ libertates & prouẽtuũ iura uiolare:ſibiqꝫ rapere quæ ad roma

Sollicitus ludouicus de rebus eccleſiæ

nam ſedem ꝑtinerent. Eam ob rem ſupra q̃ credi poteſt indignatus impator ad lotha
riũ ꝑgere nũtios nulla mora interpoſita cõpellit. Per eos filio mãdat:meminerit iura
menti quo ſe:cũ regnũ italiæ adipiſceret̃:obſtrinxit. tueri ſcilicet atqꝫ cõſeruare eccle/
ſiæ romanæ ditionẽ. Idcirco dedecere illũ oppreſſorẽ eius eſſe cuius tutelã in ſe rece/
piſſet. Reſtituat igit̃ quæ uel ipſe uel ſui abſtulerint. Patris mãdata quæ de reſtituẽdis

Normãni rebelles

eccleſiis erant ſe impleturũ lotharius ꝓmittit. Interim rebellãtes normãnos id eſt da/
nos imperator bello domuerat:quæ cauſa fuit q̃obrem italiam atqꝫ urbem ut cõſtitue
rat adire non potuit. Per id tempus cum aquiſgrani ageret:uocatis ad ſe aulicoꝝ pri/
moribus carolo iuniori filio portionẽ imperii dat. moxqꝫ in concilio apud cariſiũ agẽs



præſente filio ludouico:carolũ militari cingulo & regiis ueſtibus ornat:data illi neu/

Carolus qui poſtea caluꝰ

ſtria. Quibus inſignibus donis tametſi iudith regina exultaret: Nihil tamẽ firmũ rata
niſi filii cura lothario commiſſa a patre eſſet:ipa cum aulicis regem orat:id unũ potiſſi
mum curet. Nec multis ſe orare paſſus imperator:lothario mãdat. Si caroli fratris ſui
ꝓcurationem tutelamqꝫ nõ recuſet:ad ſe ꝓpere ueniat. Neqꝫ formidet ꝓpter ea quæ ip
ſe male commiſiſſet:pacato ſe animo in eum eẽ ita ut dimidiatum illi imperium dare
ſtatuerit:baioaria tñ excepta. Hoc nũtio letus lotharius ad patrẽ uuarmaciã quæ uan/
gionum ciuitas eſt proficiſcit̃. Cõſtitutis in conſpectu patris fratribus lothario dico et
carolo adoleſcente:iam eñ pipinus mortem obierat:et ludouicus baioariam poſſide

Ludouicꝰ lothario & carolo caluo hæreditatẽ diſtribuit

bat:imperium ad hunc modum diſpartitur. Totum auſtraſiæ regnum a moſa flumine
ad hungaros uſqꝫ pertingens lothario attribuit. Reliquum quod ad occidentẽ ſpectat
carolo aſſignat. Hec partitio aſſenſu procerum & populi multi aſſiſtentis facta & com
probata eſt. Deinde lothariũ monet impator:caroli curam recipiat: adoleſcẽtiqꝫ aſſit
ut pater:& ad carolũ cõuerſus:tu inquit carole lothariũ ut patrem colito & diligito ut
fratrẽ. Re confecta liberũ lothario in italiã reditum ꝓmittit. At ludouicus baioaroꝝ
rex imperii diſtributionẽ moleſto aĩo ferens incurſare cœpit finitimas ſibi germaniæ
regiones. Sed in eũ mouere ubi patrẽ intellexit:pronus ad impatorẽ dodonã ſe cõtu/
lit: A quo imperrata uenia ad bauaros reuertit̃. Defuncto pipino: aqtani audientes

Aquitani de cõſtituendo rege diſſentiunt

carolum iuniorẽ ludouici filiũ ex patris decreto conſtitutũ franciæ regẽ:qdã pipinum
quẽ pipinus reliquerat ex ſe ꝓgnatũ:regẽ ſibi habere ſtudẽt:plæriqꝫ cõtra ſentiẽtes cẽ
ſebant impatoris expectare ſniam. Qua cõtrouerſia ꝑ ebroynũ pictauoꝝ antiſtitẽ im/
peratori relata:primoribus aqtaniæ mandat ad ſe cabilonẽ ꝓficiſcant̃:ubi cõuentũ ha
bere ſtatuerat. Cõueniẽtibus eodẽ loco aqtanis magnaqꝫ ꝓcerũ multitudine: de ſtatu
eccleſiæ primo:deinde de his q̃ ad rẽpublicã ꝑtinebãt: poſtremo de aqtaniæ cõditiõe
actũ eſt:ita diſſoluta cõtione:ludouicus claromontẽ aluerniæ ciuitatẽ petit. Vbi dũ de
aqtaniæ rebus cõſultat: ecce ex alemãnia nũtius defert ludouicũ ex baioaria mouiſſe:
adiũctiſqꝫ ſibi ſaxonibꝰ & thoringis germanos inuaſiſſe. Quo nũtio ludouicus adeo tur
batꝰ eſt. ut inde grauẽ præter ſeniũ quo ipe cõfectus erat ualitudinẽ cõtraxerit. Nihilo
minꝰ forti aĩo impator copiis eductis aduerſus ludouicũ cõtẽdit. Traiecto rheno poſt
q̃ ludouicus patrẽ cũ ingẽti exercitu adeſſe cognouit:ꝑ ſclauones in baioariã ſe recepit
Impator uero quẽ ꝑmebat ægritudo magũtiã ueniẽs tẽtoria ſibi explicari in inſula ciui
tati ꝓxima iubet. Tanta fuit morbi uis:ut mẽbris ꝓpe oĩbus defectus:ꝑ dies q̃draginta

Ludouicꝰ piꝰ ægrotat

nullũ neqꝫ cibũ neqꝫ potũ præter ſpũale corpis & ſanguinis dñici uiaticũ ad alimẽtum
acceperit. Aderat ægrotanti patri lotharius:q ex italia uocatus paucis añ diebus uene
rat. Eo corã poſito ſupellectilẽ ſuã oẽm afferri ſibi rex impat:ea quidẽ rõe ut recẽſitis
opibus quid filiis relinq̃re:qd ue cæteris ſiue eccleſiis ſeu inopibus & palatinis diſptiri
poſſet intelligeret. Lothariũ corona aurea & enſe quo in præliis utebat̃ donat:præci/
pitqꝫ ut iudith reginã ueneret̃ caroli amicitiã ſeruet:ne de relicta ſibi regni francorum
hæreditate quicq̃ detractet. Ludouico aũt baioaro tametſi nõ mediocriter ſuccẽſeret
offenſam tñ pius pater remiſit. Fuerũt impatoris extrema oĩa religiõis atqꝫ fidei plẽa.
Tãdẽ ſub ipm ꝓpe aĩæ exitũ:ad feneſtrã cõuerſus abite inquit abite. Hãc uocẽ plæriqꝫ
eoꝝ qui aderãt interpretati ſunt dictã eſſe demonio quod cuiqꝫ moriẽti apparere chri
ſtiana fides tradit. Mox ĩ alterã ſe partẽ uerſans:ridẽti ſimilis uitã efflauit duodecimo
kalẽdas iunii. ãno chriſtianæ pietatis octingẽteſimo q̃drageſimo. Cadauer ĩ monumẽ
tũ hildegardæ mřis quod mettis erat lugubri põpa illatũ ẽ poſtq̃ ãnos. lxxiiii. uixiſſet.
Eius mortẽ cometa præceſſerat. Et ſol paſſus eſt eclypſim generalem.

Eiuſdem compendii Liber quintus incipit.

d Einceps quæ ſit imperii & regnorum participibus fides ſequens narratio
mõſtrabit. Sublato e uita ludouico pio lotharius: & ludouicus baioarus
in carolum inſurgunt quem nobiliori paternæ poſſeſſionis parte inſtitu
tum hæredem eſſe dolebant. Augebat indignationem q̃ carolus poſte
riore patris uxore natus par illis in capiẽda hæreditate factus eſſet. Itaqꝫ

Bellũ iter fratres. ludouici pii hæredes

exercitum q̃ maximũ quiſq; poteſt comparat. Ea re cognita carolus conſilio a francis
proceribus capto. cum eos ad id bellũ paratiſſimos fore cognouiſſet: numeroſo exer/
citu collecto aduerſus hoſtes (qui iam apud fontanetũ altiſſiodorẽſis agri uicũ caſtra
habebant) non fracto aĩo progredit̃. In cõſpectu hoſtium cũ ueniſſet: quia pridie eẽt
dominicæ aſcenſionis carolus ratus hoſtem feſto die quieturũ: negligentius ſuos age
re permiſit. Sed inſtructi ad pugnã fratres: acies producunt. Carolus inopinato licet cõ

Carolus caluus uictor

greſſu paululum cõmotus: ſuos tamen uiriliter hortatur. Nec territus miles irruentem
in ſe hoſtẽ ferociter excepit: fit pugna atrox atq; diuturna. In ea longe plurimi ex utro
q; exercitu ceciderũt: q̃ apud francos uno prælio occubuiſſe uſq̃ lectum ſit. Nam tanta
ad hoc bellum ex orbe chriſtiano diuerſarum partium ſtudio copia confluxerat. q̃tã
magna pars europæ uix cogere in unam aciem potuiſſet. Cædes proculdubio ea fuit:
ut a uicto non longe diſſimilis uictor eſſe putaret̃. Carolus tamen fugiẽtibus fratribus
ſuperior euaſit. Qui neſſe colligendi ſpacium hoſti eſſet: ipſe uictorem exercitũ aduer/
ſus lotharium qui aquiſgranũ ſe receperat paucis caſtris educit. Accepto caroli aduẽtu
lotharius recepta uxore lugdunũ cum ſuis ſe liberis confert. Quem mox ludouicus cõ
ſequitur. Inde uiennã commigrant. Eſt in flumine rhodano nõ procul a ciuitate inſu/
la. In ea conſilium de rebus ad ſe ꝑtinentibus capiunt. Eunt ultro citroq; ad reges lega
ti de cõcordia præcepta ferentes. Eius concordiæ formula hæc fuit. Lothario auſtraſia
omnis: atq; ꝓuincia cum portione terræ quam ab eo poſtea lothoringiam appellatam
eſſe quidam putant in partẽ uenit: ludouico germania in qua baioarii ſunt: Carolo re

Lotharꝰ monachus efficitur

gnum franciæ ab occeano britannico ad moſam uſq; relinquit̃. His ad hunc modum
cõuentis: lotharius ſiue pœnitudine peccatorum: ſiue tedio præſentis uitæ permotus
diſtributa filiis hæreditate: religionem apud pruliacum profitet̃. Ludouicus grandior
natu italiam adeptus ẽ: lotharius auſtraſiam accepit. Carolo ceſſit prouincia cũ parte
terræ burgũdiæ. Quo poſt octauũ inde annũ defuncto: lotharius burgũdiã: ludouicus

Carolus regnum auſtraſiæ uſurpat

ꝓuinciã obtinuit. Inter hec ſiluanecti agens carolus qui caluus poſtea dictꝰ eſt nũtio
de lotharii morte audito mettim cõtendit: ubi in diui ſtephani templo more regũ un
ctus rex appellat̃. Quæ res ludouico eius fratri indigniſſima uiſa eſt ꝙ ſe uidelicet poſt
habito: lotharii omnẽ ſucceſſionẽ carolus accepiſſet. Ea propter per legatos romani
pontificis: auſtraſiæ regni incolis inhibet carolo obedire: aut de lotharii regno quicq̃

Excõicatio

ſibi detrahere: alioquin interdictũ illi iri cõione chriſtiana. Quæ pœna ſicuti grauis ita
ignominioſa chriſtiano eſt: hanc pontifices excõicationẽ appellant: ꝙ is cui irrogatur
e cõione & contubernio hoĩm eiectus ſit. Id poſtq̃ minus ꝓcedere ludouicus intelligit
ui atq; armis agere tẽtat. Interim carolus cum nouionii eſſet: richẽtem quam prius

Roritus normãnorũ princeps

pellicem habuerat: uxorem ſecũdũ ritum eccleſiæ accepit. Per id tẽpus roritus nor/
mannoꝝ princeps in amicitiã regis uenit. Ex nouionio aquiſgranũ carolo repetẽti
ludouicus per nũtios mãdat niſi regno quod lotharii fuerat egrediat̃: illũ ſe inde ꝓpe
diem eiecturum. In re ancipiti legati utrinq; cõueniũt: iurant ꝓ ſuo quiq; principe ea fir

Victoria de vuandalis

ma permãſura de quibus ad pacem inter eos cõueniret. Sed paulo poſt cũ de vuãdalis
ludouicus uictoriam habuiſſet: duce eoꝝ capto: legatoꝝ pacta atq; iuſiurãdũ neglexit.
Id eñ plæriſq; principibus uſu uenit dum ſuis rebus timẽt: iureiurãdo multa polliceri:
mox uero tergiuerſari ſi arridẽtiore fortuna iuuent̃. Tandẽ crebris legationibus pactũ
extitit: utrũq; regem ad arbitros contentionẽ referre: & quod illi definirẽt ſtabile mã/
ſurum. Poſtq̃ de contionis loco compoſitũ eſt: dum apud flametũ ludouicus diuerſat̃
cenaculi tabulatũ carie & uetuſtate detritũ in regem atq; aulicos quoſdã decidit: quo

Cõcordia de regno auſtraſiæ

lapſu ludouicus vulneratus eſt. Solidato vulnere aquiſgranũ ſe contulit. Inde coeũti/
bus. xv. kalendas auguſti regibus de partiendo auſtraſiæ regno cõuenit. diſcretaq; eſt
certis limitibus portio quæ ſingulos contingebat. Huncexitum habuit orta de regno

Altera de regno cõtẽtio

inter fratres contentio. Sed non uno ſẽ impetu fortuna continet. Ecce aduerſus fratrũ
inſtauratam charitatem belli motus ab italia nũtiatur: Repetente auſtraſiam ludoui/
co: cui lotharius pater italiam tradiderat. & iam eẽt a ſergio ſecũdo pontifice impator
appellatus. Miſſi de re ipſa a pontifice atq; ab imperatore nuntii ad ludouicum germa



niæ regem: ad carolum ludouici iuſſu remittunt̃. Quibus auditis: & ſi mandatoꝝ ſeue/
ritate moueret̃: ꝙ ſe inaudito partem auſtraſiæ relinquere iuberet̃: ad pontificis lega/
tos ſuos nũtios adiũgit: q põtificem cõueniãt. Inuenio ludouicum germaniæ regẽ ue
niente in gallias engeberga: id reſtituiſſe imperatori quod de lotharii regno recepat.

Carlo dyaconus factus apoſtata carcere cuſtodit̃

Carolum uero ab engeberga uocatum nõ obediuiſſe. Sed ſummopere curaſſe: ut car/
lo quem ex priore uxore ſuſceptũ eccleſiæ ſacris addixerat puniretur. Hic eñ carlo ho
minũ perditorum ſuaſu peſſimis facinoribus ſe inquinabat: oĩa quoquouerſum iret
prædatus. Quem in uinculis emẽdationis ſpe diu habitum: atq; inde relaxatũ cum nõ
reſipiſceret dyaconii gradu amotum oculis priuauit atq; in mõaſterio corbienſi cuſto
diendũ mandauit. Qui poſtea duoꝝ pſeudo monachoꝝ nixu (hortante ludouico ger
maniæ rege) eductus: ad ipſum ludouicũ perfugit. Hec cõtigerunt agẽte carolo in ex
peditione quam aduerſus normãnos qui andegauiam urbem circũſederant habebat

Normanni apud andegauiã obſeſſi

Nec tamen rem a ſe ſuſceptam omiſit. Normãnos qui iam ciuitate potiti eſſent circũ
uallat: adiutore ſalomone britonũ duce: qui ſuppetias carolo ferebat. Preſſi dura obſi
dione normãni eas conditiones pacis quas carolus dixit (datis obſidibus) acceperũt.
Relicta libera ciuitate: petũt normãni liceat illis inſulam quæ proxime erat ad paucos
dies incolere: ibiq; commeatu iuuari. Interim qui inter illos chriſtiani erant poſſe ad
regem reuerti: qui uero paganiſmo relicto fidẽ chriſti profiteri uellent: eos quoq; nõ

Ludouicus imperator moritur

reſpuendos. Cæteri qbus induratũ cor eſſet: ſuas ſedes nulla mora repeterẽt. Rebus
ad hanc formã cõpoſitis cum in ſiluam arduennã uenatum abiiſſet de ludouici impa/
toris ſui ex fratre nepotis morte nũtium accepit. Quare richentẽ uxorem ſiluanectum

Caluus in italiã cõtendit

mittit ludouicũ filium in eam auſtraſiæ partem quæ a lotharii deceſſu ſibi obuenerat
proficiſci mandat. Ipſe ſupatis feſtinatione multa alpibus in lombardiã cõtẽdit. Inter
eundũ carlo ludouici germanici filius iuſſus a patre tranſitu prohibere regem: cum ſe
fruſtra niti intelligeret ad carolum proficiſcit̃. Ea re cognita ĩdignatus pater alterum
filium cum copiis mittit. Sed & numero & uirtute militũ inferior: caroli potentiã non
ſuſtinens: pace data ad patrẽ exercitum reduxit. Quem receptum ludouicus per caroli
abſentiam in francos ducit: diriſq; incurſionibus franciã uexat. Audito in italiã caroli

Carolus caluus ĩpator

aduentu: iohãnes octauus romanus põtifex miſſis ad eum nũtiis romã propere uocat
uenientẽ auguſtum appellat: afficitq; imperiali dignitate. Digrediens inde carolus ro
ſymon richentis uxoris fratrẽ italiæ præponit: conſiliariis uiris atq; copiis quas uoluit
illi attributis. Cui neptem quoq; ſuã ludouici regis germani filiã deſpondet. In frãciã
reuerſo carolo ludouicꝰ frater germaniæ rex uita deceſſit. Relicto filio ludouico. Cu
ius deceſſus cauſa fuit carolo infœlicis belli. Nam patre mortuo ludouicus magna ſa/

Bellũ contra carolũ caluũ in alemãnia

xonum thoringorũq; delecta manu: nũtios ad carolum patruelẽ mittit eius amicitiã
oratũ. Qua nõ impetrata ad rhenũ caſtra ponit. Nec cũctatus carolus ad alterã rheni
ripam ducto exercitu animũ ludouici explorat: ſi legatis utrinq; miſſis rem agere uelit

Dolo caluus agit

placuit utiq; conditio. Sed dolo malo illectus imperator dum uiã pacis ſimulat: agmẽ
occulto & anguſto itinere ſeorſum a caſtris ludouici noctu feſtinare iubet: ratus occul
tis inſidiis intercipere poſſe improuiſum hoſtem. Fuerunt ea nocte continui imbres: q
bus & nocturno labore grauatus miles prælio minus idoneus fuit. Fraude detecta: lu/
douicus inſtructa acie diuerſus ab itinere quo hoſtis ueniebat conſiſtit. Irruẽtem in ſe
francum tanta ui excipit: ut ad aciem in qua carolus erat cedere francos compulerit.

Carolus caluus fugit

Atq; ita fugæ ſe comittẽtibus francis: ĩpator quoq; comes fuit. Qui uero regias ſar/
cinas ferebant anguſtia uiarũ & ſepibus intercepti occiſi ſunt: & inter eos complures
illuſtres uiri ceciderunt. Reliqui in manus agreſtium hominũ incidentes ad nudum
ſpoliati: ita ut ex thoris herbarũ atq; arentis fœni manipulis tegumẽta ſibi conſuerent

Eius infortunii tempore normãni ſequanæ oſtium claſſe irrumpere tentabant. Ad/
uerſum quos miſſo cum exercitu comardo: carolus mandat cũ normãnis: qualẽcunq;

Normanni Saraceni in campania

poſſet pacem habere: nihilominus terrã omnẽ diligẽter tueatur: præſidiis ꝑ munitiſſi
ma quæq; loca impoſitis. Incidit præter has turbas alia carolo nõ parua ſollicitudo.
Graſſabantur in campania ſaraceni: quorum aduentu territus iohãnes pontifex roma

nus:carolum admonet eccleſiæ opem ferat:paret carolus & contractis copiis:ubi lom
bardiæ fines attigit:adelgarus a pontifice ueniēs refert iohantē papiam aduenire im/

Ioānes octa/ uus ad caro/ lum caluum papiā uenit

peratori obuiū. Papiæ dum pontifex impatorq; de rebus gerendis conſultant: certio/
res facti de carli ludouici filii cum ingētibus copiis aduētu papia abſceſſerūt moxq; im
perator romam ꝓfectus eſt. Rem hoc loco ridiculā narrabimus. Carolus dum a carlo
fugit:leui rumore carlus perterritus(ꝗ imperator pontificē comitat⁹ aduerſus ſe mo
uere dicebat̃)eadem qua uenerat uia in germaniā impatorē fugiens contēdit. Re

Ridiculum

Carolus cal/ u⁹ ueneno a ſedechia iu/ deo necatus

bus quarū gratia carolus romā petierat abſolutis:febre afficitur. Erat iudeus medicus
ſedechias nomīe imperatori propter eius peritiā ꝑfamiliaris:qui uel religionis chriſti
anæ odio (cui maxime infenſi iudei ſūt)motus:uel corruptus forte pecunia:potionē
carolo propinandā miſcet. Qua epota carolus omnibus mēbris ita defectus eſt:ut au/
licorum miniſterio in cubilū delatus duodecimo poſt die interiit. Cuius dum corpus
exenteratum & multis aromatibus conditum ſui in franciā efferre cupiunt: cadaueris
putredinē ferre nō ualētes:uerſellis ĩhumauerūt in diui euſebii martyris æde āno octī
gētesimo ſeptuageſimooctauo. Vnde poſt annū ſeptimū exemptū in diui dyoniſii tē
plū delatum eſt. Eius exhumandi cauſam attulit archēgerus quidā apud diuum dyoni
ſium cœnobita:& alphonſus eccleſiæ diui quintini uiromādenſis ædituus: qui ſibi dū
in ſuis eccleſiis pnoctant carolū per quietē uiſum eſſe affirmauerūt: eoſq; admonuiſſe
ut de tollendo eius corpore & in templo martyrū inhumādo regem filium facerēt ſol
licitum. Hac reuelatōne filius rex excitus patris corpus ex uerſellis ad ſanctū dyoniſiū

Viſum quod carolus calu⁹ uidit

transferendum curauit.  Nihil ad rem pertínere arbitror id quod a plæriſq; ſcripto/
ribus memoriæ mandatū eſt. Carolum duce angelo paulo anteq̃ moreret̃ ad inferos
deductum:ſupplicia uidiſſe miſerarū animarū. Ardere ualles:& altiſſimos puteos pi/
ce & ſulphure immixto plumbo efferueſcere:ibiq; plæroſq; ex ſuis prædeceſſoribus re
ges inſpexiſſe:epiſcopos quoq; qui uel ad bella gerenda cōſultores uel ad opprimēdū
iniquis uectigalibus populū auctores extitiſſent.  Eius certe caroli calui extāt præcla
ra & religioſa monimēta. Nam diui cornelii cœnobiū apud compendiū extruxit. Cō
pendium em̃ maxime amabat:ita ut a ſuo nomīe carolopolim appellare cogitauerit.
Sancti dyoniſii templū magnis auxit prouētibus & precioſiſſimis donariis adornauit
quæ ad hoc uſq; tempus diligēter aſſeruata uiſunt̃. Nec ignoro quoſdā ſcribere nundi
nas quæ in campo dyoniſiano ante kalēdas iunias fiūt ab hoc rege eſſe inſtitutas: de q̄

Flandriæ co/ mitat⁹ initiū

re quid ſentiā in dagoberti geſtis annotaui.  Eius regis ætate flandria quæ paucis tunc
uicis atq; ædificiis ornata erat:& feris magis q̃ hominibus incolebat̃:eiq; præficiebatur
a rege cuſtos qui francoꝝ lingua foreſtarius dicebatur: comitatus dignitatē hac occa
ſione accepit. Erat balduinus audactis eiuſdem filius qui patre defuncto cū in magiſtra
tu fuiſſet a carolo inſtitutus iudith regis filiā dum ex āglia reuertit̃ ſibi rapere temera/
rius iuuenis auſus eſt. Nupſerat em̃ adolafo angloꝝ regi. Qui cū abſq; liberis deceſſiſ/
ſet: Iudith uiro deſtituta in franciā ad patrē rediēs depræhenſa eſt cuius rei gratia caro
li iuſſu coeuntes epiſcopi balduinū excōmunicatione percellūt. At cum nihilominus
facti nō pœniteret:conſilio ꝓcerū pſuaſus carolus pmittit filiā balduino in m̃rimonio
copulari. Et de cuſtode flandriæ comitē balduinū inſtituit. Plærunq; ſiquidē id euenit
ut quæ peccata atq; iniurias facile ulciſci nō poſſimus eas alicuius dignitatis rōe aſſum
pta ad gloriam conuertamus.

Vntio de caroli deceſſu accepto ludouicus balbus eius filius apud ēderuillā
n agens regni ꝓceres ad ſe ꝑpropere uocat:quoꝝ beniuolētiā & fidē regia mu
nificentia demereri ſtuduit. Richentē uero reginā ex italia redeūtē cū apud
moymerū cāpaniæ caſtellū cū multa nobilitate reſtitiſſe accepiſſet: aīo cōuētū quod
plamentū franci uocant habēdi:miſſis utrinq; legatis compendiū regina ſe cōtulit. Ibi
ludouico patris teſtamentū exhibet ꝓferens regia ornamēta gladiū dyadema ſcæptrū
aureū qbus carolū inſtitutū hæredē pater moriēs declarauerat. His igit̃ regiis inſigni/
bus exceptis:ſuſcipiēdæ unctōnis gratia remoꝝ urbem petit:quē haymardus eius loci
archiflamē coronauit. Anno ſalutis octingēteſimo ſeptuageſimooctauo.  Exactis īde



paucis menſibus ſequanā traiecit:ubi godefridi filiī hedonē comitē caſtello quodam
mulctauerāt: & haymo bernardi comitis fili⁹ prædas agebat & loca quædā ſibi ſubege
rat. Turonū uſq; rege profecto:godefridus amicorum cōſilio filios ad carolū ducit: &
eas quas occupauerat terras reſtituit:ita ut illas ſibi ex regio dono retīere liceret. Qui
regio munere donatus gr̃am cōpenſat. Nā rebellātes britones ad caroli obedientiam
ſua opa reuocauit.  Erant p id tp̄s in italia comites duo lābertus & helbardus q de ec/

Motus belli in italia

clesiæ romanæ ditione pleraq; ſibi loca rapuerāt:in quos excōicatione ꝓmulgata io/
hannes pōtifex lugdunū uenit. Quo regē accedere p nūtios orat. Sed ualitudine non/

Iohānes pa/ pa in franciā uenit

dum leuatus rex quā turoni inciderat:morā pōtifici gerere uſq; ad kalēdas ſeptembris
diſtulit. Per epos tū obſequi pontifici curat. Interea curatus morbo trecas profect⁹ illo
uenire iohannē obtinuit. fit in eo loco magnus ex belgis epoꝝ cōuentus. Narrantur a
pontifice quæ in memoratos raptores per eū geſta eſſent: petit a pōtificibus q aderāt
uerbo & ſubſcriptis eoꝝ noib⁹ oīa cōprobari Cōprobāt̃. In eo cōuētu cognito ꝗ frota
ri⁹ ex burdegalla pictauiā & inde ad bituriges īcōſulto pōtifice trāſiſſet iohannes ꝓfer
ri iubet ſanctōnes ſardinēſis & affricani concilii:quibus epi ad alias eccleſias ſua relicta
tranſire prohibent̃. Recitatis utriuſq; ſynodi capitibus:pontifex diffinit ſacerdotes q

Ludouic⁹ bal bus impator

ſuis ſedibus abiiſſent ad eas reuerteret̃. Ipe mox ludouicū impii dyademate corōat au
guſtumq; appellat. Reginā autē richentē q̄uis obnixe a ludouico rogatus coronare re
cuſauit. Conuētione treceñ. diſſoluta:pōtifex in urbē regreſſus eſt.  Impator autē cō
ponendæ diſcordiæ:quæ illi cum ludouico nepote erat cupidus:ita per legatos egit:

Concordia ĩ ter reges

ut cōuentu furōnæ indicto pax ad ſequētē modum dicta ſit. De auſtraſiæ regno ſicuti
defuncto lothario inter carolū caluū & ludouicū bauarū cōuenerat ita pmaneret. Ita/
liæ uero imperiū q̄n̄quidē tūc cōmode diſtribui nō poterat quiſq; ut partē obtinebat
ita illā habeat donec de partitione in alio proxime habēdo conſilio agi ſtabilius poſ/
ſet. Interim ſi ab ſaracenis alter regum impeteret̃ alter ſuppetias ferret: huic formulæ
ſi quis detractū iret eum a neutro regū recipi aut defendi poſſe.  Pace ad hanc formā
cōpoſita ludouicus germaniæ rex ad ſuos remeauit. Impator compēdiū acceſſit. Nec
data quiete bernardus marchio bellum renouat icti dudum federis oblitus. In hunc

Ludouic⁹ bal bus morit̃

mouēs impator cum trecis ueniſſet morbo decubuit. Hinc omni ſpe ſalutis deſtitutus
ludouicum filium bernardo auernoꝝ comiti committit. Augeſcēte morbo cōpendiū
ſe deferri iubet. protenuſq; imperii inſignibus ad filiū miſſis:coronari illū impat: atq;
ita paucis interiectis diebus morte abſumit̃ idibus aphrilis:ibiq; in diuæ mariæ æde ſe
pelitur. Anno dñi octingēteſimo octogeſimo.

Vdouici interitū ſecuta eſt uaria rerū francorū mutatio: tumultuātibus hinc
l atq; illinc diuerſarū partiū ſtudioſis. Nam q tutelā noui regis in ſe receperant
audito patris deceſſu:regni ꝓceres meldē uocāt:ubi de his quæ ex uſu reipu/
blícæ erant:conſiliū caperēt. Erat goſſelinus ex prima nobilitate homo potēs qui tp̄s
aduenſſe ratus quo aduerſus theodoricū & roſymū alterius factionis ſectatores ſuas
iniurias ulciſci potuiſſet:ad conrardū pariſioꝝ comitē ueniēs hoīem nōdū bono in no
uum regē aīo exiſtētem in ſuas partes ducit affirmās fore ut a germanoꝝ rege de quo

Variæ inter francos ſñiæ de rege inſti tuendo

ipſe bene meritus eſſet plurimos honores adipiſceret̃. His blāditiis aſſentiēs cōrardus
ipſeq; goſſelinus ſuarū partiū cōſcios meldē legant:q cōſilio adeſſent. Cōuētu coacto
plæriq; ſñiam rogati dicūt unū eſſe ludouicū germaniæ regē: qui regni negocia recte
moderari poſſit:hūc acceſſire oportere:a quo ſalus rebus cōibus conferat̃: & qui ſuis
deſtitutos poſſeſſionibus reſtituat. Cū hec locuti fuiſſent q nouello regi aduerſabātur
adoleſcētis tutores ſpe retributiōis adducti:germaniæ regē in frāciā ꝓperare p nūtios
orant. Qui nūtio accepto mettim ueniēs a ꝓceribus iterū admonitus:uerdunū quo &
ipſi ꝓceres cōuenerant impigre ſe cōtulit.  At hugo & theodericus reliqui præterea
ſuæ factionis nobiles cognito qd inimici machinarent̃:galterū aureliæ antiſtitem ad
germaniæ regē ire cū his mādatis iubent. Si rex eā regni partē quā ex lotharii hæredi/
tate carolus caluus obtinuerat ſibi aſſumendā duceret:licere adire eam atq; poſſidere:
modo franciā liberā dimittat. Ea oblatione rex optime ſibi factū eſſe arbitratus:goſſe/

lino cõrardoq; paulatim cõtemptui habitis franciam relinquens ad ſuos reuerſus eſt.
A moto hoſte hugo & theodericus ferrariã adoleſcẽtes ꝑducunt. Atq; in diui petri tẽ/
plo reges appellatos coronãt. Eodẽ ferme tempe boſo reginæ frater per quoſdã ſibi
uel promiſſis allectos uel metu ꝑterritos ep̃os in regẽ aqtaniæ aſſumit. Et normãni
præterea ad flumen ligerim infeſtis incurſiõibus graſſantes prædas agere ad reges fra
tres deferunt. Qui magna militũ cõtracta manu ĩ hoſtẽ ꝓdeuntes: normãnos magna
ſtrage afficiũt nouẽ millibus occiſis cõpluribus item in uienna flumĩe abſorptis. Ea
uictoria potiti fratres alio mox triſti nũtio turbant. Ludouicus eñ germaniæ rex grã/
dem exercitũ ad ducium uſq; permouerat ſeq; goſſelinus & cõrardus pariſiorũ comes
ad eum cum bona cõiuratoꝝ parte cõtulerant. Quibus ductoribus ad ribemõtẽ quoq;
acceſſit. Hi neſcio quid grande germano regi promiſerãt. Quod cum abſoluere non
poſſent: rex deſpatis rebus cum regibus francis paciſcit: & paulo poſt in germaniã cõ/
uerſus: normannoꝝ gentẽ quæ his diebus ut in italia ita in germania cuncta uaſtabant
offendit. Quos fuſos nõ magno negocio fugat. Verũ apud ſaxones eadẽ ferociſſima
gens maximo regẽ dãno affecerunt. Victoria de normãnis habita: fratres ambianũ
conuenerũt regnũ paternũ inter ſe partituri. Ludouicus francoꝝ regnũ cũ oĩ neuſtria
accepit. Carloni burgũdia atq; aquitania cõceſſa eſt. A bãbianis gondeuillã ꝑ rhemos
& cathalunos cõmeãt: ubi de cõuentu habẽdo cum rege germaniæ cõuenerat. Cõſilio
tamẽ (quia ægrotaret) rex germanus nõ affuit: ſed per nũtios apud fratres reges egit
Qui accepto nũtio ꝙ boſo uiennam occupaſſet: ubi uxore relicta in proximos mõtes
ſe recepiſſet. exercitu ex germania partim coacto: partim ex ſuis collecto uiennam cir/
cũcludunt. Inde carolus obſidione relicto: romã petens a iohanne pontifice auguſtus
appellatur. Dum uiennã obſidet ludouicus per nũtios certior de normannorum in
franciam incurſione factus carolo lotharii filio ad cõtinuandũ uiennæ obſidionẽ reli
cto aduerſus normãnos ſe cõuertit. Gens eñ barbara & chriſtianã grãm exoſa iã ãbia/
nis expilatis diui petri monaſteriũ quod corbiæ celeberrimũ habebat diruerant. Igit
cõmiſſo acerrime prælio ludouicus normãnos in fugã uertit multis occiſis. Mirũ pro
fecto ſcripturus ſum. Reuertẽte a ꝓſtrato hoſte uictore exercitu tam effuſa (nullo in/
ſequẽte) fuga franci diſſipati ſunt: ut uictis ſimiles facile arbitrareris. Crediderim ela/
tum uictoria francũ hac trepidatõne diuinitus ꝑcitũ eſſe: ꝙ uictoriã ſuis uiribus nõ dei
benignitate partã gloriaret. At reuocato ex fuga milite: ludouicus iterũ in normãnos
bellũ inſtaurãres ꝓgreſſus cum (diſſipato ꝑ fugã milite) raros ſui corpis cuſtodes cir/
cũ ſe haberet cõpẽdiũ uenit. Inſurgẽtibus iterũ normãnis & ꝑ ligeris ripas prædas agẽ
tibus: theoderico uiro militari copias attribuit: q normãnos prælio adoriret. Ipſe non
multo poſt turonũ profectus: britonũ nõ paruã manũ ad id bellũ mittit. Dum turoni
morat morbo correptus uita defungit: & in diui dyoniſii cœnobiũ effert. Hic traditur
ſpurcitiis atq; ineptiis deditus extitiſſe: qui & balbi cognomen accepit. De ludouici
morte certus factus carolus: q uiennã obſidebat: parte copiarũ ad uiennã relicta: ad ꝓ/
ceres qui eũ uocabãt cõceſſit. Cui iter agẽti nũtius affert uiennã receptã a ſuis eſſe. Sed
normãnos ex germania mouiſſe & in campaniã uſq; irrupiſſe multis urbibus templiſq;
direptis atq; incẽſis. In quos ſayllus mettenſium præſul copias ducens ſuis fugiẽtibus
ceciderat. Quomodo aũt per id tp̃s aduerſus hanc peſtẽ bellatum ſit: apud hyſtoricos
nihil inuenio. Conſtat tñ eodẽ tẽpe alterã ferociſſimæ gẽtis manũ duce aſtingo ligeri
traiecto ad maternæ fluminis ripas cõſediſſe: carolũq; expeditionẽ in eos duxiſſe. ſed
animo ꝓpe tabuiſſe cũ in cõſpectũ hoſtiũ caſtra locaſſet. Tandẽq; cũ normãnis fœdus
pacẽq; iniiſſe: ſi modo godefridus eius gẽtis princeps chriſti fidẽ ꝓfiteri curaret. Cõdi
tione nõ reiecta godefridus ſimul cũ baptiſmate ſpiritalis regeneratiõis friſiam omnẽ
a rege dono accepit. Donatus inſup magnis muneribus incolere ubi caſtra habebat ꝑ
miſſus eſt: in pernicïẽ franciæ regni: quã ipſe ꝑfidus godefridus paulo poſt inuexit. Nã
quadraginta milibus armatoꝝ inſtructus pariſium circũuallat. Sed uiriliter agentibus
oppidanis goſſelino quoq; loci ãtiſtite & eudone comite q regnũ poſtea admĩſtrauit
adnitente cum obſidio hoſti nõ procederet: eam ſoluens laudunũ urbem in edito col

Boſo aquitaniã uſurpat

Normãni iterũ incurſiões faciũt ſed uincuntur

Vienna obſidetur

Ludouic⁹ ludouici filius morit

Carolus eius frater rex

Godefridus normann⁹ ꝑfidus



le poſitã inuadit. Inde agrũ nouiomẽſem atq; ſueſſionenſẽ populati: remos normanni
adoriunt. Quibus incõmodis indignatus carolus: aduerſus barbaros ex warmacia ubi
parlamẽtũ habebat iterũ inſurgit. & egregio nixu ꝓliatur: ſternit: occidit: fugatq;. Nec
prætermittendũ reor hunc carolũ & fratrẽ eius ludouicũ ludouici balbi nothos ex pel
lice fuiſſe q nihilominus moderatiõe regni ſuſcepta: nõ ſegniter normãnis obſtiterũt
nouẽ milibus ut ſupra diximus uno prælio interfectis. Hic autẽ carolus & ſi deceſſiſſe
nõ ignoret: de eius tñ morte nullus ab hyſtoricis modus aut tp̃s ſcriptũ inuenit. Reli/
quit tñ hæredẽ filiũ ludouicũ: q ob inertiã nihil faciens appellatus eſt. Nulla eñ re in
ſignior habitus eſt: ꝙ ꝙ uirginẽ monialẽ cuius amore deperibat ex calenſi cœnobio ab
ductã uxorẽ accepit. Huius inertiſſimi regis ætate normãni induciis, quas cũ carolo ad
annos. xii. firmauerant contẽptis: iterũ franciã uexant. Quæ cã fuit plæriſq; ſacerdoti/
bus & uiris religioſis oratoria ſua relinquendi & ſe alio traducendi. Qua ꝑſecutiõe gra
uati franci carolũ imperatorẽ ludouici germanici filiũ ꝑ legatos orant regni curã aſſu
mat. Erat aũt illis diebus hugo abbas appellatus: q ualida manu collecta normãnos
adeo exterminauit: ut ex eorũ multitudine uix unus ſupextaret q acceptæ cædis nun/
ciũ ad ſuos ferret. Ea ſtrage affecti barbari ad tp̃s bello abſtinuerũt. At quia de hugone
abbate mentio incidit. Illud non eſt omittendũ hunc hugonẽ atq; robertũ pariſiorum
comitẽ q & marchio dicebat: primos fuiſſe qui relicta monachis & ſanctimonialib⁹ ꝑ/
dia ꝓuentuſq; occupauerint ea ſibi ſuiſq; militibus attribuentes ſeq; abbates appellãtes
Quæ uiolentia ad roberti regis tp̃a ꝑdurauit. Per idem tp̃s iners ille & nihil faciens
carolus relicto carolo filio (cui ſimplici cognomen inditũ eſt) deceſſit. Scriptum inue
nio hunc carolũ ſimplicẽ ex ludouico balbo prognatũ eſſe. poſtq; ludouicũ & carolũ
balbi filios ſpurios ſub tutela eudonis educatũ fuiſſe: & poſtea regnaſſe. Qui cũ ꝑ æta/
tem regendo regno nequaq̃ ydoneus eſſet: cognito ꝙ normanni nouos belli motus
pararent ad eudonẽ roberti andegaueñ. filiũ hoĩem bonũ & rebus gerendis aptũ mit
tunt: cui & caroli ſimplicis tutelã & regni adminiſtrationẽ cũ regia appellatiõe cõmit/
tunt. Hic a galtero ſenonũ archip̃ſule cõſecratus carolũ ſimplicẽ ꝓbe educauit. frãciſq;
modeſtiſſime ꝓfuit. Moriens aũt proceres iureiurando adactos admonet regnũ ſine
cõtrouerſia carolo ſimplici adminiſtrandũ ꝑmittant eũ eſſe regni legitimũ hæredem.

Carolo ſimplice regno adepto normãni q annos quadraginta multis locis frãciam
incurſauerant ampliore multitudine cõtracta: in neuſtriã irrũpunt: & ꝑ ſequanã rotho
magũ uſq; aduerſo flumine deferunt. Quibuſcũ francus rothomagorũ antiſtes ciuiũ
& urbis ſalutẽ deſperans colloquẽdi occaſionẽ nactus ita egit: ut neq; incolis neq; ciui/
tati qcq̃ nocituri urbẽ normãni recipent. Quid eñ ꝓuidus paſtor faceret regis ſubſidio
deſtitut⁹? Potiti urbe normãni ubi tutiſſimũ ſibi refugiũ eſſet: Rollonẽ ex ſuis hoĩem
ſtrennuũ: qui nullã domũ redeũdi ſpẽ ꝓpter a ſe cõmiſſum flagitiũ haberet: ducẽ præ/
ficiunt. Hic imperandi apud ſuos poteſtate accepta: animũ imprimis intendit urbẽ pa
riſiorũ ꝑdere: & inde chriſti eliminare pietatẽ. Ad hanc rem cõducere tria ſibi latiſſima
flumina ſequanã ligerim & garonnã maxime arbitrabat. Igitur ingẽti fabricata claſſe
copias tripharíã diuidit. Qui ligerim nauigarunt nauetẽ urbẽ expugnãt: & pontificem
guymardũ inter ſacrificandũ ad chriſti aram iugulant. Inde profecti andegauim incen/
dunt: mox turonũ adoriunt: atq; ita ꝑ aquitaniã prædas agentes: rollone duce in pari/
ſios ꝑ ſequanã delati in burgundos ꝑ ararim id eſt ſagonã nauigãtes in aruerniã tandẽ
incurſant. Nec mora interpoſita ſenones depopulati monaſteriũ floriaceñ. occiſis cœ
nobitis diripiunt atq; igne conſumunt. Sed aduentus rollonis non ignari ſacerdotes:
ſupra biduũ diui benedicti corpus aureliã apud ſanctũ anianum depoſuerant. Erat eius
monaſterii ex cœnobitarum cõi aſſenſu defenſor patronuſq; electus ſigilloſus comes.
Hunc in ſequenti nocte qua monaſterium cõflagrauerat diuus benedictus per quietẽ
obiurgaſſe fertur: quare monaſterio contra normannos opem non tuliſſet. Quo uiſo
expergefactus comes parua quæ illi pro tempore erat inermium manu coacta in nor/
mannos præda onuſtos irruens aſſeſſore ſibi ut ſancte aſſeuerauit poſtea ſigilloſus di/
uo benedicto: prædam captiuoſq; recepit. Inde ad monaſterium commigrans cœno/

Ludouic⁹ nihil faciẽs moritur.

Eudo ãdegauenſis rex frãcorũ & caroli ſimplicis tutor.

Franc⁹ rothomagenſis archiep̃s.

Rollo.

Miraculum.

bitarũ cadauera q̃ hactenus humi ſtrata cõperit humari iubet. Cum tã crudeliter de/
baccharentur ꝑ franciã normãni: Carolus ſimplex francũ rothomagorũ pſulem iã rol
loni notum ad rollonẽ mittit q trium menſiũ inducias firmet. Exactis induciis per

Carnotũ obſidetur.

ſtãpas mouens rollo carnotũ petit atq; oppugnat. hærente in urbis obſidione normã
no: richardus burgundorũ dux atq; ebalus pictauorum comes copiis ad carnotũ ꝓmo
tis rollonẽ inuadũt. Qua re aĩatus carnoteñ. antiſtes irruptiõe a ciuibus facta ipſe tuni/
cam interiorẽ uirginis mariæ quã camiſiã franci uocant: eſtq; apud eos magna religio
ne obſeruata: deportans normãnos a tergo inſilit. Fit ꝑ aduentũ pontificis hoſtiũ ma/

Clades a normãnis in frãcos.

gna ſtrages. Rollo uero fugiens poſtq̃ ſuos ex fuga recepit: indignabundus iubet eos
ꝑ oẽm regionẽ populationes facere: & ea oĩa in q̃cũq; irruiſſent ꝑdere. Itaq; fera gens
nihil ſibi obuiũ integrũ reliquerũt. Abducunť in ſeruiturẽ & ſtuprum uirgines: matres
cũ liberis gladiis occumbunt. Nulli templo ignẽ non immiſerunt: flagrant ꝑ agros at
q; urbes oĩa. Clamoribus mortibuſq; æther replebať. Tam diris afflictionibus uexa
tis francis: regẽ conueniunt. Inertiã hoĩs atq; puſillanimitatem accuſant: perdi eius ne
gligentia prouinciã qui neq; hoſti per ſe: neq; per ductores belli occurrat. His queſtub⁹
excitatus rex francũ rothomagenſem iterum ad rollonẽ proficiſci imperat: qui eũ ad
xp̃ianam cõionem hortetur. Quã ſi fide integra recipiat: eſſe carolo filiam gillam quã
illi cum oĩ neuſtria nuptui det. His mandatis ꝑ francum cognitis. Rollo a ferocia tem/
perat, ſeq; (conſilio cũ ſuis habito) cũ carolo colloquiũ (deſignato quo uolet die) ha/

Caroli & rollonis cõuentio.

biturũ ſpondet. Ad hæc trium menſiũ induciæ firmantur. Apud flumẽ eptæ quod eſt
neuſtriæ ad orientẽ limes fit conuentio unam fluminis ripam carolus: alteram rollo
inſedit. Intercedentibus legatis res acta eſt. Rollo gillam caroli filiam uxorem recipit
& in dotem neuſtriã: q̃ ab epta fluento ad britones terminatur clauditurq; gallico oc/
ceano. Rebus ut maxime carolus cupiebat ordinatis: rollo rothomagũ profectus

Rollo baptiſatur.

initiatur ſacris & lauacro chriſtiano. Appellatuſq; eſt robertus a roberto pictauorũ co/
mite qui receptæ a rollone fidei teſtis aſſiſtebat. Neuſtriam adeptus rollo: eã normã/

Quare & unde normannia dicta.

niam appellauit: ꝙ eam hoĩes a ſeptentrione profecti occupaſſent. North enim dano/
rum lingua ſeptentrionẽ: man uero hoĩem ſignat. Inde uocabulo compoſito normã/
ni: id eſt ſeptentrionales & normannia ad hunc uſq; diem uocitať. Eius tam barbaræ

Origo normannorum.

& ferocis gentis dũ originem quæro eam ex gothorũ feritate ortam accepi. Quos nõ
nulli magog iaphet filiũ parentem habuiſſe audaciſſime tradunt: gothorũ proſapiam
ad noe uſq; referentes. Quibus ego nequaq̃ aſſentior. Quippe ꝙ a nobis tam remota
ãtiquitas nulla præſertim ſcriptoris autoritate nitens fabulæ ſimilis uideri poſſit. Da/
ci autem gothorũ ſoboles longo tempore hunc morẽ ſeruauerunt: ut ex multis libe/
ris unũ tantũ apud ſe hæredem pater haberet: cæteris poſt legitimã ætatẽ domo emiſ
ſis. Qua lege uſus lothrocus cũ aliquot a ſe filios dimitteret: biergoſtam haſtingo cui
dam nobili daco cõmendat: adiuncta plurimorũ iuuenũ manu. Qui tranquillo mari
nauigantes in picardos: inde in uiromandos penetrauerunt. ubi diui quintini monaſte
rium incẽdentes: mox nouiomũ capiũt: omnione ep̃o cum clero interẽpto. Nec qeti
gemeticũ per ſequanã prouecti: monaſteriũ nongentorũ monachorũ diruerũt. quod
annos. xxx. poſtea ſine habitatore manſit. Quæ rabies in multas prouincias profuſa ad

Proceres a carolo ſipli/ce deficiunt.

rollonem uſq; de quo proxime dictũ eſt graſſari nõ deſtitit. Ab his quidem dacis nor/
mannorũ ſæuitia appellatioq; proceſſit. Pacatis normannis: regni proceres a caro/
lo deciſcunt. Sed præliis aliquot poſtq̃ digladiatum eſt recõciliati ſunt aduerſus rober

Robert⁹ eudonis fili⁹ occiditur.

tum eudonis fratrem: cuius ſupra a me mentio facta eſt. Hic robertus aquitaniæ dux ꝙ
de fratris regno portionem non accepiſſet: aliquot ſibi uiciniores urbes capit: conſtitu
tis in eis pontificibus a quibus tandem regis appellationẽ obtinuit. Quo titulo elatior

Hebertus uiromandorũ comes regẽ peronæ icarcerat.

factus copias in carolum ſueſſione agentem ducit. Commiſſo ibi prælio robertus oc/
ciditur. Redeunti uictori carolo hebertus uiromandorum comes gratulãdi ſpecie oc
currit. Regem orat peronam ad ſe diuertat atq; ĩ arce diuerſetur. Perfido homini (cu/
ius ſororem robertus uxorem habuerat) rex per ſimplicitatem credulus peronam pe/
tit. Moxq; arcem ingreſſus in uincula ab heberto cõiicitur. Quæ res grauiſſimorũ per



franciã incõmodorũ cauſam inuexit. Itum eſt tñ aduerſus fortunæ ĩiquitatẽ atq; ut in

Cõſilium de cõſtituendo rege.

morbis ſolet ut capiti in primis adhibeať medela: franci quaſi regẽ non haberent de
rege ꝓficiendo conſultant. Erat ex liberis richardi burgundorũ ducis ſupſtes radul
phus caroli nepos. Hunc (tametſi carolus ex eligina regis anglorũ filia prolẽ ſuſcepiſ/
ſet) in regẽ aſſumi carolus ꝑmittit: q ſueſſione regio dyademate recepto regnũ admi/

Ludouic⁹ cũ matre eligina in ãgliam fugit.

niſtrare cœpit. Ludouicus aũt caroli ſimplicis filius: patris atq; amicorũ ope deſtitut⁹:
enauigato mari ad anglos cũ eligina matre ſe cõtulit. Radulphi tp̃e apud carrolas pu/
gnatũ eſt apud ſarracenos q burgundiã inuaſerant: ubi ex francis cõplures interierunt
Radulphus poſtq̃ annos duodecim regnando expleſſet moritur. xviii. kalen. iunii. Et
apud ſenones in æde ſanctæ columbæ inhumatur.

Adulpho defuncto & carolo ſimplice apud peronam ubi ab heberto ĩ cuſto
r dia habebatur: mortuo: frãcorũ proceres & ante oẽs hugo magnus atq; guil
lermus ſenonũ primas ad eliginã ludouicũq; in angliam legatos mittũt: qui
dicerent tp̃s aduenĩſſe cũ ipſi tuto in franciã reuerti poſſent. eis ſe ſubſidio affore & ob

Ludouic⁹ ex anglia reuocatur.

ſequiũ una cum aliis compluribus regni primoribus præſtituros. Ea re in angliam
plata eligina cũ filio ludouico in franciã uenire feſtinat. Cui obuii proceres Ludouicũ
lauduni regem conſalutant: adiutore maxime guillermo rollonis filio: qui ducatum

Prodigium

normanniæ gerebat. Secundo anno regni eius prodigiũ uiſum eſt hoĩm in æthere
flagrantiũ: & diris cantionibus nocte tota aliquid futuri incõmodi uaticinantiũ: quod

Fames

poſtea contigit. Vnde tertio ab ipſo prodigio anno proceres franci a ludouico defici/
unt: qua inſup tempeſtate tanta fuit ꝑ franciã annonæ caritas ut frumenti menſura cui
ſeſtarius nomen eſt quattuor & uiginti libris ueniret. Secedẽtibus a rege francis lu/
douicus henricũ germaniæ regem ꝑ legatos petit: liceat cõuentũ alicubi indicere: ubi
mutuũ habere colloquiũ poſſint. Cupere ſe beniuolentiam eius atq; amicitiã ꝓmereri
Henricus auditis nunciis reſpondet regis petita cõmode facere non poſſe: niſi guiller/

Ludouic⁹ ad guillermum normanniæ ducem.

mi normannorũ ducis ſententiã de hac re cognoſceret. Ea re cognita ludouic⁹ guil
lermũ adit. memorat qui ſit regni ſtatus: quid in ſe moliantur ꝓceres: illũ unũ eſſe cu/
ius conſiliis res bene geri poſſit. Accepit guillermus regẽ ut dñm: opẽq; ſuã pollicitus
tregũ equitẽ auratum ad henricũ ex ludouici aſſenſu mittit. Ad moſam fluuiũ conuen
turos reges placuit. ibi guillermi opera amicitiã reges firmant. Quod poſtq̃ reſciuere
proceres franci: ludouici potentiã ueriti in regis gratiã ſe ut melius poſſunt inſinuant.

Nota regis ĩ hebertũ comitẽ conuẽtum.

Mox lauduni cõuenientibus ex edicto regis ꝓceribus: hebertus quoq; uiromandẽ/
ſis affuit. Aduerſum quẽ paternæ iniuriæ recordatus ludouicus: huiuſmodi cõmẽtum
parat: delecto ad fabulã hoĩe ydoneo. Huic mandat ueſtem ad anglici incolæ formam
induere: ſeq; uelut ex anglia ad ſe miſſum petere in conſiliũ admitti. habere lr̃as quas
regi reddat. Litteras autẽ quales rex ipſe ſcripſerat homini dat. Sedenti in contione re
gi uenit curſor ut ĩſtructus erat: litteras ꝓfert. Eas dum ſcriba regi demiſſe recitat: rex
ſubriſit. Proceres rati aliquid ridiculi regem accepiſſe: rogant cur riſiſſet. Nunc inquit
maxime noui anglos deſipere. Nãq; hermãnus angliæ rex meus propinquus fuiſſe a/
pud eos ſcribit agricolam hominem: q herũ ad conuiuiũ cũ inuitaſſet necare auſus ſit.
Eius tam inſignis facinoris autorem quo ſupplicio afficiat ſententiam ueſtram inqui/
rit. Igitur ut regi gratũ faciam⁹: dicite ꝓceres: quo mortis genere ſceleratiſſimus agri/
cola puniendus eſſe uideatur. Theobaldus bleſenſis homo imprimis prudens rogat⁹
ſententiam dicere: hic inquit homicida tametſi uario cruciatu dignus eſt: tamen qua/
tenus ad ſupplicii modum attinet nulla mihi deteſtabilior mors uiſa eſt: q̃ a furca ho/
minem pendere cui ingulum laqueo lictor perfringat. In hanc ſententiam cunctis qui
aderant uenientibus: cum ipſe item hebertus uiromadenſis ſequeretur: prodeũt ex oc
culto ſatellites qui hebertũ (ut a rege prædocti fuerant) cõpræhendũt. Nec cunctanť
ĩn collem non ꝓcul a lauduno ꝑducere: ubi in furca hebertũ ſuſpendũt. prius tñ q̃ iugu

Hebertus uiromãdiæ comes ſuſpẽdiť

lum lictor arctaret: rex in eũ conuerſus: Tu inquit heberte ille perfidus agricola es qui
dñm meũ & patrem carolum: tuũ profecto regem peronæ in uinculis necaſti. Nũc er/
go pro tuis meritis meritũ ſupplicium accipito. Collis ubi extrema paſſus eſt hebertus

monſ heberti appellatus eſt. Interim dū hæc gerunť:cū guillermus normannorum
dux herloyno picardo nobili faueret aduerſus flandrenſium principem a quo herloy/
nus fuerat monaſteriolo caſtro ui & armis ſpoliatus:idq; ei reſtitutū eſſe cum ægre fer
ret arnulphus:ſimulata beniuolentia colloquēdi tp̄s locūq; a guillermo apud pinqui/
niacū impetrat.Qui prima conuentione aſſentationibus & blanditiis apud guillermū
pfidus ꝓditor agit.Nec multo negocio benignū ducē per ſpeciē charitatis fallit. Itaq;
re in inſula quadā ſommæ fluminis nō ꝓcul a pinquiniaco(ut uidebať)cōpoſita:aſcē/
ſa nauicula diſcedentē ab arnulpho guillermū ſatellites flandri reuocāt: quaſi aliquid

Guillermus normannoꝝ dux ꝓ ꝓditionē occiditur

ab arnulpho omiſſum eſſet:quod ad beniuolentiā ptineret.Appulſum ripæ ducē cum
alterū ex naui pedē ꝓtuliſſet:alzo cui turco cognomen fuit trucidat.Serui aūt ducis q
ad alterā ripam reuerſurū mox dn̄m præſtolabanť:flumine impediti:opem dn̄o ferre
minime potuerunt.Occiſi cadauer(fugiente cū ſuis ſatellitibus arnulpho)rothoma/
gū religioſe delatum tumulo magnificentiſſimo.xviii.kalē.ianuarii honorauerunt.
Ab hoc guillermo gemeticū cœnobiū quod a dacis dirutū ſupra annotaui inſtauratū
eſt:ubi uitā quoq; monaſticā ꝓfiteri ſtatuerat.nā inter archana eius inuentæ ſunt reli/

Ingratus ludouicus.

gioſæ ueſtes q̃ argumento fuerunt:conceptæ a ſe uitæ regularis. Huius Guillermi
mors occaſio fuit ludouico audendi peſſimi facinoris:quāobrem ip̄e quoq; multas ſi/
bi turbationes excitauit.Nam de guillermi interitu nuncio accepto:rothomagum ire

Richardus dux Guillermi filius.

feſtinat:ſimulans amici principis necē uelle ulciſci:aīo reuera aliud agitans.Supererat
enim guillermo filius richardus infans:cuius tutelā pariter & terræ normanniæ admi/
niſtrationē rodulphus bernardusq; gerebant.A qbus ut dignū erat receptus ludouic⁹
terræ ſpecie atq; ſerenitate illectus:ſpem capit eius potiendæ.Petit richardū infantem
ad ſe deferri:tanq̃ apud ſe educandū.Qua re ad ciues perlata: cōiectat populus regem

Tumult⁹ rothomagēſis populi cōtra ludouicū.

non aliam ob rem infantem abducere uelle : niſi ut normanniam ſibi uſurparet. Tu/
multuatur igitur populus & in regem ſeditionē agitat. Cui periculo bernardus danus
occurrens:ludouico conſiliū dat:infantē in ulnis amplexū tumultuanti populo oſtē/
dat.Paret conſultori ludouicus.Simulq; iureiurando plæbi aſſeuerat:nihil ſe de nor/
mannia præter ius ſuperioris dn̄i uendicare.terrā oēm richardi eſſe.cupere infantem
bonis diſciplinis erudiri:boniſq; moribus ſi pmittant educari.Sedata plæbe:rex infan

Arnulph⁹ flādriæ comes neqſſimus.

tem in franciā traducit acceptæ a normannis iniuriæ memor.Cognito q̄ richardi cu/
ram recepiſſet ludouicus:ueritus arnulphus flandrēſis ne in ſe unū ꝓpter guillermi ne
cem curreret:quadraginta auri marcas regi dono mittit.nec cunctať ad regē aduenta
re.ſeq; quoquomodo poſſet de ducis interemptione reddere purgatū:atq; in regis po
teſtatē traducere necis auctores.Et hæc qdem palam elocutus arnulphus:ad regis au/
res aliud īſuſurrat:recordari ſcilicet decere regē ignominiarū q̃s olī & in ſe atq; ī patrē
normanni & dixiſſent & feciſſent.Talia ſuadenti rex credidit purgatūq; arnulphū di/
miſit.Inde cœpit rex aduerſus infantem richardū frequenter ſtomachari atq; indigna
ri:ita ut redeunti a uenatione richardo rex tanq̃ aliquo eius delicto indignatus eū ſpu/
riū uocat cōminatus niſi mores emendaret ſe illi poplites male mulctaturū & cunctis
honoribus priuaturū.Ad hæc richardum diligenter aſſeruari truciſſime imperat.Erat
richardo ludi magiſter & præceptor Oſmondus:qui regis aduerſus richardū indigna/

Richardus opera ſui pceptoris lauduno clā educiť

tionem ſecum reputans:yuoni cuidam ſpectato ſibi amico rem cōicat. Ambo richar/
dum cōuenientes hortātur ægrotare grauiter ſe ſimulet.Quā tegnā cautus puer haud
pueriliter impleuit.Aegrotātē cū ſerui negligentius obſeruarent:aliis atq; aliis ſeorſū
in rebus ſuis occupatis:Oſmondus paluſtriū herbarū faſce richardū inuolutū dum cō/
uiuio rex indulget urbe lauduno exportat.Inde equo euectū conciaci præfecto cōmit
tit.Moxq; ad bernardum ſiluanecti comitem ꝑueniēs rei geſtæ ordinē narrat. Bernar
dus richardo timēs hugonem magnum pariſiorum comitem in auxilium uocat. Qui
ſtatī copias quas potuit ex tp̄e coactas ducens richardū ex cōciaco ſiluanectū trāſfert.

Conſiliū Arnulphí comitis flandriæ.

Cōperto q̄ ſublatus ſibi richardus eſſet:ludouicus hugoni magno pariſioꝝ comiti mā
dat richardū reſtituat.At comes tāq̃ negocii ignarus ī bernardū culpā reiicit.Atq; ita il
luſus rex arnulphū flādrēſē accerſit.Qui adueniēs cōſiliū regi dat:magnis hugonē pol



licitatōibus alliciendū eſſe:q̄ ambitioſus & magni potētatus appetens eſſet.Secundū
arnulphi conſiliū ludouicus ad crucē cōpendii hugonē ad ſe uenire iubet.Hugoni co/
ram conſtituto:poſtq̃ multa rex memoraſſet:urbes illi in normannia daturū ſe polli/
cetur. Quibus promiſſis deuictus hugo acceptis a rege copiis baiocas neuſtriæ urbem
aggreditur.Rex caletos inuadit.Quorum exercituum irruptōne attonitus bernardus

Bernard⁹ danus prudens

danus:ex conſilio bernardi ſiluanectenſis ad ludouicum nuncios legat:atq; his impe/
rat nunciare regi : fruſtra in ſibi beniuolam gentem arma mouere. Rothomagum &
reliquā normanniā eius eſſe:modo eorū obſequiis uti uelit quorum ope aduerſus ho
ſtes olim forte adiuuetur.His mandatis hilarior factus rex nihil dubitans ſuos inhibet
ultra bello agere:atq; ita rothomagū ingreditur.Apud quem recūbētem ſic locutum
eſſe bernardū danum tradunt.Hoc inquit die ſereniſſime rex plurimo nos honore af/
feciſti.Fuimus hactenus ducí obnoxii:nūc regiæ paremus maieſtati.Habeat ſibi richar
dū bernardus:ſatis nobis bene a fortuna factū arbitramur:ſi tuæ celſitudini normāna
gens ſubiaceat.Illud unū miratur gens tua:hugonē tibi ſine ambiguitate hoſtem uigi
ti hoīm milibus armaſſe te:quē ſepænumero imperatis tuis renitentē fuiſſe nō igno/
ras.Conſule igiť normānis tuis & eos regia liberalitate aſſerua.Motus hac oratiōe lu/
douicus hugonē armis abſtinere iubet. Rebus apud normānos fœliciter ut arbitra/
batur geſtis:laudunū rex ꝓfectus eſt.Per cuius abſentiā bernardus danus metuens ne

Rex danorū aygrotus.

hugo maiore manu inſtructus normanniā repeteret:aygrotū daciæ regem qui adhuc
cereburgi agebat admonet:militē ex conſtantienſi agro collectū ad ſe mittat:ipſe ad/
uerſo ſequanæ flumine claſſe adnauiget:oīa qua iter facturus erat uaſtans.eo pacto fu
turū eſſe ut ludouicus in colloquiū cū eo prodiret.Aygroto ut a bernardo admonitus
fuerat faciente bernardus de aduentu aygroti ludouicū certū facit. Rex ergo exercitu
pro tp̄is anguſtia congregato.rothomagū ueniens:aygroto ad uadum cui nomē erat
herliciano cōicat. In eo loco dū multa de guillermi nece reges inuicē fabulantur:da/
nus quidā herloynū comitē cuius gratia guillermus occubuerat conſpicatus:lancea cō
fodit atq; interimit.Cuius rei indignitate cōmoti franci armis decertant:cōmitturq;

Ludouic⁹ capitur.

utrinq; atrox pugna. ita ut fuſis cōpluribus frācis:rex fuga ſibi ſalutē parauerit:pnicil/
ſimo equo uectus.Fugientē tn̄ miles qdam danus dep̄hendit.Apud quem cū dies ali/
quot delituiſſet:iubente tandē bernardo dano rothomagū captiuus deducitur. Rege

Engeberga ludouici uxor.

in cuſtodia habito:engeberga de uiro curam gerens ad otthonē germaniæ regē cuius
erat filia feſtinans opem aduerſus normannos efflagitat.Petenti filiæ pater reſpōdit.
Hæc ludouico incōmoda contingere qui guillermo duci & probatiſſimo uiro neq; fi/
dem neq; iuſiurandum ſeruaſſet.Atq; ita ſpe deſtituta engeberga ad hugonem magnū
ſe conuertit.Illum per omnem debitam regi fidem atq; obſeruantiam orans: liberare
ſuum regem ſtudeat. Reginæ precibus adductus Hugo: a Bernardo ſiluanecti comite
impetrat ad normannos ſe conferat ſi forte de rebus cōmunibus conuentum habere
uſq̃ uelit.Concilio apud ſanctum cletū coacto:de liberando rege poſtq̃ hinc atq; hinc

Conſiliū de ludouico liberando.

locuti ſunt:uos inquit hugo o normanni regem noſtrū reſtituentes accipite uobis ob
cuto: rex īprimis charitate accenſus ſuppetias rei chriſtianæ laturū (crucis inſigni aſſū
pto) ꝓmittit. quē ſecuta alienora uxor & multi ex francorū nobilitate primores eodē
ſe uoto aſtrinxerunt. Ad hanc longinquā expeditionē cum neceſſaria parantur: impe/
rator cōrardus nō diſſimili aīo exercitum ex ſuis cogit. Sed quia difficillimū uidebaẗ
tam potētes & numeroſos exercitus ex diuerſis populis cōtractos cōcordibus animis
continere: eiſq; uno tpe ſufficere cōmeatum: cōmunicato cōſilio inter principes cōue/
nit alemānos prius: deinde francos ꝓficiſci. Igitur ꝑ germaniam atq; pannoniā ducen
tes cū in trachiam ꝑueniſſent: in conſpectu cōſtantinopoleos ciuitatis ſtationē fecere:
ubi ſe ex diuturno labore reficientes: emanuelem cōſtantinopolitanū imperatorē cō/
uenerunt. cū quo de rebus ad expeditionē ꝑſentem ꝑtinentibus colloquio habito: du
ces itineris ab emanuele acceperūt. Quos incōſiderate ſecutus cōrardus grauē ſuorū
ſtragē ab yconii ſoldano accepit. Qui de chriſtiano exercitu nuncio accepto grandes
ex oriente copias contraxerat: cōſtitutis militū ꝑfectis q conrardo occurrerent. Græci
eñ uiæ duces quaſi paucorum dierū itinere capadocia tranſmiſſa in terram uberē con
rardū perducerent monent duodecim tantū dierū cōmeatum ferat. Cum in lychao/
niam per uiarum anguſtias exercitum græci loco ſterili ſtatuiſſent: inito cum turcorū
ſatrapis clandeſtino tractatu: in uaſta ſolitudine conrardum relinquunt: atq; ita e ca/
ſtris noctu aufugiunt. Ducibus & commeatu deſtitutus imperator: a præfectis mili/
tum conſilium capit. Stat omnium ſentētia retro qua uenerant cedendum. Inter con/
ſulendum exploratores referunt magnas turcorum copias non procul abeſſe. Quo
nuncio perterriti germani: quos & labor fameſq; extenuauerat de rebus ſuis deſperāt



Turci uero alacres pharmone duce nihil pigritant chriſtiāos inuadere: donec uictoria
potiunt. Traditū eſt emanuelis dolo gipſum farinæ admixtū fuiſſe: unde panis quo
ueſceret chriſtianus exercitus confectus eſt. Itaq; ex ſeptuaginta milibus quos præter
pedites cōrardus ſecū eduxerat, uix pars decima ſupfuit. Impator cū paucis ad niceam
urbem ſe recepit. Inde miſſo ad ludouicū federico ſueuoꝝ duce: cladē nūtiat. Re com
perta ludouicus ad conrardū comitāte federico cōſolandi hoīs gratia uenit. fuit inter
conrardū ludouicūq; longū & familiare colloquiū. deīde admiſſis primoribus aulicis
cōuenit negocium ſuſceptū iūctis exercitibus ꝑagere at poſtq̃ itineris nōnihil ſimul ꝓ/
fecti ſunt: impator aīo repetens ſuoꝝ paucitatē & q̃tum illi dignitatis atq; auctoritatis
fortuna detraxiſſet: partem reliquiarū ſui exercitus itinere terreſtri ex epheſo conſtan
tinopolim præmiſſa: ipſe mari eodē ſe cōtulit. Ludouicus uero inde tranſiēs ad flumē
uenādri caſtra ponit cupidus manū cum turcis cōferre. Dū eo loci ſtationem haberet
miles francus: ab altera fluminis ripa iaculis fundiſq; hoſtis noſtros aquatione ꝓhibe/
bat. Sed reperto uado franci flumen traiiciunt atq; in turcos ꝓgrediuntur. Quib⁹ par/ Victoria de turcis
tim fuſis partim occiſis aut captis caſtra eorum diripiunt: atq; ingentes inde opes ex/
portant. Poſtridie habitæ de turcis uictoriæ: ultra progredi acies rex imperat. Ince/
dendi hic mos conſtitutus erat. Singulis aciebus ex primoribus ſatrapis unus ſignifer
præficiebatur. Eo autem die gaufridus remacinus pictauus gerēdi uexilli curam ſuſce/ Error ſigniferi
perat. Cui mandatum erat ad montem uſq; progredi qui in uia qua iturus eſſet agmen
editus uidebatur. Et iſthic caſtra metari. Signifer igitur in prima acie mouens: cum ad
conſtitutum ſibi locum ante ſolis occubitum ueniſſet: ratus parum itineris illo die con
feciſſe & lucis ſatis ad tranſmittendū montem ſupeſſe dicētibus uiæ exploratoribus nō
procul abeſſe planiciē ubi ſtatiua haberet: ultra pergit. At poſtrema acies lentius ince/
dens q locus caſtris deſignatus prope eſſet: turcoꝝ inſidiis graui eſt incommodo pro
fligata. Nam hoſtes poſtq̃ acies diſiūctas progredi & primā longe abeſſe uidēt: iugum Turci ī nr̃os
montis occupare feſtinā. Atq; in noſtros qbus erat ꝑ uias anguſtas in montē conſcē/
dendum adoriunt: atq; adeo uſq; occidūt: donec nox prælium diremit. Abeūtibus īde
cum ingenti præda & captiuoꝝ numero turcis: recipiētes ſe noſtri: cum neq; de prima
acie quicq̃ comptū haberēt: neq; gnari uiarū eſſent: quid per denſas tenebras agerent
cōſultant. Cum placuiſſet forte fortuna iter pergere deſpiciūt in planitie ignes: quo ſi
gno admoniti caſtra ſuoꝝ poſita illic eſſe: ad ſtationē ægre perueniūt. Tū periculi ma/
gnitudine cognita: ut quiſq; uel patrē uel filiū aut amicū deſiderabat: ita illachrymaba
tur & fiebat totis caſtris mœtor & luctus. Redintegrato exercitu uiribuſq; receptis rex Vrbs ſatilia
ſuperatis montiū iugis ad urbem cui a francis ſatilia nomen inditum eſt cōtendit. Eſt
eñ ad mare ſita potens: ſed agri indigēs propter turcoꝝ potentiā: qui proximas arces
occupant: nec ſinūt incolas terrā colere. Sunt tñ intra urbē feraces horti fructiferis ar/
borib⁹ cōſiti. Mercibus porro & cōmeatu quæ mari īportant: affatim ualet. In ea ludo
uicus cū ſe exercitūq; aliquot dies curaſſet: relicto pedite qui eū terra ſequeret cū reli
quo exercitu ad ſancti ſymeonis portū mari delatus eſt ubi mare influit far fluuius qui Portus ſancti ſymeonis
antiochiā interluit. Cognito ludouici aduētu raymūdus antiochenus prīceps magno
ſuoꝝ numero comitatus regi obuiā uenit: quē in ciuitatē regio apparatu exceptū ho/
norabiliter habuit. Et eo curioſius id faciebat: q potentia regis fretus uicinas quaſdā
alapiā cæſareāq; ſibi inimicas ciuitates in ptātem ſuā adigere ſperaret. Sed uoto obſta/
re ludouicus dicebat q hieroſolymā prius uidere aſtringeret: q̃ aliquo ſe bello impli/
caret. Regis reſponſo raymādus irritatus: ex eo tempe malo in francos aīo fuit: ita ut
inſidias regi tendere timeret. Quāobrem noctu egreſſus urbe ludouicus hieruſalem
ſe cōtulit. Quo etiā cōrardus impator hibernis apud emanuelē conſtantinopolitanū Cōrardus imperator
exactis aduenerat. Viſitatis deinde ſumma religiōe locis quos ſua ꝑſentia & ſanguine
chriſtus ſacrauerat principes acconē maritimā urbē ꝓfecti ſunt. Vbi cōuētu habito de
re cōi & bello cōcordibus animis gerēdo cōſultāt. Quattuor erāt oīno in ſyria & pa/
leſtina principatus q a principibus chriſtianis ꝑ id tp̄s admīſtrabant. hieroſolymitan⁹
cui præerat balduinus rex: Tripolitanus: Antiochenus. Et rochenus eufratem uerſus.

Qui omnes ſpem non paruā ceperant magnoꝝ principū ope atq; auxiliis ditionis ſuæ
terminos proferre: q̄obrem donis ingētibus quiſq; certabat principum amicitiam de
Cæſarea phi lippi mereri. Viſum ante omnia eſt ex uſu chriſtianoꝝ eſſe: damaſcū proficiſci. Præcōis er/
go uoce edicit̄ omnes cæſareā philippi cōueniant: quæ ſyriæ urbs eſt in planicie cōſti
Damaſcus tuta: iūctis ibi exercitibus per montem libanū ordinato agmine ad quartū a damaſco
lapidem caſtra metant̄: ex quo loco qui daria appellat̄ urbs proſpici poteſt. Damaſco
proximi ſunt complures per quīq; fere paſſuum millia horti ex quibus multa ciues cō
moda ad uitæ alimentū percipiūt. Eos occupare noſtris in animo erat. Quibus captis
ſicut detrimēti plurimū incolis accederet: ita adiumenti non parum noſtris afferretur
Nam cū uaſti ſint & aquarū fiſtulis ex proximo amne deriuatis irrigui ōniū præterea
fructuum genere feraces: multa exercitibus atq; iumētis pabula ſuppeditare poterant.
Igitur ex omni militū numero tribus inſtructis aciebus: primā balduinus hieroſolimi
tanus: alteram francoꝝ rex: cōrardus impator tertiam duxit. Erat ex ciuitate una ad or
tos uia: & qua uector equus tm̄ cū clitellis aut corbib⁹ duci poſſet. Et ſinguli horti ma/
ceria terrea circūuallati: anguſta inter utroſq; ſemita relicta difficilē præbebāt acceſſū
Et poſt quidē macerias latebāt turci qui per macerias hortorū ex induſtria perforatas
in adeūtes poterant ſagittas iaculari: neq; a noſtris poterant facile cohiberi. Ad hoc q̄ſ
q; horti dn̄s turriculā ī ſuo fundo extruxerat quas eo tempore turci & præſidiis & com
meatu muniuerāt. Et ad hūc quidē modum horti arcis loco ab hoſte tenebant̄. Proce
dens aūt balduinus cum illo primus pueniſſet: frequētibus turcoꝝ ſagittis tardatus pu
blico itinere relicto: ad deiiciēdas terreas munitiones alia uia ſe cōuertit. Multis locis
effractis maceriis turci depræhēdunt̄ compluribus eoꝝ interemptis captiſq;. Reliqui
qui per hortos excubabāt cognita balduini irruptione ſe fugæ cōmittunt. Occupatis
hortis turci id quod futurum erat coniectātes: fluuiū qui pone muros damaſci fluit: ne
in uſu noſtris eſſet denſis ſagittariis ad oppoſitā ripam complent. Quo facto noſtros a
flumīe prohibebāt. Sed poſtq̄ totis copiis digladiari noſtri cœperūt: hoſtem repetere
Egregiū īpe ratoris cōrar di factum damaſcum compellūt. Commiſſum ibi ab impatore egregiū facinus memoriæ ꝓditū
eſt. Cum impator pedes prælio ītereſſet: exertoq; gladio pugnaret: turcus quipiā igna
rus quis nam cōrardus eſſet: eum arctiſſime a collo præhendit. at cōrardus tam ualido
ictu turcum inter collum armūq; ſiniſtrū pcuſſit: ut ab ea parte ad dexterā uſq; adacto
gladio hominē ſecuerit. Quo admirabili cunctis facto reliqui exterriti præliū turci de
ſeruerunt. Re ad ciues relata cœperūt de ſalute deſperare: iamq; plæriq; ſarcinis q̄s ex/
portarent cōgeſtis fugæ ſe parabant: at ſi forte ſubita oppugnatōne ꝑmerent̄: muroſq;
hoſtis ſuparet per muri ambitum qua obſidio erat tigna bonæ craſſitudinis intra urbē
conſtituūt ut hoc repagulo impeditus miles dum obſtantia dimoueret ipſi ſpaciū ha/
berent demigrandi. Sed nō placitum eſt deo chriſtianos tam inſignem uictoriā obti/
nere. Erant ſyrii quidam proceres quibus balduinus hieroſolymitarum rex fidem ha/
bebat. Hos damaſceni cōuenientes magnis ornant donis pollicent̄q; longe maiora ſi
ab hortis quos tenebāt chriſtiani in oppoſitā fluminis ripam exercitum traducere poſ
ſint. Negocio ab ſyris recepto ad principes ueniūt. Oſtendunt longe faciliorē obſidio
nem fore ſi ad alteram urbis regionē milites locarent̄: preſertim q̄ eo loci debilior ci
uitas eſſet: & humilibus muris communita: nō uirgulta neq; arbores illic eſſe quibus a
Francos ſyrii decipiunt flumine prohiberent̄ flūmen præterea lentius illic fluere. Quibus cōmoditatibus ac/
cidere poſſe: ut ad primā oppugnationem urbe potirent̄. Syrorum uerbis creduli prin
cipes in eam partem quā ſyri eos ducunt copias omnes migrare iubent. Caſtris poſitis
munitiones contemplati: malis ſe cōſultoribus uſos eſſe intelligunt: q̄ a flumine pro/
cul eſſent: & hortorum beneficiis deſtituti. Itaq; cōmeatu egētes quo nec a ſyris iuuari
poterāt: neq; urbem oppugnare munitiſſimam: neq; ad hortos unde uenerāt regredi
tētauerūt. Nā relictis a noſtris hortis: turci multis ſepibus atq; tignis uias præcluſerāt
maceriaſq; reſarciuerant: in eis tanq̄ in arce firmiſſima ſe tutātes. Tot difficultatibus
impliciti principes & q̄ maxime a ſyris proderentur obſidionē ſoluerunt. Conrardus
uero non multo poſt in germaniā reuertit̄. Ludouicus in ſequēti uere franciam petit.



Ad hunc modū duo delectiſſimi exercitus nulla re glorioſe geſta hoſti ludibrio fuere
Diſſoluto chriſtianorum cōuentu: noradinus ex infidelium turba potens princeps
nihil cunctatus copiis coactis anthiochiā petit. In quem egreſſus raymūdus cum incō/ Raymūdus
ſiderate pugnat occidit̄ anno ſalutis. M. cxlviii. Comes uero edeſſanus dum ſe domū occiditur
recipere cōtendit interceptus in uinculis ſitu & ſqualore loci extictus eſt. Tripolitan⁹
quoq; comes a ſiccariis quibuſdā cōfoditur. Ad hunc modū bona paleſtinæ pars chri/
ſtianis erepta eſt. Regreſſo in galliam ludouico gaufredus andegauus comes & ei⁹ gaufred⁹ ādegauiæ comes
filius henricus qui regnum angliæ poſtea adeptus eſt regem orāt ſuppetias illis ferat
aduerſus ſtephanum anglum qui normanniā iniuſte occupabat. Comparato igit̄ exer
citu rex in ſtephanū copias ducens non difficili negocio normanniā recuperat. quam
henrico reſtitutam: hēricus uexiuium quod normannū appellatur regi dat. Nō mā
ſit in fide henricus qui ludouici cōtemptor mandatis parere negat. Mox tamen cum
uernonem & nouum mercatū rex illi abſtuliſſet ſimulata obediētia eas a ludouico re/
cepit. Eadem fere tempeſtate alienorā guillermi pictauen̄. filiam petulantem quidem
fœminam rex dimiſit plæriſq; aſſeuerātibus: cognatiōis gradu ludouico attinere duas
licet ex ea filias ſuſcepiſſet. Quam a ludouico dimiſſam hēricus uxorē deſpōſat. Quæ
res initium fecit multis poſtea bellis. Nam ob eas nuptias andegauia: cenomannia: et
turonēſis comitatus henrico aduenere. Quos principatus defuncto eius patre hērico
unacum angliæ regno ſuſcepit: potens aduerſus francos effectus. At rex ne ſine libe
ris maſculis uita defungeretur conſtantiam alphonſi caſtellæ regis filiā ducit. Quæ
dum ſecundo partu filiam alteram edit moritur. Hinc ſuperinduxit alizam theobaldi
bleſſen̄ filiam forma pudicitiaq; laudatiſſimam. Acceſſit iterum ludouico cauſa bel Bellum in aruernia
li in aruernos gerendi propterea q̄ guillermus podien̄. comes: & claremontenſis prin
ceps: præterea pollyniaci uicecomes: eccleſias peregrinoſq; popularent̄. Quos prælio
uictos in uinculis habuit. Mouit quoq; in cabilonēſem comitem qui cum cluniacū
ſpoliandi loci cauſa ſatellitibus ſtipatus proficiſceret̄: cœnobitas ſacratis deo ueſtibus
ornatos cum multa plebe illi obuiam reuerēter occurrentes ſpoliauit: quingentis ex
populo interfectis. Quod flagitium ulturus rex cabilonem & montem ſancti uincētii
qui comitis erant receptis: bipertitoq; principatu: burgūdorum duci partem: alteram
niuernorū comiti dedit. Hic tamē quem poſtremo nominaui ſeditioſos ueſelai ciues
in abbatem pinconē qui eorum dominus erat cōcitauit: ita ut monaſterium diuturna
obſidione uexatum cœnobitæ ægre tuerētur: niſi regis auctoritate adnixi opem acce
piſſent. Mulctati ſunt ciues ſeptuaginta milibus ſolidoꝝ quos compenſandi dāni cau/
ſa monaſterio penderent. Niuernenſis uero iureiurādo adactus eſt ſuo contentus eſſe
et non deinceps perſequi ſeruos dei

t

Am ægregiis geſtis deo hoībuſq; cōmendatiſſim⁹ cū eſſet ludouicus: liberis
tm̄ infœcūdus præcipua illi cura erat ſuſcipiēdæ prolis. Eam ob rem hāc unā
ſollicitudinē tātū deo cōmittebat. Ergo exauditus: philippū ex aliza ſuſcepit
cui propterea q̄ dei munere datus eē crederet̄: a deo datus cognoīatus ē. Verū priuſq̄
naſceret̄: q̄eſcēti patri hoc inſomniū apparuit. Videre uiſus eſt filiū calicē manutene/ Viſū de philippo auguſto naſcituro
re humani cruoris plenū: eūq; ſuis proceribus ꝓpinare: ex quo ipſi biberēt imperterriti
Quod uiſum pr̄ uni tm̄ hērico albano q legationē apoſtolicā apud francos per id tp̄us
gerebat retexit. Sed defuncto ludouico legatus rem ꝓpalat. Anno ſupiore q̄ ludouic⁹
mortē obiret: curat philippū regni conſortē aſſumere. Quare remis ꝑductum magna
pompa adoleſcentē ſacrare iubet: annū uix quartūdecimū agentē. Cui dum coronat̄
guillermus nouelli regis auūculus remorū primas & ſanctæ ſabinæ cardinalis roman⁹
legatus affuit. Hēricus itē angliæ rex ob eas q̄s a rege in frācia terras poſſidebat obſe/
quēs ꝓ debito ſubiectōis philippo aſtitit. Sacro coronamēti abſoluto memor rex ado
leſcēs q̄ impie plæriq; per franciā deierarēt & execrabili deū blaſphemia ꝓuocarent le
gem tulit: ſi q̄s eius īpietatis reus cōpertus eēt in fluuiū aut paludē citra necē demitte/
retur. In iudeos quoq; quoꝝ erat per oēm franciā ingēs multitudo ſeueritatē exercuit Iudei puniū/tur
Itaq; huic ꝑfidæ genti impia conſuetudo erat ſurreptum quotānis aliquem infantem

chriſtianum in locum apud ſe ſubterraneū ducere: atq; illuſū diu pœnis affectū: tandē
die ueneris ſanctæ cruci affigere: cōtēnentes hoc ſuo immani facinore dei chriſti mor
tem & chriſtianoꝝ religionē ludibrio habentes Quam rem poſtq̄ rex certo cognouit
iubet ad. iiii. kalendas martias omnes iudeos compræhēdi. Compræhēſos auro argē/
toq; atq; ueſtibus ſpoliat. Erat inter bituriges ebes charetoniꝰ potens & inſignis præ
do quem in dei ſeruos graſſantē philippus ducto in eum exercitu edomuit. Cōpeſcuit
præterea ymbertū de belloioco: & cabilonēſium comitem qui prædas ex ſacris locis
agentes: uiros religioſos magnis incommodis uexabant. Proceres quoq; aliquot ad
arma & ſeditiones pronos apud baruillā ſibi audiētes fecit: cum annos tm̄ quīdecī na
tus eſſet. Quo tempe ludouicus eius pater quorūdā aulicoꝝ ſuaſu adductus philippū

Yſabella comitis hānoniæ filia philippi uxor in dotē habuit artheſii comitatum

in dyoniſiano templo coronari iterum impauit. Vbi yſabellā balduini hānoniæ comi
tis filiam philippus uxorē accepit. Cui in perpetuā dotem comes artheſium uſq; ad li/
ſam ānem qui a flandrēſibus artheſios diſterminat attribuit. Paucis poſt diebus ludo/
uicus paraliſis morbo interiit. Elatuſq; eſt in monaſteriū de barbello quod uiuens ex/
truxerat. Cuius ſepulchrū aliza regina auro argentoq; ſuperadditis gemmis ornauit.
Quo regnante tornacū quæ ſub nouiomēſi eccleſia ſexcētis fere annis extiterat ep̄alis
ſedes facta eſt. Eugenio tertio romanū pontificatum gerēte. Curato patris funere phi

Iudei iterum

lippus in iudeos iterum ſe cōuertit. Qui ingēti fœnore ciues ita obæratos ſibi habebāt
ut eorum prædiis ditati dimidiā fere ciuitatem uendicarent: alios in cuſtodia penes ſe
ſeruarent. plæroſq; fortunis omnibus diſſoluendi debiti cauſa ſpoliatos mendicis nō
diſſimiles efficerent. Domi præterea ex chriſtianis familiā continebāt: quoꝝ quotti/
dianis ſeruitiis rem ſuam augebāt. Et cum pignoris loco ueſtes & ſacroſancta eccleſiæ
uaſa a creditoribus ſuſcepiſſent ea in ſordidos uſus admouebāt. His iudeoꝝ iniqtatibꝰ
cognitis: bernardum anachoritā qui in ſaltu uicennarū ſolitarius incolebat: hominem
ſanctitatis opinione clarum rex adiit. Rogat quæ de iudeis eius ſentētia eēt. Bernardꝰ
optimū factu eſſe reſpōdet ſi debita omnia quibus chriſtiani erga iudeos aſtricti tene/
bantur rex remitteret: quinta omniū debitoꝝ ad fiſcum (ſi uolet) attributa. Anacho/

Iudei regno expellūtur

ritæ ſententia rex cōfirmatus: prædiis poſſeſſionibuſq; iudeos mulctat: edicto ad diui
Iohannis baptiſtæ termino quo iudei omnes regno francoꝝ abſcederēt. Neq; dimo/
ueri rex potuit: q̄q̄ multi ex primoribus hanc ſeueritatē moderari tētaſſent: iudeorū
muneribus illecti. Itaq; cū precibus locus nō pateret: dieſq; ad diſceſſum dictus aduen
taret: iudei diſtractis ſuis rebus oīs abierūt: præter paucos qui religionē chriſti ꝓfiteri
uoluerūt. Quibus lauacri ſacramēto ablutis philippus fortunas & libertatem reſtituit.
Anno chriſtianæ redēptionis milleſimo centeſimo octogeſimoſecūdo. Exactis e frā/
cia iudeis ſynagogas eorū ad chriſtianiſmi ritum cōuerti atq; dicari iubet. Eſt in uia

Mercatꝰ ſeu hallæ pariſiēſes

militari qua a pariſio ad ſanctū dyoniſiū itur ſacellū lepra infectis attributū. Quibus ꝓ
xime adiacebat mercatus rerū uenaliū. Huius fori ius a leproſis cōparatū philippus in
tra luteciā ſtatuit in eo loco qui campelli dicebatur. Vbi ampliſſimis ædibus extructis
merces extrudi a mercatoribus ſine imbriū moleſtia poſſent. Hunc mercatū frāci vul/

Saltus icennarum

go hallas appellant. Ambiuit quoq; philippus perpetuo muro ſaltū uicennarū cum
antea puius eſſet. Occupabat eadem tēpeſtate uiromandiā philippus flādriæ comes
quam ad ſe ptinere rex optimo iure dicebat. Hinc bello exorto cōtracto tandem ab al

Viromādia reſtituit̄ philippo

terutro principe exercitu Comes ſponte ſua nullo cōmiſſo prælio occupata reſtituit.

Nota miraculum

Nec miraculo caret ꝙ cum ad kalēdas iulias in agro uiromādenſi frumentatōibus pa
bulationibuſq; ſegetes late miles detriuiſſet ita ut meſſis faciendæ nulla agricolis ſpes
ſupeſſet: tanta tū frumenti & omnis generis cōmeatus copia fuit: ut duplicatas fruges

Oratores a hieruſalem

meſſores receperint. Inter has regis occupatōes uenere ab hieroſolymis ad philip/
pum eraclius patriarcha hieroſolymitanus & domus hoſpitalis prior: nūtii calamitatis
quam ſalhadinus ægiptius chriſtianis per paleſtinam intuliſſet: locis aliquot non ſine
noſtrorum cæde occupatis. Cui incommodo niſi catholici principes ſuccurant res
hieroſolymitanas in hoſtium poteſtatem breui relapſuras. His querelis rex motus
pariſium: regni pontifices aduocat. Quibus conuenientibus: edocet quæ ſit in ſyria



Philippus in concilio pariſienſi

chriſtianiſſimi ſtatus. Oportere quēq; eorum per ſua territoria populum admonere:
ut miſere chriſtianoꝝ conditioni ſuppetias ferāt: ſe quidem paratiſſimū eſſe qui in pri
mis auxiliet̄: ſi præſentiū rerum cōditio admittat: ſed nihilo ſegnius miſſurum ſe ad id

Bellū ī hugonē burgūdū

negocium uiros ſtrēnuos cum ualida militū manu. Oratione regis a præſentibus lau/
data: paruo poſt tempore rex ex ſuis deſtinat qui afflictis rebus opitulent̄. Ipſe iuterea
in hugonem burgūdum qui arcem uergii circūſederat: in eoq; guidonē loci dominū
obſederat copias ducit. Iam eñ hugo turres quattuor nō procul ab arce erexerat: qbꝰ
ab eruptione obſeſſos ꝓhibebat: atq; ptinaciſſime cōſtituerat: nunq̄ inde abiturū pri/
uſq̄ arcem recepiſſet. Sed obſtinatis ſecus ac cupiūt ſæpenumero accidit. Rex eñ cele
rius hugonis opinione adueniēs: ſpem obſidentis intercipit: dirutiſq; ꝓpugnaculis in/
tra arcem a guidone recipit̄. Sed nec tanto incōmodo accepto hugo populari eccleſi/
as & monaſteria deſtitit: q̄uis a philippo ne id cōmitteret crebro admonitus extitiſſet.
Eamob rem rex ad caſtilionē promoto exercitu arcem ui expugnat. Vnde ſibi timēs
hugo regis gratiā propere impetrare elaborat. Qua impetrata: duobus caſtellis ꝑtāti
regis permiſſis donec triginta millia librarū eccleſiis perſoluiſſet: philippus pariſium

Lutecia pariſioꝝ lapidibꝰ ſternit̄

regredit̄. Vbi dum aliquot dies incolit ambulāti per palatium fetor quidā ex uiis pu/
blicis infert̄: quo ſupra modū offenſus: cognito ꝙ ex cœno lutoq; uiarum procederet:
uias lapidibus pauire cōſtituit: opus ꝓfecto ꝓpter urbis magnitudinē grāde atq; arduū

Cimiteriū ſcī innocētis

Propterea accitis ciuibus & mercatoꝝ præpoſito: negocium dat uias ſternēdi. Eodem
ſtudio adductus: campelli partem quæ & importādis uenalibus rebus: & ſepeliendis hu
manis corpibus proxime ſacellū ſancti innocētis erat: ſepire quadratis lapidibus fecit:
eamq; ad ſepulturā tm̄ humanā deputauit. Per hos dies richardus henrici angli filius
cum pictauiā teneret: nec inde debitā philippo fidē præſtaret: ſed doloſis dilationibus
in uerba regis iurare cunctaret̄. Philippus hominis ad rebellionē inclinantis aſtutiam

Bellum in richardū aqtaniæ ducem

non ultra tolerare conſtituit. Quare bituriges magnis copiis petens aqtaniā ad caſtrū
uſq; radulphi uaſtat. Ea re cognita henricus una cum filio richardo: educto in philippū
exercitu: eum ab obſidione arcis ui atq; armis dimouere cōtendunt. Quibus in cōſpe/
ctum frācoꝝ uenïētibus: in anglos ſe philippus cōuertit: facta pugnādi poteſtate. Qua
audacia territi hoſtes: mox ad regem legatos de pace mittūt duos cardinales: qui per
id tempus ad recōciliandos reges in franciā roma aduenerāt. Promittunt anglorum
nomine fidem regi præſtituros: & quæ ad ius fidelitatis ſpectant ex ꝓcerum arbitrio fa

Nota miraculum

cturos. Cōditione accepta atq; induciis hincinde firmatis: ab armis diſceſſum eſt. In
terim dū de pace agit̄: qdā introducti a richardo ſatellites: quos illa ætas coterellos ap
pellauit: dum alea ludūt quidā pditis nūmis blaſphemus in deum: dum ſimulachrum
uirginis filiū dextra geſtantis in tēpli ueſtibulo aſpicit: iacto in imaginē lapide brachii
partem a filio abrupit: ex quo ꝓfluēs cruor multis ægrotātibus ſalus fuit. Satelles aūt
uirginis cōtemptor demonio mox arreptus eodē die ſpiritum miſerabiliter efflauit.
Nemo igit̄ uenerabiles imagines ſanctorū deſpuat: quæ rametſi nihil in ſe diuinitatis
obtinent: ſunt tamen ad monimentū uirtutis populo exhibitæ. Admonētq; humanā

Nuntii a hieruſalem

mentē imitari eoꝝ ſpectatiſſimā uitam quoꝝ imagines ī honore haberi uidēt. Quie
tis per franciā rebus: nūtii iterum ex aſia adueniūt: qui omnia apud chriſtianos qui in
ſyria erāt a ſalhadino profligata eſſe: atq; ipſam ſanctā ciuitatē unacum rege: & chriſti
crucem aſportatam: treſq; tantum urbes ſupereſſe: tyrum: tripolim: atq; antiochiam:
& caſtella pauca in fide ſtare. Qua per franciam calamitate vulgata: mœrore omnes
affecti ſunt. Atq; ipſe in primis Philippus tot malis condolens: per nuntios henricum

Cruce ſignati in turcū

anglum in colloquium uocat. Conuenientibus regibus in planicie quæ a giſortio
non procul abeſt. Tanta fuit tyri præſulis ſuaſu principum charitas: ut nemo illos ul/
lo tempore a perpetua pace diſceſſuros formidaret. Itaq; cruce in hoſtes fidei deſum/
pta: q̄plurimos pontifices et proceres populorum quoq; numeroſam multitudinem
ut idem faceret prouocauerunt. Ad tantam expeditionem cum pecunia deeſſet: cō

Salhadini decima

uocatis pariſii pontificibus & nobilitate rex petit ſibi annuam decimam eccleſiaſtico/
rum prouentuum concedi. Quæ poſtea ſalhadini decima appellata eſt. Militi autem

quí ære alieno tenebat̃ permiſſum eſt:cõtracti ad illũ diem fœnoris libertatẽ habere.
debita uero tribus terminis creditoribus perſoluere. His ita in cõtione definitis tertio
Ricardus turbator expeditionis
poſt menſe richardus anglus pictaueñ. induciarũ & iuriſiurãdi præuaricator occaſione
ſumpta in raymundũ tholoſatẽ bellũ mouet. Quod poſtq̃ ꝑ raymũdi nũtios philippꝰ
cognouit promoto exercitu caſtrum radulphi buſentalũ inſuper & argentoniũ expu/
Nota
gnat. Leurontẽ uero ſecus paludem ſitũ cum circũſediſſet tanta ſiccitate terra inaruit.
ut palus ipſa areſceret. A quarum igit̃ cum iumẽta atq; exercitus indigeret: nec ullus de
cælo ymber ſperaretur: mox eruptione aquæ pluribus locis facta palus exũdauit. Expu
gnatum leurontẽ rex ludouico theobaldi bleſeñ. filio conſobrino ſuo donauit. A leu
ronte ad mõtricardum exercitum progredi iubet. Quam arcem cum aliquot dies cir/
cũſediſſet tandem expugnat: incenſis ſuburbiis: & turre grandi & munitiſſima ſolo æq̃
ta. Inde progreſſus per aruerniã philippus: omnia quæ angli regis in ea regiõe erãt oc
cupat. Tam multis incommodis acceptis rex anglus reducto exercitu ꝑ normanniã
Ricardꝰ a patre deficit
cum richardo filio abiens nõ pauca loca donec giſortium ueniſſet perdit & diripit. Nõ
multo poſt interiecto tempore richardus pictaueñ. cum negatam ſibi ab hẽrico patre
margaretam philippi ſororem quæ apud henricum ad cõiugii ſpem aſſeruabat̃ nõ im/
petraret uxorẽ: a patre deſciſcens ad philippũ ſe contulit præſtita de terris quas in fran
cia poſſidebat fide. Inſequenti uere philippus cœpti in henricum belli diligens exe/
cutor: copias educens: dum iter in cenomaniã facit firmitatẽ bernardi cũ aliis quattu/
or munitiſſimis caſtellis capit: mox cœnomaniã progreſſus urbem circũuallat ex qua
philippi egregium factũ
ſe henricus proripiens: chinonẽ petit. Cenomania recepta philippus turonos adorit̃
ubi flumine ligeri impeditus: ipſe lanceam manu appræhendẽs: uadum præ exercitu
ſcrutatus: uiam qua ſui tuto pergerẽt mõſtrauit. Flumine traiecto: turonũ ui expugnat
Nihil tamen ſæuitiæ ciuibus inferri rex permiſit. Duodecimo poſt receptam urbẽ die
præſidio in ea relicto: philippus exercitum reduxit. Interim circiter. xv. kalẽdas iulias
Henricus anglus moritur
hẽricus anglus apud chinonẽ defunctus eſt. quo perſecutore diuus thomas cãtuarieñ.
dum ueſperoꝝ officio intereſſet quattuor ſatellitum miniſterio quinq; vulneribus eſt
trucidatus: quem beatoꝝ martyrum collegio relatum eccleſia ueneratur̃. Huius henrici
ſepulchrum apud frontẽuallem uiſitur. Patri richardus ſucceſſit. Atq; paulo poſt pa/
ce cum philippo icta: rex quæcũq; henrico abſtuliſſet: richardo ſponte ſua reſtituit. Re
ceptis a richardo tribus caſtellis: ipſe quoq; liberalitate in philippũ uſus creſacũ eſſau/
Expeditio in ſyriam
dunum & dolonnam donat quæ philippo perpetua eſſent. Ordinatis ad hũc modũ
rebus: reges de expeditione hieroſolymitana cõueniunt: ut iunctis claſſibus in ſyriam
nauigarẽt. Anno igit̃ ſalutis cẽteſimo octogeſimonono ſupra. M. circiter feſtum diui
iohannis baptiſtæ: poſtq̃ apud diui dyoniſii ſepulchrum preces habuiſſet philippus: ue
ſelaum richardo comite profectus eſt. Ibi filio in tutela matris atq; auũculi remenſis
legati apoſtolici relicto: ianuam ſe contulit. Richardus uero marciliam profectus eſt.
Comparatis ianuæ quæ ad expeditionẽ cõuenirent. Cum mari ſe reges commiſiſſent
orta tempeſtate pars meſſarã: pars ad alios portus delati ſũt. Vbi hybernis exactis phi
Accõ ciuitas paleſtinæ
lippus proximo uere: cum richardus in mẽſem auguſtũ nauigationẽ differre ſtatuiſſet
educta claſſe acconẽ appulit. Quã miles chriſtianus iam ſecũdo anno obſeſſam expu/
gnare nõ potuerat. Caſtris igit̃ accone poſitis: philippus urbis muros licet prope ma/
Richardus ꝑfidus
chinis diruiſſet: expugnare tñ locum ſupſedit: richardũ expectãs. Hic cum aduenisſſet:
rogatus a philippo una oppugnationẽ facere: ꝑnegauit. Neq; arbitris qui utriuſq; prin
cipis aſſenſu rei militari præfecti erant obtẽperauit. Tanto liuore atq; odio anglorum
gens francos omnes habet: ut lupum oui facilius q̃ francis anglum concilies. Itaq; (ſi/
cut ego accepi: cum apud henricum angliæ regem huius nominis ſeptimum: Caroli
octaui regis francorum nunc regnantis legationis munere fungerer) liberos ſuos dũ
per ætatem licet plæriq; in anglia parentes arcu ſagittas mittere inſtituunt: propoſitaq;
illis franci hominis effigie. Age inquiunt fili: diſce ferire & mactare francum. Recu/
ſante auxilium richardo: cum obſeſſi philippum oppugnationem parare uidẽt: urbem
ſe dedituros dicunt: ſi cum ſuis fortunis ſalui abire permittantur. Admiſſa conditione



philippus adiecit liberãdos inſuper eſſe captiuos omnes qui per egyptũ & ſyriam a ſal
hadino tenebantur. Atq; ipſam chriſti crucem in primis reſtituendã: nõ abituros hinc
Diſcedit philippus ab accone
niſi hec omnia impleta perfeciſſent. Recepta urbe diſtributiſq; inter principes capti
uis: philippus cum richardum ſuſpectum haberet: ꝙ cum ſalhadino per nũtios cõionẽ
haberet a quo etiam donis honoraret̃. ꝙ q; ipſe grauiter ægrotaret: uocatis ſui exercitꝰ
primoribus in franciã ſe reuerti uelle dixit. Atq; ita odone burgundoꝝ duce exercitui
præfecto: tribus tãtũ triremibus a ruffino ianueñ præparatis in appuliã nauigauit. Vbi
poſt aliquot dies morbo leuatus romã religionis & uoti gratia profectus eſt celeſtino
tertio romanã ſedem miniſtrante. Poſt philippi diſceſſum richardus captiuos quos
ex obſeſſis habebat ad ſe duci iubet: cum ab eis chriſticolas & domini crucem: ſicuti cõ
uenerat repetit: nec promiſſo ſe abſoluere ſalhadinus curat: milia ſex ex urbe eductos
Iudeoꝝ execrabile factũ
capite damnauit. Cum in franciã philippus ueniſſet: eſſetq; apud ſanctũ germanum
de layo: execrabile iudeoꝝ facinus ad eum delatum eſt. Apud brayũ caſtrũ iudei chri/
ſtianũ quẽdam (quem furti atq; homicidii inſimulabãt) captũ ſerto ſpineo coronaue
rant: deductũq; per oppidũ & multis uerberibus affectum tandem cruci affigẽtes ĩter
emerant: permittẽte loci domina quam ipſi muneribus euiciſſent. Cognita ĩiuria rex
nulla mora interpoſita neſcientibus aulicis qd animo agitaret: ad brayum perpropere
ſe contulit. Moxq; portas & uiarum exitus a ſuis diligẽter obſeruari præcipiens: ſupra
Suſpitio a ſyria
octoginta iudeos compræhenſos cremare iubet. Supplicio de iudeis expleto. Agẽ/
te apud pentizarã philippo litteræ ex ſyria ad eum perferunt̃. Quibus admonebatur
bartaſim quẽdam ex arabia in franciam richardi conſilio eius necandi gratia miſſum
eſſe. Qua re intellecta de ſe ſollicitus rex: diligẽtiore cuſtodia uſus eſt. Sed miſſis in ſy
riam ad amicos legatis: quia id ab inimicis fictũ cognouit omni ſe ſuſpitione abſoluit
Atq; iniuriarũ quas a richardo accepiſſet recordatus hominis perfidiã ulciſci feſtinat.
Giſortio igitur atq; uelexino quod normannũ dicũt occupato: tota deinde norman/
Philippꝰ normanniã occupat
nia potitus eſt. Deinde liberoꝝ cupidus ſtephano nouiomẽſi antiſtite ad caynũ dal
matarum regem miſſo ingebergã ſororem regis uxorẽ duxit. Quã pariſii receptã pau
cis interactis diebus dimiſit: occaſione ſumpta: ꝙ eius conſobrina eſſet. De qua re pro
Ingeberga dalmatæ regis filia philippi uxor
curante cayno tametſi legati apoſtolici midas & cecinus cardinales quærere mandata
recepiſſent. ſegniter tamen agentes: uel largitione regia corrupti: uel metu offendẽdi
regis perterriti negocium non abſoluerunt. Ingeberga autem licet diuortium iniquo
animo ferret: cælebs tamen apud francos uiuere q̃ alteri uiro nubere maluit. At ri/
Richardꝰ ſyriã reliquit & diui martini canonicos ſuis fortũis ſpoliatos expellit
chardus anglus relicta ſyria cum in franciam reuertiſſet: in clerum turonenſem ſæuire
cœpit: exactis e templo diui martini ſacerdotibus quos fortunis oĩbus ſpoliauerat. ad
quam calamitatẽ philippus alteram addit. Nam omniũ eccleſiarum quæ in principatu
richardi erãt bona diripuit. Expulſiſq; e ſacris locis dei ſeruitoribus prædas ſibi ex eoꝝ
prouentibus fecit. Nec ab his quæ ſuæ ditionis erant cõtinuit manus. Sed uectigalibus
& crebris tributis oppreſſit: dictitans opus illi eſſe grandi pecunia ob terræ ſanctæ libe/
rationem quã ſuis militibus impartiret. Eſt eñ omni peccanti præſens ſemp aliqua rõ
Philippi ĩ ſacerdotes ſæuitia
quam ſuo prætẽdat errori. Cum hæc in eccleſia dei ageret philippus richardi frater
iohannes qui ſine terra nomẽ habebat: adiũctis ſibi comite dalphino & darõdello co/
mite: & rothomagoꝝ parte ad caſtrum uallis ruelli mouens arcem obſidet. Vbi poſtq̃
Vallisruelli caſtellum a normannis obſeſſum et a philippo dirutum
uix dies octo hæſitaſſet: ſupueniens philippus tam inſperato in hoſtem irrupit: ut cape
ſcentibus fugam normannis: caſtra deſeruerint quæ fuerũt in prædam francis. Paruo
poſt tpe cõtemptis induciis cum richardus arquas circũſediſſet: philippus educto præ/
ſidio quod in ualleruelli habebat locum diruit. Aduerſuſq; richardum inde profectus:
hoſtem anglũ cum normãnis ad dieppã uſq; fugauit: nauibus quæ in ſtatione erant in
Richardus ĩducias uiolat
cenſis. His hoſtiliter aduerſus anglũ geſtis. Cũ ꝑ inducias ab armis paulo ceſſatũ eſt
richardus nullius promiſſi tenax: uiolatis induciis bellum inſtaurat. Poſitis nõ procul
ab eſſouduno caſtris: cum acies cõgrediendi ſignũ expectarent: ecce richardus paucis
comitãtibus ad philippum ſponte ſua inermis acceſſit. Fidemq; præſtitit ſe regis man/
datis pariturũ. Deinde inter reges conuenit cõuentionem apud uallẽruelli & caſtrum

gallardi ad nonas ianuarias habere. Vbi & perpetua ut ſperabatur pacis formula dicta

*Maria bohemorum ducis filia philippi uxor*

eſt: & datis hincinde atq; acceptis obſidibus firmata. In ſequenti martio menſe phi
lippus mariam ducis bohemorum filiā matrimonio ſibi cōiunxit. Moxq; richardi per
fidia fractis induciis: cum arcem briſoni dolo captam ſolo proſtraſſet: philippus colle
cto exercitu dammallam progredi feſtinat: ubi dum in obſidione deſtinetur: ad nouē
curtum richardus aduenīes præſidium quod in eo erat promiſſis adduxit: locum illi ꝓ

*Richardi pfidia*

mittere. Quem receptum armis & commeatu munit. Inde in philippum dammallam
circūſidentem ducens: dum loco regem ſummouere cōcertat: ipſe a francis ferociter

*Guido thouardus capit*

impetitus fugatur. Capto in fuga guidone thouardo uiro apprime nobili & ſtrennuo:
franci dammallam repetentes arcem oppugnāt. Sed dedentibus ſe hoſtibus ſi inſtru

*Nouēcurtū caſtrum*

cti armis diſcedere liceret: dammalla recepta eſt: & arx ſolo æquata. Giſortiū deinceps
aduenlens & protenus nouēcurtum quod richardus ſibi rapuerat circūuallans multo

*Balduin⁹ flādrus cum richardo iūgit*

ſuorum periculo expugnauit. Pugnantem aduerſus anglum alia philippū ſollicitu/
do turbauit. Balduinus em̄ flandrenſium comes ad richardum deciuit: quē præterea

*Reginaldus comes boloniēſis conſpirat*

ſecutus reginaldus comitis dōnimartini filius: multas francis incommoditates hi pa/
riter inuexerūt: q̄q̄ ipſe reginaldus nuptiis dominæ bolonienſis atq; ipſo comitatu pau/
lo ante a rege honoratus auctuſq; extitiſſet. Per has belli tempeſtates ſanctus audoma
rus artheſii inſigne atq; munitiſſimum oppidum in poteſtatem balduini uenit. Iude

*Sctūs audomarus fit comitis flandri*

os autem eiectos francia philippus pariſium reduxit: pecuniæ forte inter tot belli īpē/
ſas egens. Nam & de eccleſiis uectigalia penſioneſq; annuas reclamāte clero excepit.

*Iudei in franciā redeūt*

Quāobrem maiore q̄ ullo tempore bello mox implicitus eſt. Itaq; richardus nume
roſo inſtructus exercitu giſortium mouens omnem per ambitum regionē populatur
corcella arce ad ſolum complanata. In quem cum copias philippus duxiſſet: primo

*Philippus a clero penſiones exigit*

aduentu hoſtis illum ne giſortium peteret prohibuit: Sed animos tollens philippus:
cuneo facto: per acies hoſtium perrūpens: giſortium ingreſſus eſt: quibuſdā ex ſuis au/
licis atq; proceribus ab hoſte interclulis captiſq;. Deinde abeunte in normanniā ri/

*Philippus ad giſortium*

chardo: philippus hoſtili agmine nomānos inſecutus ad nouūburgum & bellūmōtē
rogerii uſq; progreſſus: uicos cōplures ferro igneq; uaſtauit. Repetente tandē franciā

*Philipp⁹ normāniā uaſtat*

philippo: cum intellexiſſet richardus illum exercitū dimiſiſſe: in uelexinū & claromō/
tem incurſiones facit. Cui occurrentes bellouaci antiſtes & guilhelmus de demelli: cū

*Inno. tertius*

ab hoſte prædas recuperare inconſulte nitunt̄ inſidias hoſtium incurrentes capti abdu
ctiq; ſunt. Cum tantis animis reges digladiant̄: innocentius tertius qui cæleſtino ter
tio in ſedem romanam ſucceſſerat: ſtudioſus pacis petrum capuanum cardinalē ad re/
ges mittit. Qui de pace quidē deſperans: quinq; uix annorū inducias impetrauit. Nec

*Richardus occidit*

richardum adducere potuit: ut obſides daret atq; reciperet. Ipſe autem ferox & indo/
mitus hoſtis: non longo poſt interiecto tempore dum in lemouicibus arcem lemoui
cam obſidet: emiſſa ex arce ſagitta ictus: eo uulnere interiit. Sub hoc innocētio roma

*Reuelatio atq; īſtitutio ordinis ſanctæ trinitatis*

no pontifice ordo fratrum ſanctæ trinitatis de redemptione captiuoꝝ autoribus iohā
ne de mata & fœlice anachorita initium cœpit. Qui poſtq̄ apud ceruum frigidum mel
denſis territorii ſolitariam diu uitam egiſſent: per quietem admoniti pontificē roma
num conuenire: a quo uitæ modū acciperent cum innocētium adiiſſent: cognouerūt
pontificem ſimili reuelatione fuiſſe diuinitus inſtinctum. Quāobrem a pontifice beni
gniſſime excepti ſunt. Et quinto kalendas martias cum dies feſtus agnetis ſecūdo agit̄
innocētius rem diuinam faciens: dum diuinā euchariſtiam circūſtantibus ſe oſtendit:
angelum dei uidet candore multo fulgentē cancellatis manibus duos captiuos tenen
tem: chriſtianum unū alterum maurum: tanq̄ eos commutaret. Cui angelo crux rubri
et azuri coloris ad pectus eminebat. Quo uiſo & re diuina confecta: anachoritas ad ſe
uocans: iam inquit filioli animaduerto dei ſpiritu uos duci. Conficiam uobis indumē
ta exemplo uiſionis quæ mihi diuina celebrāti innotuit. Igit̄ cōſutis tunicis iohannē
fœlicemq; candidis ueſtibus decorauit: ſuperaddita cruce qualem angelus oſtendiſſet
Additq; nouo ordini titulum de trinitate & redemptione captiuoꝝ cui negocium im/
ponit: Captiuos a male credētibus chriſtianos liberandi. Eius rei ſimulachrum romæ



in cælio monte apud ſanctum thomā de formis uiſitur: ubi eccleſiam diuinæ trinitati
innocētius extruxit. Richardo defuncto philippus contracto grādi exercitu ebroicas
normannorū urbem cum aliis compluribus inſtructiſſimis arcibus occupat: atq; oīa
cenomannia tenus perdit. Arturus præterea britonum princeps andegauiā urbē quā
ſibi richardus ſuſtulerat recepit: philippoq; obuiam pergēs: eius fidei ſe permiſit. His

*Namurci comes capit*

rebus rege præpedito: robertus bleſenſis & euſtacius de nouauilla philippū Namurci
comitem balduini flandrenſis fratrem cum equitibus auratis duodecim & ſacerdote
uno petro duacēſi comprǽhendūt ad regemq; ducūt. Nec longa mora interceſſit: cū
inter philippum & iohannē: richardi ſucceſſorem cui ſine terra cognomen fuit: īduciæ
dictæ ſūt & ſacramēto firmatæ. Conceſſa philippo a bello quiete: noua illi a romano

*Interdictū in francia*

legato afflictio conſurgit propter ingebergam uxorem dimiſſam: Nam cōuentu præ
latorum habito ex eorum ſentētia legatus philippo & toti regno ſacris & cōmunione
hominum interdixit: q̄uis romanum pontificem rex appellaſſet. Qua legis ſeueritate

*Sæuit philippus in clerū*

exaſperatus philippus in clerum ſæuitia uſus eſt: pulſis e ſuis ſedibus pontificibus: quo
rum aſſenſu hanc ignominiam accepiſſet. Itaq; nec dignitati nec uicariatui pepercit. q̄n
etiam plebeios ſacerdotes rebus ſuis exutos extruderet. Quin & ingebergā in arce ſtā
penſi clauſam tenuit. Nec a plebe temperauit: exacta a populo tertia parte bonorum:

*Pax inter reges*

præter uectigalia & annuas penſiones. Induciis prope diem finituris reges inter uer
nonem & inſulam andelinam de firmanda pace cōuenerunt. Ibi partitis terris de qui
bus contendebat̄: iohannes anglus omnia quæ philippus richardo abſtuliſſet ludoui/
co regis filio (cui blanca alphonſi caſtellæ filia nupſerat: & iohannis neptis erat) libe/
ra permittit. Adiunxit præterea anglus ad tantam liberalitatem: ſi abſq; liberis more
retur: inſtituere ſe ludouicum hæredem omniū poſſeſſionum quæ cis occeanū gallicū
ſuæ ditionis eſſent. Interim dum hec aguntur alter a pontifice romano legatus otho
hoſtienſis epiſcopus in franciam uenit: attributo ſibi collega burdegallenſi archipræ

*Legati a philippo illuſi*

ſule. hic philippum admonet ingebergam uxorem recipiat. Paruit legato philippus.
Nam cum ſueſſione legati uariis diſceptationibus de regis cum uxore reconciliatiōe
agerent: rex tantæ moræ impatiens aſſumpta ingeberga inſalutatis legatis conſilium
dimittit. Abeunte rege legati rubore perfuſi alter romam ſe cōtulit: alter in franciam
reuerſus eſt. Exactis inde paucis menſibus: conuenietibus iterum non longe a uerno

*Bellū rurſus ab anglis*

ne regibus: philippus iohanni anglo atq; normannis diem dicit quo pariſii ad iudiciū
uenirent. Statuto die poſtq̄ ad rebellionem anglum inclinare philippus cognouit. Cō
ſilio a proceribus capto militem cogit: ducitq; in normanniā ad caſtellum cui bonrauē
tum nomen eſt: quod una cum genſelino & gorneyo munitiſſimis locis proſtrauit. At
cum hyems inhorreſceret: relictis ubiq; præſidiis: reges bello tātiſper dum hibernarēt
abſtinuerunt. Ineūte uere philippus britonum atq; pictauorum auxiliis fretus: aqui/
taniā ſibi ſubiugauit: nec multo poſt in normannos conuerſus: Conchas & uallēruelli

*Iubet innocētius reges bello abſtinere a quo philippus ꝓuocat*

cum inſula andelina in poteſtatem recepit. Eodem ferme tempore innocentius terti⁹
pontifex miſſis in franciam nūtiis regibus mandat bello ſuperſedeant: pœna in cōtem
ptorem præcepti adiecta. Sed philippus appellatione aduerſus legatos ſe tutauit. Atq;
ita ad radepontem copiis inſtructis moués: poſt quindecimū obſidionis diem arcem
expugnat. Dehīc ad gallardum caſtrum profectus (quod edito ad ripā ſequanæ loco
ſitum eſt: & a richardo magnis munitionibus inſtauratum) cōſtituit præſidium quod
intus erat fame ad deditionē compellere: ne uel militem difficili & periculoſa obſidio
ne perderet: uel caſu aliquo obſeſſi clam dilaberent̄ atq; ſubterfugerent. Igit̄ magnis
foſſis atq; aggeribus caſtellum circūdat: impoſito inter aggerem: & arcem milite. Ex/
truxit præterea ligneas turres ex quibus tela in obſeſſos iaculari poſſent. Comparatis
omnibus quæ oppugnationi cōuenirent: inſilietibus francis atq; acerrime pugnātibus
obſeſſi non minore animi fortitudine francos repellebant: donec quintodecimo die
continua oppugnatione fracti deditionē fecere. Altero qui ſecutus eſt anno philip/
pus cum falleſiam atq; danfrontem recepiſſet: ad diui michaelis promōtoriū quod in
periculo maris ab incolis dicit̄ peruadens ſuæ omnia ditioni ſubiecit. Quod uidentes

normãni ne philippi fortunæ temere obſiſterẽt: abrincas baiocũ cõſtãtiã atq; lexouiũ
urbes dedunt. In quibus relicto ualido præſidio: rex rothomagũ primariã normãniæ
ciuitatem obſidione ꝑmere conſtituit. Circũſeſſa a francis urbe: ciues triginta dierum
inducias a philippo impetrãt. Interim in angliã miſſis ad iohannẽ anglum nũtiis ut in/
fra impetratos induciarũ dies obſeſſis opitularetᷣ: cum nihil ſpei a rege acciperent: ſed
intelligerẽt hominẽ deſidere & cunctari: ad ſuos remigrantes nũtii ſe atq; ciuitatẽ phi
lippo permiſerunt. Quoꝝ exẽplo moti arquenſes & uernolienſes in uerba regis iurant

Philippus in aquitania

Subacta normannia in franciam cum rediiſſet: paucos ibi dies commoratus: aquita/
nos magnis copiis petit. Prima ad arcem lochiarũ caſtra fecit: quã magna ui expugna/
tam droetio de nullo dono dedit. Inde chinonẽ acri uirtute a præſidio defenſã cepit.

Angl⁹ ad rupellam cum claſſe

oĩs uero qui intus erant compẽdiũ in cuſtodiã duci iubet. Intercedẽtibus paucis poſt
hec diebus: iohannes anglus rupellam cum claſſe appellit. Cui a philippo deficiens co
mes touardus ſe cõiunxit. Vrbs andegauia primos iohãnis impetus experta eſt: quam

Andegauia urbs diruitur

ſolotenus anglus deſtruxit. Eapropter in pictauiã ueniens philippus oĩbus munitiori/
bus pictauoꝝ locis impoſito præſidio touardum ubi anglus agebat petere cũ ſtatuiſſet
iamq; ad hoc acies ordinatas haberet: comitis touardi terra ferro atq; igni uaſtata: du/
orum annoꝝ induciis inter reges firmatis: ab armis temperatũ eſt. Quibus ex actis phi
lippus iterũ in aquitaniã militẽ promouet: ubi æquatis ad ſolũ quibuſdã caſtellis. aliis
aũt receptis: cum præſidiũ in illis collocaſſet eius regiõis curã guillermo mareſcalo &
guillermo de rupibus cõmittit atq; in franciã remeat. Illi a rege præfecti dum pictauiæ
agunt locatis inſidiis: touardi uicecomitẽ & ſauarũ maulioneũ prædas abigentes capi
unt: quos una cum hugone uicecomitis fratre & amerio liſigniaco: atq; militibus quin
quaginta ad philippũ mittũt. Eſt in britonũ principatu collis editus ad ſeptẽtrionẽ

Graplitum ĩ britonib⁹ collis

ſpectans ſinuoſo maris eſtuario circũdatus: cui britonũ lingua graplitũ. id eſt mari un/
diq; implicitum: nomen eſt: in eo colle cum britones arcem extruxiſſent quæ in adue
nientes anglos propugnaculũ eſſe poſſet: id michael quidã ĩter britones nõ ignobilis
cũ philippo nũtiaſſet: cõtracto apud mantam exercitu: Comiti ſancti pauli & michaeli
cõmittit arcem occupare. Nec pigritatᷣ comes regi parere. Itaq; arce capta: michalem

Aurelianeñ. & antiſſiodorẽſis pontifices philippo repugnant

cum ualido præſidio arci præponit. Ad hoc expugnãdæ arcis negocium cum põtifices
frãci a philippo præmoniti armatos aliquot ex ſuis miſiſſent: ſoli aurelianeñ. atq; altiſ
ſiodoreñ. antiſtites detrectare auxiliũ nõ formidauerũt. Quãobrem cũ philippus eo/
rum terras donec ſatis de cõtemptu factionem feciſſent occupaſſet epĩ romanũ ponti
ficem adeũtes: philippũ ne id faceret pontificia auctoritate prohibere niſi ſunt. At põ/
tifex francoꝝ conſuetudini quæ de tempaliũ rerum gubernaculis introducta eſſet de
trectare nihil tentauit. Igitᷣ epĩ mulctã a rebellione philippo ſoluẽtes: quæ ſuæ ditiõis
erant receperũt poſt bienniũ q̃ illa rex poſſediſſet. Eodem anno qui fuit chriſtianæ

Almaric⁹ hæreticus

gratiæ milleſimus ducẽteſimuſſeptimus: Almaricus carnuteñ. litteris apprime erudit⁹
cum apud pariſios nõ paruã doctrinæ opinionẽ obtineret: palã docuit quoſq; chriſtia
nos mẽbra chriſti corpis eſſe: & dum a iudeis chriſtus pateretᷣ unacũ ipſo dolorem atq;
afflictionẽ fuiſſe reuera ppeſſos. Sed errorẽ cum tueri nõ poſſet: dãnatus eſt reſipiſce/
re: & contrariã ſententiã aſſerere. Ob hanc ignominiã cõtracta animi ægritudine: pau/

Alii hæretici

lo poſt tempore interiit. Fuere alii præterea litterati hoĩes q ſingulis diuinæ trinita
tis pſonis ſingula tempa per ſucceſſionem tribuerẽt: aſſerẽtes patris oĩpotentiã chriſti
aduentu deſiuiſſe: chriſti uero doctrinã ſpũſſancti acceſſu exoletã eſſe. Cui⁹ hæreſeos
autores procurãtibus petro pariſieñ. epõ: atq; garino cõſulari uiro depræhenſi: hono/
ribus & dignitate priuati ſunt. Laycos id eſt q extra cleri ordinẽ eſſent: ignis abſumpſit

Fredericus ĩperator

Fœminis uero parcitũ eſt. At almarici cadauer quod pone diui martini pariſieñ. eccle/
ſiam ſepultũ fuerat: exhumatũ & crematũ eſt. Per eoſdẽ ferme dies fredericus impa
tor miſſis ad philippũ nũtiis: petit locũ deligi ubi de rebus ad utrũq; pertinẽtibus col/
loqui poſſint. Apud uallicolorẽ placuit cõuentionẽ habere. Eſt eñ uallicolor ultimus
regni locus tullum uerſus ſpectans. Philippo conſiliũ nõ fuit illo proficiſci. Sed miſſo
ludouico filio cum procerũ ornatiſſima caterua: fides atq; amicitia quæ uetuſtiſſimo



fœdere inter principes romanos regeſq; francoꝝ obſeruata fuiſſet ĩnouata eſt. Eodẽ
tempore cum a ueteri diui dyoniſii porta: uſq; ad eam quæ nunc noua appellatᷣ multũ

Noui muri pariſieñ.

agri intercederet: eam omnẽ partem pariſii urbis ſequana tenus muro philipp⁹ claudi
iubet. In eaq; domos extrui: quas incoleret populus. Muniuit præterea plæraq; alia ꝑ
regnum franciæ loca: arces turreſq; exædificauit: ꝓcio dato iis a quibus poſſeſſiões ad
hunc uſum recipiebat. Interim reginaldus boloniæ comes: qui eccleſiarũ atq; pau
perum oppreſſor erat & ob eam rem extra hominũ cõmunionẽ pontificũ auctoritate
poſitus cum a rege ſibi timeret (comitatu boloniæ ludouici filii regis poteſtati per/
miſſo) cum othone pſeudo impatore amicitiã iungit: moxq; poſtq̃ ablatas ſibi terras
a philippo recuperare nõ poſſet niſi parlamenti diffinitiõe illas reciperet: flandriam

Iohannes angl⁹ excõicatᷣ

petens in angliam ad iohannẽ anglum nauigauit. Erat hic iohannes a romano pontifi
ce excõmunicatus propterea ꝙ eccleſiæ prouẽtus annos ſex uſurpauerat: epiſcopoſq;
anglia extruſiſſet quos in francia receptos philippus reuerẽter habebat. Cum hic ĩ an/
glia ſtatus rerum eſſet: conſilio ſueſſione habito (in quo dux brabãtinus affuit) uiſum
eſt dignum rege eſſe ſi in angliam expeditionẽ duceret: pontificeſq; ſedibus expulſos
reſtitueret. Cui ſententiæ ferrandus flandrenſium comes aduerſatus eſt: propter duo
munitiſſima oppida ſanctũ audomarum atq; aeriam quæ ludouicus occupabat. Iã eñ
(ut poſtea cognitum eſt) cum iohanne anglo reginaldi boloniẽſis ſuaſu ferrãdus ſen

Ad grauelingam claſſis regia

tiebat. Non deſtitit tamẽ a cœptis rex. Sed ad boloniam ingẽtes copias ducẽs: ubi claſ
ſis uehendi militis cauſa parabatᷣ: mox ad grauelingã maritimũ in flandria oppidum ꝑ
fectus: naues illo ſe ſubſequi iubet. Promiſerat ferrãdus ad eum locum uenire & de of/
fenſis in regem ſatiſfacere. Sed poſtq̃ a fide & promiſſis deficere perfidum hominem
compertũ eſt: philippus omiſſa in angliam expeditione in caſſeletũ quod in colle pau
cis a grauelinga milliaribus diſtans munitiſſimũ erat: irrumpens brugas uſq; peruenit.

Dãmus portus

claſſemq; ad dammũ deduci mandat. Eſt autem dãmus nauiũ ſtatio & portus unde ex
cauato opere humano alueo merces brugas deferuntᷣ: in eo portu q̃ a regia claſſis cõti
neri nõ potuit: pars in proximo mari ſeorſum in anchoris manſerat. Philippo autem a
brugis gandauũ promouente reginaldus boloniẽſis & guillermus longaſpata mari ex
anglia delati occurrente illis flammingoꝝ turba regias naues quæ extra portum erãt
inuadunt: captas abducunt atq; poſtridie eas quæ in ſtatione ſeruababantᷣ inuadere fe
ſtinant. Quibus franci uiriliter obſtiterũt. Cognito claſſis & ſuoꝝ periculo philippus ĩ
hoſtem dimiſſa obſidiõe reuertitᷣ: quos nauali pugna fugatos ad duo millia ĩteremit:
compluribus ex eorum nobilitate captis. Deinde dammũ repetẽs quod reliquũ erat
nauiũ armamẽtis & cõmeatu receptis ĩcẽdit. Dirutoq; portu cũ agro adiacẽti poſtq̃ a
gandauis: brugeñ. ypris atq; inſula obſides recepiſſet: in franciam exercitum reduxit.
Erant per hos dies in narbonẽſi prouincia quam vulgo linguã occitanã appellamus

Albigeſii

chriſtianæ puritatis permulti contẽptores ex albigeſio primam ſuæ doctrinæ & iniqui
tatis inſtitutionẽ referentes. Quorum dogmata nemo ad hunc mihi diẽ not⁹ ſcriptor
reliquit. Et cum hæreticos eos uocent atq; ob eam culpam exterminatos eſſe autores
tradant genus tamẽ hæreſeos prætereunt. Puto eos quoad cõiectura aſſequi poſſum
arrianam peſtem ſecutos fœdis quoq; amoribus & maſculinis concubitibus indulſiſſe
Ideoq; legitimas nuptias & carnis eſum damnare. Diffuſum id uir⁹ cum totam ferme
regionem inquinaſſet: romanus põtifex innocẽtius tertius miſſo gallone cardinali le
gato philippum pontificis auctoritate monet in hæreticos armari: peccatoꝝ remiſſio/
ne conceſſa his qui inſigne crucis ad id bellum deſumerẽt. Legati oratione permotus
philippus: permittit ſuos arma capere: & in albigenſes proficiſci. Fuiſſe in exercitu epi/
ſcopos multos & proceres inuenio: atq; in primis eudonem burgũdiæ ducem. hẽricũ
niuernenſem: petrum ſenonũ archipræſulẽ: reginaldũ rothomageñ. robertũ baioceñ

Biteræ ciuitas

Iordanum lexouium: & reginaldũ carnotẽſem. Igitur mouentes franci biteras primũ
obſident expugnãtq; occiſis qui in ea erant multis hæreticorũ milibus. Quo periculo
territi reliqui regionis incolæ ad carcaſſonẽ munitiſſimã urbem confugerant: ĩ qua
a noſtris circũcepti: inde abire nudi omnino compellunt: ut qui pudendis membris ꝑ

ſummũ nephas abuſi fuerãt: ea ad ignominiã uidẽda exhiberẽt. Eliminata fediſſimæ
Simõ de mõteforti
gẽtis turpitudĩe: frãci cupidi ſua qq; loca reuiſere: reliquo exercitui ſymonẽ de monte
forti hoĩem nobilẽ & ſtrenuũ nec minus religioſũ præficiũt. Qui mox belli cura ſuſce
pta: nõ ſegniter quæ ſupererãt executus eſt comitãte eũ dñico uiro hiſpano quo auto
re prædicatoꝝ ordo initium ſumpſit. Itaq; arces per eam terrã expugnauit: hæreticis ĩ
teremptis. Habuit tamen obſcæna albigeſioꝝ turpitudo defenſores aragonũ uidelicet
regem: ſancti item eligii comitẽ & fuxi principẽ qui eductis ingentibus copiis ſymonẽ
apud murellum arcem obſederunt. Qui tametſi raros armatos ſecum in præſidio ha/
beret: nihil tamen deſperãs re diuina a ſacerdote facta: poſtq̃ ſe in primis atq; ſuos con
feſſionis ſacramẽto purgaſſet: eruptionẽ ſubito facit. regem aragonũ & hoſtium octo
Egregia ui/ctoria
decim millia interemit: cum ipe octo tantũ ex ſuo præſidio amiſiſſet. Credi merito po
teſt deum pro ſua religione comitem recte pugnantẽ adiuuiſſe. Per hos dies multis
Ioãnes ãglus
ymbribus ſequana amnis auctus paruũ apud pariſios pontũ deiecit. Hec inter iuſtiſſi
ma bella iohannes anglus ex anglia mouẽs andegauiã quæ diruta erat reſtituit & mu
ro claudit. Inde deficiẽtibus ad eum britonibus atq; pictauis: ope eoꝝ auctus rupẽ mo/
nachi quod caſtellum ad ligerim flumen guillermus de rupibus ſupra nõ multos ãnos
extruxerat cõtendit. Ibi cum primã oppugnationẽ ſibi non bene procedere intelligit:
fecit conſuetudinẽ ad aggerẽ qui ad foſſos erat quoq; die ambulandi & ſcrutandi qua
Nota factum
parte caſtello potiret̃. Qui ne ab obſeſſis telo aliquo offenderet̃: ſatellitem inſtituerat
ſcutum prætẽdere ambulanti. Eam rem cum ex obſeſſis unus ingenio pollẽs aĩaduer/
tiſſet: tenuẽ ex canapi funẽ texit iuſta longitudine quæ ad aggerẽ ptingere poſſet. Eius
funis extremo ad ſagittã deligato reliquũ clauo iuxta ſe ad muri pĩnas affigit. Atq; ita
ſagitta baliſtæ impoſita: anglo dum tranſiret inſidiat̃ quẽ ubi ſuo more incedere uidet
ſagittam in ſatellitis ſcutum penitus adegit: mox cordula ad ſe reducta ſatelles cũ ſcu/
to quod gerebat in foſſam præceps ruit: in quẽ obſeſſi tela crebra iaculãtes necauerũt.
Satellitis nece exaſperatus iohãnes: furcas e regione caſtri protenus erigi iubet: cõmi/
natus niſi ſe dederent eos furcarũ ſupplicio affectũ iri oĩs. Nihilominus tamẽ franci
Ludouic⁹ philippi filius
pugnaciſſime arcẽ tutati ſunt occiſis plæriſq; anglis. Interim occupato aduerſus flan
drenſes philippo: filius eius ludouicus ductis ad chinonẽ copiis cũ inde magnis itine/
ribus ferre opem obſeſſis cõtendit: cognito eius aduentu anglus relicta obſidione tra
iecto ligeri qnquaginta eo die miliaria fugiens cõfecit. Fugato anglo reliquas arces &
ipam andegauiam ludouicus recepit: dirutoq; caſtello belloforti & terris uicecomitis
Moncotorũ caſtellum
touardi uaſtatis: muros quibus andegauiã anglus muniuerat diſſipauit: nec mõcotoro
abſtinuit: quod fundo tenus dirui iubet. Filio in pictauia bellum gerẽte philipp⁹ poſtq̃
accepit othonẽ multis militum millibus apud uallẽcinas caſtra habere ut ferrãdo cæ/
Tornacum
teriſq; francorum perfugis auxilio eſſet: exercitum cogit: & per flandriam ducens cum
omnẽ fere regionẽ diris incurſionibus uexaſſet: tornacũ proficiſcit̃ a comite ſcti pauli
& fratre garino qui hoſpitalarii ordinis erat ex hoſtium poteſtate paulo ante receptã.
At agẽte tornaci philippo nũtiat̃: othonẽ qntũ ex uallencinis ad mauritaniã decẽocto
Otho ĩpator cum copiis
milliaribus tornaco diſtantem conſediſſe. Quem adoriri cupientem regem proceres
dehortati ſunt: propter uiarum qua incedendum eſſet anguſtiam. Ingreſſus poſtea in
hãnoniã frãcus terrã omnẽ magnis incõmodis affecit. ꝓpterea ꝙ eius terræ dñs in nu
mero hoſtium habebat̃. Redeũte tornacũ philippo: ubi paucorum dierum quiete mi
litem ſeq; recrearet: accepit othonẽ inſtructis aciebus aduentare. Eodẽ die ſiue fortu/
na ſiue deo ita uolẽte uicecomes melduneñ. & frater garinus cũ leuis armaturæ mille
militibus iter quo hoſtis ueniebat eũtes in tumulum qui extra militarem uiam erat
abierunt. unde proſpicere longe lateq; poſſent: ſi quis hoſtis appareret. Viſo hoſte qui
inſtructiſſimo ordine accedebat: maturãt ad philippũ deferre othonis aduentũ. Tum
Philippus aduerſus othonem
militẽ in armis ſtare philippus iubet. Vocatoq; procerũ cõuentu: conſiliũ fuit paulo ul
tra progredi: ut quid ſibi hoſtis faciendũ inſtituiſſet exploratũ certius haberet. Erat in
ter utrũq; exercitum riuulus non adeo magnus q̃ traiectu difficilis. Quo ſuperato ho/
ſtis tornacum adire ſimulat. Sed contra ſentiens garinus ſuadet aut prælio conferẽdũ



aut cum ſumma ignominia abeundũ eſſet. Igit̃ procedẽtibus uſq; ad pontem bouinũ
francis: cum laſſus rex ſub fraxino arbore obdormiſſet: & ad clamorẽ ſuorum quos in
ultima acie hoſtis inuaſerat expergiſceret̃: ſacellũ quod proxime diuo petro dicatum
erat ingreſſus: breui precatione habita tam hylaris in equũ cõſcendit: q̃ ſi ad cõuiuium
inuitatus extitiſſet: atq; ita in primã aciem progreſſus militi animos dedit. Otho uero
rege inſpecto: ſuos a uia ſubducens: agrum qui ſeptẽtrionẽ uerſus erat occupauit. Qua
re factũ eſt: ut ſolem meridianũ præ oculis hoſtis haberet. Diſpoſitis in acie frãcis: phi/
lippus in hac ſentẽtia locutus eſt. Viri cõmilitones ſpem capim⁹ rei bene gerẽdæ: præ
Orõ philippi ad milites
ſertim qui aduerſus ſacris interdictos & eccleſiæ ſpoliatores pugnã ſuſcepimus. Et nos
tametſi per fragilitatis humanæ tenuitatẽ pc̃tores ſumus tñ cõionẽ tenemus fidei & in
ſtitutionis catholicæ. Quare bono animo eſtote & progredimini in hoſtem uiriliter.
Dabit deus in ſe ſperantibus uictoriam. Ad hunc modum paucis cũ locutus rex eſſet:
impartita militi benedictione: ſignũ pridie nonas iunii bello dat. Itum ẽ in hoſtẽ & pu
gnatũ incredibili uirtute. In flãdrẽſes primus a ſueſſionẽſibus impetitus fuit ſubſequẽ
te petro remigio campanoꝝ ductore: qui galterũ de guiſtella & buridanũ captos abdu
xerunt. At galterus ſancti pauli comes & comes bellomõtẽſis cuneo facto acies hoſtiũ
irrũpunt obuios quoſq; feriẽtes: ita ut penetratis aciebus iterũ in cõfertos hoſtes pari
gloria reuerterent̃: ad quos ſe cõferẽtibus magna uirtute francis: egregiam inter illos
operã nauauerũt eudo burgũdus mattheus momorentianus galterus de ſancto paulo
hugo de marolio cuius ptãti ferrãdus flandrẽſis a frãcis interceptus ſe permiſit ſuis uel
fugatis uel occiſis. Ferrãdo capto tota belli moles in othonẽ incubuit qui philippo ꝓ/
Ferrãdus flã/drus capit̃
cul inſpecto: in eum ſe ꝓrumpens intercurrẽtibus q ad regis cuſtodiam deputati erãt:
ægre ſe defendit: atq; equo quẽ inſidebat ſauciato: e prælio cedens cum alterũ equũ
recepiſſet aufugit. Othonis uero pedites qui inter equites dilapſi erant: philippum
ab equo deiiciũt: ita ut opera galli de montigniaco & petri criſtaldi difficillime fuerit
Otho fugit
periculo liberatus. hoſtes aũt poſtq̃ othonẽ fugiſſe cognouerũt. animis deſtituti com
pluribus occiſis fugientẽ dñm ſecuti ſũt. relicta ĩpatoria aquila quæ draconis ſimu/
lachro alte ſuperpoſita curru uehebat̃. Fugiẽtibus alemãnis reginaldus comes q ſuos
ſeorſum continuerat: prælium inſtaurans vulnerato ꝑ ylia equo captus eſt. Supererat
Reginaldus bolonieñ. capitur
ex toto othonis exercitu brabantinoꝝ turma ſeptingentoꝝ armatoꝝ qui deſperata ſa
lute: utcũq; poterant præliabant̃. Quos poſtq̃ philippus proſpexit: miſſo cum duobus
expeditorum milibus thoma de ſancto ualerio: omnes aut capti aut occiſi ſunt: cũ niſi
unum ex ſuis tñ recenſito numero thomas deſideraſſet: qui tñ inter cadauera occiſo/
rum ſaucius repertus eſt: & deĩde chirurgorum ope curatus. In othonis exercitu mille
quingenti equites aurati: inferioris uero ordinis & peditũ centũquinquaginta millia
(ſicut ex captiuis cognitũ eſt) fuerunt. Hoſtibus ſuperatis cum fugientes miles frãcus
perſequeret̃: ueritus rex ne diſſipato exercitu uel captiui effugerẽt: uel receptis uirib⁹
hoſtis nouam aliquam cladem importaret: receptui cani iubet: atq; ita receptis poſt in
ſignem uictoriam militibus captiuos per diuerſa franciæ loca in carcerẽ mittit. Regi/
naldum uero bolonienſem peronæ cathenis uinctum ſeruat. Ferrandum flandrenſem
pariſium deducit: atq; in turre quam luparam uocant includit. De huius ferrandi for
tuna cum mater quæ portugalla erat arioloſ & diuinatores conſuleret inſequẽs reſpõ
ſum habuerat: rex in prælio cadet pedibus hoĩm atq; equorum calcatus: nec ſepeliret̃:
ferrandus a pariſiacis iocũdiſſime excipietur. Quo oraculo ſtolida mulier decepta. ſe
cus ac ſperabat pro regni dyademate filii carcerẽ accepit. Reuerſo in franciã philip
Pro dyademate carcerẽ ferrandus accepit
po: pictaui qui cõiuratione cum hoſtibus facta domi ſe cõtinuerant belli exitum expe
ctantes cum uictorem philippum pertimeſcerẽt: per uicecomitẽ touardũ ueniã impe/
trant. Et iohãnes anglus miſſis ad regem legatis roberto apoſtolico cardinali et re/
nulpho linceſtriæ comitem quinquẽnes inducias cum philippo firmat. Cum hec in pi
ctauis geruntur ferrandi uxor ad regem de uiro ſollicita uenit. Offert ferrandi loco de
poſituram ſe obſidem gauffridũ brabantini ducis filium: ſoluto pro ferrãdi & ſuorum
captiuorum redemptione iuſto precio: ſe quoq; arces per flandriam atq; hanoniã de/

ſolaturam quas rex dirutas eſſe præciperet. Ad hunc modum fœmina maritum & ca/
ptiuos liberauit. Eodem tempe quo philippus othonem uicit: ludouicus de pictauis
Victoriæ Monaſteriũ
uictoriam obtinuit. Quoꝝ beneficioꝝ gratia rex qui in deum omnia referebat mona/
ſterium quod uictoriã appellauit prope ſiluanectũ ædificat: aſſignatis largiſſime ãnuis
prouẽtibus iis qui in eo miniſtraturi erant cœnobitis. Rebus in francia fœliciter cõ
poſitis: Ludouicus grandi exercitu contracto & claſſi impoſito in angliam traiecit.
Ludouicus ĩ ãgliã copias ducit
Londoniiſq; a ciuibus exceptus paucis diebus inſulam recepit: iurãtibus in uerba ei⁹ re
gni proceribus. Quare cognita iohannes fugiens breui poſt tempe morte eripit᷑. Cui
proceres iuriſiurãdi cõtemptores (relicto ludouico) henricũ iohãnis filium ſufficiũt.
Igitur angloꝝ perfidiã execratus ludouicus quindecim marcharum argẽti millibus ab
henrico acceptis in franciã integro exercitu ſe recepit. Philippus uero cum uetulus
eſſet & annos tres & quadraginta regnaſſet anno ſalutis. M.ccxxiii. uita exedens apud
ſancti dyoniſii ædem magnificẽtiſſimo ſepulchro cõdit᷑. Rex proculdubio geſtorum
magnitudine memorabilis qui cũ ab initio ætatis adeodatus appellaretur: auguſtus
quoq; dictus eſt: tum ꝑpter eius egregiã ſanctãq; uirtutẽ: tum quia adeptũ regnũ auxit
Reliquit præterea ex teſtamẽto tercentũ mille pariſień. librarũ in ſumptus hieroſo
lymitani belli: quæ pecunia hieroſolymoꝝ regi iohanni qui tũ aderat compoſtellam
deuotionis cauſa profecturus annumerata eſt. Millia iuſuper cẽtena domui hoſpitali.
Almarico mõtifortenſi totidem qui terræ albigenſiũ præfectus erat. Paupibus millia
uiginti. Sũt q minus a philippo legatũ eſſe tradunt: ſed ego hyſtoricũ gallum ſecutus
plus fidei franco q̃ pegrino autori dandũ ſum arbitratus. Addidit ad dyanoſianoꝝ mo
nachorum numerũ triginta cœnobitas qui ppetuo rem diuinã pro ſe deo exſoluerent
Anno quo deceſſit uiſus eſt in occidẽte cometa cũ anno ſuperiore luna ab intempeſta
nocte uſq; ad inſequẽtis diei crepuſculum defeciſſet.

## Eiuſdem compendii Liber ſeptimus.

P
Oſt philippũ regni gubernacula ſuſcepit ludouicus ſextũ & trigeſi/
mũ agens annũ. Hunc tradunt auctores caroli magni gen⁹ in reges
frãcos per matris cognationẽ rettuliſſe. Carolus em̃ ludouici quarti
filius a quo hugo cappetus regnũ ſuſtulit: emengardã filiam comiti
namurcẽſi uxorẽ dederat ex qua ſuſcepta prole uirili balduinus hã/
nonień. comes natus eſt qui yſabellã ex ſe genitã huic de quo ſcribi
mus ludouico matrimonio copulauit. Putant hoc facto francis plus
nobilitatis ad reges qui inde prognati ſunt proueniſſe: quaſi a prima origine perſeuerent
in poſteris mores & uirtus. Sed ut in cæteris aĩantibus atq; in plãtis ita in hoĩm genere
contingit. A forti ĩbecillis equus: a fructifera arbore ſterilis plærunq; enaſcit᷑. Nihil em̃
Pictaui rebellant
natura fert quod tempis acceſſu a ſtirpe nõ degeneret. Adepto regno ludouicus cũ
pictaui parere detrectarẽt: anglis fauẽtes ducto ad niortum arcem exercitu eã obſedit:
in qua præſidio erat ſauaricus mauleonus cum non inualida anglorum manu. Qui
poſtq̃ aſſidua oppugnatione ſe premi uidet: impetrata cum ſuis abeundi libertate dedi
tionem fecit. Itum deinde eſt ad ſanctum iohannẽ quod incolæ dangeli uocant. Cuius
oppidani regis potentiam formidantes ludouico occurrũt: atq; ut dominũ ſuum & re/
gem reuerentur: recipiuntq;. Tam proſpere ſuccedẽtibus ſibi rebus: rochellam ma/
Rochella
ritimũ ĩ pictauis oppidum & idem munitiſſimũ: quo ſtatio eſt nauium quibus merces
mari important᷑: petit. ubi (quem ex niorto abiiſſe memorauimus) ſauaricus mauleo
nus erat multis anglis ſtipatus. Poſtq̃ continuis decem & octo diebus oppugnatio fa/
cta eſt: orta inter mauleonum & anglos ſuſpitione de dedendo oppido mens ſauarico
fuit: ne (ſubeunte diſcordia) in poteſtatem hoſtis ipe nolens incideret. Salute a ludo/
uico impetrata: abeunt in angliam omnes. Fama perferẽte rochellã a francis poſſi
deri: lemouicenſes & petragorici ad ludouicum ueniunt imperata facturi. Quibus in
Sauaricus mauleonus
fide receptis & rochellæ impoſito firmiſſimo præſidio: franciã repetiuit. Sauaricus
uero cum ad anglum regem ueniſſet: multis indiciis cõiectans ſe regi eſſe ſuſpectum:
& ſibi parari inſidias Clam ex anglia ad ludouicũ ſe contulit: a quo indulgẽter recept⁹



fidem debitæ ſubiectionis regi præſtitit. Ea re cognita rex anglus tributo a clero an
gliæ collecto: richardũ fratrẽ in aquitaniã cum trecentarũ nauiũ claſſe mittit. Qui pri
Sanctus macharus
mo appulſu ad ſanctũ macharũ caſtra ponens: arcem ui expugnat atq; oppidum quod
arci iunctũ erat diripit. Cognito richardi in aquitaniã aduentu: ludouicus unũ ex ma/
reſcallis (id enim nomen eſt officii eius qui parte aliqua bellicis rebus præeſt) ad/
uerſus anglos cum copiis ꝓmittit. Francis in terrã dñi bergeraci irrumpẽtibus agroſq;
populãtibus: richardus relicto caſtello cui rochellæ appellatio eſt: quod & ipe obſide
bat: rebus ſuis diffidens in angliã claſſem reduxit. Per id tempus balduinus quidam
Pſeudo flandriæ comes
auſus ſe mentiri balduinũ flandrenſem eſſe qui ex cõſtantinopoli græcorum perfidiã
cum aufugiſſet a flandrẽſibus exceptus eſt: reiecta comite muliere profecto ſapiente:
quæ ad ludouicũ querulosa ueniẽs permouit regem peronã proficiſci. Quo ſimulato
rem balduinũ ad ſe euocatũ: cum multa rogatus uel ſuperbe reſponderet: uel nulla de
ſe uera indicia exhiberet: tertio inde die regno abſcedere ludouicus iubet. Abiẽs men
dax homo uallicenas poſtq̃ a ſuis ſe deſertũ intelligit: burgundiam ſpecie mercatoris
aſſumpta: a neſcio quo milite agnitus: ad comitẽ deductus eſt: quẽ in ergaſtulo mul/
tis cruciatibus affectum furcæ illaqueatum ſerui dominæ comitis ſtrãgulauerũt. In
terea romanus a põtifice gregorio nono legatus pariſii ſacerdotum conuentu habito
rege cum multitudine procerum conſidente de albigẽſium hæreſi atq; pertinacia que
ſtus regem & qui concilio aderant excitat crucem aduerſus hæreticos pro dei religiõe
ſumere. Ipſeq; romanus complures ſua manu cruce ſignauit. Anno inſequenti q erat
chriſtianæ gratiæ ducẽteſimus uigeſimuſſeptimus ſupra milleſimum ludouicus & qui
cum eo cruce dñica inſigniti erant ad bituriges cõueniunt inde nyuernum lugdunũq;
prætereũtes auinionẽ prouinciæ nõ cõtemnendã urbem petunt: quæ ſeptimo iã anno
interdicto eccleſiaſtico damnata: ab hæreſi non reſipuerat. Quam cũ ludouicus pacto
Auinio circũſidetur
ciuibus interpoſito nullo incõmodo eam affecturã ſed ultra profecturum: portas regi
occludunt. Qua accepta iniuria ludouicus auinionẽ circũuallat. Ea obſidio cũ a kalen
dis decembribus ad mediũ auguſtum cõtinuata nõ ꝓcederet fortiſſime ſe tuẽtibus hæ
reticis: telis & ſcorpionũ mille ſexcenti ex noſtris periere. Inter quos guido ſancti pau
li comes ſtrẽnuus eques & bellicarũ rerũ peritiſſimus: & lemouicarũ ãtiſtes intempti
ſunt. His incommodis acceptis ludouicus iurat ſe nunq̃ niſi urbe recepta inde abiturũ.
Cognita regis indignatione & conſtantia: ciues duos ad eum de primoribus ciuitatis
mittũt: qui ſe ciuitatẽq; poteſtati ludouici atq; romani legati pmitterent. Rebus cõpo
ſitis ludouicus urbem ingreſſus: foſſas ciuitatis terra expleri ad ſummũ imperat. demũ
trecẽtis præclaris ædibus muriſq; ad ſolũ exciſis: ciues ab interdicto romanus laxauit:
ordinato illic epo petro corbio erudito hoĩe q ex cluniaci cœnobio erat. Auinione re
cepta rex tholoſam ad quartũ uſq; lapidem peruadens deſiderium cepit franciam re/
uiſendi. Atq; ita cura rerum prouinciæ ymberto de belloioco qui eum genere attinge
bat deputata: in franciam uenit. Vbi paruo tempore immoratus ad mõpenceriũ cum
feſtinus reuertiſſet ægrotauit. & ſecũdo idus nouẽbris defunctus eſt: rex p oẽm uitam
cõtinens: & qui nullius præter propriæ cõiugis cõcubitu uſus fuiſſe perhibet᷑. Ex mon/
penſerio ad ſanctum dyoniſium elatus iuxta philippi patris ſepulchrum humatus eſt.
Eius mortem merlinus uates ãglus hoc uaticinio uiſus eſt præſignaſſe. In monte uẽti
morietur leo pacificus.

L
Vdouico ſuffectus eſt ludouicus filius annos duodecim natus: quẽ in blãchæ
matris tutela pater reliquerat. Eius erudiendi ſollicita mater curam ſine inter/
miſſione adhibuit: ita ut uigili ſtudio elaboraret chriſtianis illũ inſtitutis præ
clariſq; moribus educari. Deputatis ad id negociũ religioſis hoĩbus ordinis præcipue
prædicatoꝝ atq; minoꝝ. Quoꝝ diſciplina ita didicit uitæ ſanctimoniã amare: ut illo tẽ
pore nemo religioſior ſit habitus. Regni dyadema a ſueſſionũ antiſtite apud remos
ad calendas decembris ſuſcepit: orbata p hos dies eccleſia remoꝝ paſtore. Sed theo/
Cõiuratio in ludouicum
baldus campanus: petrus mauclericus britonũ dux & hugo marchiæ comes ꝓpter non
idoneã ad regnandũ ætatem parui habẽtes ludouicũ: cõiuratõe facta a rege deficiunt.

Atq; ante om̃s mauclericus duas munitiſſimas arces ſanctũ iacobũ de beurõ atq; beleſ
mũ impoſito ad præſidiũ milite occupat: quas a patre dũ ad albigẽſes proficiſceret̃ du
ci cuſtodiẽdas tribuerat. Cõiuratione pateſacta nouellus rex ex m̃ris conſilio magnis
itineribus in britonẽ ducit. At theobaldus cãpanus uiſo regii militis exercitu futuri ꝓ/
uidus neſciẽtibus ſociis ad regẽ cõcedens delicti ueniã impetrauit. Statimq; ludouicus
mauclericũ atq; hugonẽ per caduceatorẽ monet ad ſe ueniãt aut pugnãdi faciãt pote/
ſtatem. Cõiurati reſpõdent acceptiſſimã ſibi pacẽ cõcordiãq; eſſe: tm̃ dicat̃ cõuentioni
dies & locus: cũ de pace colloquiũ cũ rege habere poſſint. Apud chinonẽ cum die cõ/
dicto cõiurati nõ ueniſſent: tertio uocati: miſſis ad ludouicũ nũtiis ſpondẽt ſe uindoci
num uẽturos ibiq; ꝑ regis uolũtate ſe purgaturos. Quo reſpõſo placatus rex adoleſcẽs
tm̃ illis mandat ab iniuriis abſtineãt. Illi aũt regis benignitatẽ atq; indulgentiã contẽ/
Inſidiæ in ludouicum — ptui habẽtes: permultos regni proceres in ſuam ſententiã ducũt. Blanchã regis matrẽ
indignã dicẽtes: quæ tm̃ principatũ adminiſtret: nec decere illos fœmineo duci impio
His atq; aliis ſuaſi uerbis ꝓceres ſollicite explorant: quonã modo in ſuã ptãtem ludoui
cum a matre abducant. Iter per agrũ aurelianũ faciẽte rege: nuntiat̃ inſidias ſibi a pro/
ceribus poſitas eſſe. Eam ob rem retro inde cedens pariſium uerſus cũ ad montẽheriũ
ueniſſet: ad matrẽ pariſiũ agentẽ mittit. Quæ filio timẽs pariſios ad arma excitat: q col
lecta raptim ex agris hoĩm multitudine ad regẽ contendũt. Inſidiatores uero cognito
Bellũ ĩ theobaldũ campanum — pariſioꝝ aduentu ſilentes abiere. Igit̃ recepto rege: pariſii domũ reuertunt̃. At pro/
ceres ſuo inſtituto fruſtrati: in theobaldũ campanũ a quo cõiuratione pateſacta deſer
ti erant bellũ mouent. Obſeſſoq; oppido quod cahorſam uocant frequẽti populatiõe
companiã infeſtabant. Re ad ludouicũ per theobaldi nuntios delata: proceres primũ
rex admonet ab armis diſcedant. Qui regi nõ audientes mox ut acceperũt ludouicum
Marchiæ comes ad ãgloſ deficit — infeſto exercitu ad ſe feſtinare obſidione ſoluta: domũ quiſq; remeauit. Verum hugo
ſuæ in regem cõiurationis acer & diligẽs autor ad anglos traiicit. Regemq; admonet
tp̃s aduenire: cum ablatã ſibi a philippo normãniã recuperet. Ludouicũ quidem ado/
leſcentẽ nõ acceptũ nobilitati eſſe: quippe qui ipſis incõſultis & præter iuſtam ætatem
regnum adiuiſſet. Scire ſe: ſi anglus cum exercitu galliam petat futurum ut ſe adiutore
normanniã uendicet. His hugonis uerbis perſuaſus anglus claſſe inſtructa ad britones
Rex anglus — unacum hugone duce: q̃q̃ aſpera hyems eſſet adnauigat. Moxq; adiunctis ſibi britonũ
auxiliis uicinos britonibus agros incurſionibus populatiõibuſq; diſperdit. Quod poſt
q̃ ludouico nunciatũ eſt: Copias in ducẽ primũ educit: beleſmũq; arcem ptinaciſſime
prius obſidet q̃ inſolitis ãtea frigoribus hyems militẽ moleſtaret. Sed huic malo blan
cha ludouici mater remediũ attulit: iubet calones caſtris egredi & arbores cuiuſq; ge/
Blãchæ egregium factum — neris fertiles atq; infœcũdas ſuccidere: eaſq; cõſciſas ad caſtra importari. Quo nimirũ
facto tanta lignoꝝ cõgeries in caſtris fuit: ut magnis crebriſq; ignibus excitatis: hyber/
nus rigor nec militẽ nec iumenta offenderit. Prima oppugnatõe irrita: mareſcall9 mi
litum dum ſecundã oppugnationẽ parat: foſſores inſtituit qui cuniculis uiam in arcem
faciant. Ip̃e interea machinis diſpoſitis muros quatit: & ſimul militem oppugnationẽ
facere iubet. Tanta fuit lapidum uis: ut primaria arcis turre concuſſa nutaret: & muri
cuniculis perforati prope dilaberent̃. Quo periculo territi britones cũ nullũ ab hugo/
ne ſubſidium ſperarẽt ſe atq; arcem ludouico dedũt. Beleſmo ſuperato: anglus hugo/
nem increpat cuius ſuaſu bello ſe immiſcuit. atq; ita exercitu claſſi impoſito angliam
Haya pãnelli — repetiuit. Per idem tẽpus ii qui haya pãnelli incolebant: ad britones defecerunt. Sed
blanchæ iuſſu iohannes de uineis in eos copias ducens paucis diebus cõpeſcuit. Ludo
uicus britonum regionẽ ingreſſus ardonem atq; chancealũ ualidiſſimas arces cum ce/
piſſet ducem perterruit. Qui ad fratrẽ drocarũ comitẽ miſſis nũtiis orat regem ſibi cõ
ciliet: in ſe nullam moram fore quin impata faciat. Comes de ducis animo certus fact9
regem placat. Igit̃ datis obſidibus hugo iureiurãdo promittit nullo ſe unq̃ tẽpe arma
in regem capturũ ſed in fide cõſtanter permãſurum. Cum annos quattuor ludouicus
Regalis mõſ — bona uſus fortuna eſſet. Regalis mõtis cœnobiũ nõ procul ab yſara flumine extruxit:
collocatis in eo fratribus ciſtercieñ. ordinis. Interea dum circa cœnobii inſtitutionem



rex aĩm intẽdit: ſeditio inter ciues & pariſieñ. ſcholaſticos inſurgit: ita ut nõ nullis utri — Scholaſticorũ & ciuiũ pariſiẽſium diſſenſio.
q; occiſis cũ ſibi de iniuriis acceptis ſatis non eſſe factũ ſcholaſtici querunt̃: eo indigna
tio ꝓceſſit: ut de traſferendo ſtudio: hoc eſt ut vulgo loquunt̃ uniuerſitate: cõſultarẽt.
Quos etiam rex anglus francoꝝ ꝑpetuus & implacabilis hoſtis clandeſtinis nunciis ut
id facerent ſollicitabat. Daturũ ſe illis dicens (ſi oxonã tranſirẽt) domos ad diuerſan/
dũ libertatẽq; atq; priuilegia conceſſurũ. Sed ludouico cura fuit ſcholaſticos contine/
re: ne nobile regnũ litterario ſplendore priuaret̃: quẽ diuus carolus magnus autore al
chuino pariſii locauerat. Nam ante id tp̃s nulla ſcholæ conuentio apud pariſios fuerat
inſtituta. Quare miror quoſdã doctrinæ ſibi ſcientiã arrogantes iactitare ab athenis di
uum dyoniſiũ aryopagitam ſecutã ſcholaſticorũ multitudinẽ romam primũ: deinde
pariſiũ demigraſſe. Cuius rei ueriſimilitudinẽ nullo uel græcæ locutionis uel collegii
uel eruditi hoĩs ueſtigio cõfirmãt. Nam ante caroli magni ætatem apud pariſios ſcho
laſticorũ conuentũ fuiſſe nemo ſcriptorũ prodit. Alioquin ex ſcotia uenientes bedæ
diſcipuli parienſis ſcholæ autores fruſtra fuiſſent a carolo conſtituti. Erat comiti ꝓ/
uinciæ filia margaretha hãc ludouicus a p̃re acceptã uxorẽ duxit. Curauit quoq; rober
tũ fratrẽ terris atq; uxore donare. Nã artheſiũ atrebatẽq; illi attribuit deſpõſata mathil
de brabantini ducis filia. Dum hæc gerunt̃: federicus ſecũdus romanus imperator ꝑ
nuncios ludouicũ orat: ad uallicolorẽ uenire nõ recuſet. habere ſe q̃ illi cõicata eſſe ue
lit. Ludouicus delectu militũ habito: cũ ad locũ ꝑueniſſet (federico ægritudinẽ ſimulã
te) in franciã ſe conuertit. Creditũ eſt imperatorẽ fallere regem uoluiſſe: ut ſi cũ pau/
cis adueniſſet cõpræhenſum abduceret. Per hos dies balduinus bizantinus impator
ludouico coronã chriſti ſpineã dono dat: quã religioſiſſimo receptã apparatu ex uicẽ/
nis ad dyoniſianũ cœnobiũ portari iubet. Comitantibus ſe fratribus roberto alphõſo
caroloq;. Nec multo poſt tp̃e ludouicus cognito ꝙ balduinus rerũ inops bonã dñicæ — Crucis chriſti partẽ cum ſpongia & lãceæ ferro pignori obligatã ludouicus liberauit.
crucis partẽ cũ ſpongia & lanceæ ferro q̃bus dũ cruci affixus chriſtus eſſet potus & con
foſſus fuerat pignori obligaſſet ingenti pecunia recepta: Ludouicus ꝑ balduini aſſenſũ
diſſoluto ære ſacroſancta dñicæ paſſionis monimẽta in regio apud pariſios ſacello cõ/
dit: inſtitutis ibi ad dei cultũ miniſtris. Deinde obſtinatis in ꝑfidia albigẽſibus cum
multis militẽ francũ iniuriis afficerent: accito iohanne bellomontenſi rex illi imperat
copias in hæreticos ducere. Audiens regio dicto iohannes exercitũ educit: atq; in pri/
mis arcẽ q̃ mons regalis dicebatur expugnat deinde aliis atq; aliis locis intra paucos
dies receptis rebellẽ hæreticum domat & pœnis afficit. Igitur rebus fœliciter expletis
poſtq̃ ad regem uenit magnis muneribus donatus eſt. Eodem tp̃e mortuo nauarro — Theobaldus cãpan9 nauarræ rex.
rum rege: theobaldus campanus eius frater in regem a proceribus aſſumit̃. Qui breui
mora interiecta collecto ex ſuis atq; francis non contẽnendo exercitu in aſyam ꝓfici/
ſcitur: aĩo rebus chriſtianis opem cõferendi. Sed laſciuientibus & prædis intẽtis gallis
neq; theobaldo regi parentibus: res male ꝓceſſit. Non receperat adhuc paternæ hæ
reditatis alphõſus ludouici frater portionẽ. Comitis tholoſatis filiã ludouicus illi uxo
rem dat: cũ pictauiæ atq; aluerniæ portione: & ea parte quã in albigeſio tenebat. Mox
uocato regis iuſſu comite marchienſi: q fidẽ alphonſo ſubiectionis iure præſtaret: de/
hortante uxore q̃ angli regis mater erat: ad anglos contẽpto alphonſo comes defecit
Apud quos multa fingens quaſi ſuis eſſet poſſeſſionibus a ludouico eiectus: ꝑmouit re
gem exercitũ in gallias traducere. Ea re cognita ludouicus copiis coactis in marchiam
expeditionẽ ducit. Monſterolũq; & bergam arces munitiſſimas occupat. Bergam aũt
prorſus deſolauit. Nec moratus ſonceũ ubi gaufridus liſignianus erat circunſidet: quẽ
& paulopoſt nonontum ui expugnat. At mater angli regis uxor comitis marchiani — Veneno ludouic9 appetitur.
poſtq̃ ludouicum uidet ſuperiorem atq; potentiorem bello eſſe: ueneno regem inter/
cipere tentauit. Sed uenientibus in ludouici caſtra iis quos uenefica mulier ad perpe/
trandũ facinus inſtituerat cum depræhenſi fuiſſent puluerem in cibos regios iniicere:
furcis appenſi ſtrangulati ſunt. Quæ res adeo anglæ mulieri indoluit: ut conciſcere ſibi
mortẽ tentarit. Sed a ſuis impedita perpetua ægritudine laborauit. Cũ ad hunc mo
dũ regis fortuna in dies melior eſſet: & multi ad eum auxiliares iugiter aduenĩẽtes: ad

fontanetũ arcem ꝓgreſſus eã obſidione cingit. Eſt aũt arx in medio fluento altis turri
bus & muro duplici extructa: quã ii qui intus erant diligenti opa defendebant: ita ut a
noſtris parũ dãni acceperãt. ideo rex turrim ligneã erigi impat ad eã altitudinẽ: unde
in arcem ꝓſpectus eſſe: & lapides telaq; iaci poſſent. Sed ĩ turrẽ iniecto ab obſeſſis igni
machina cõflagrauit. in ea oppugnatione pictauẽ. comes graue in pedẽ vulnus acce/
pit. Quã obrẽ ludouicus oppugnationẽ redintegrat tanta militũ cõtentiõe: ut alii por
tas cremarẽt: alii funibus & ſcalis in muros ſcanderent. In arcẽq; ad hunc modũ irrum
pentes eã cũ comitis marchiani filio & equitibus quadraginta peditibuſq; octoginta
captã ſolotenus imperante ludouico diruerint. Fontaneto deſolato: uillarium mox
quod ad guidonẽ rupefortenſem ptinebat: q marchiani comitis partiũ erat deſtruxit.
Idem & aliis cõpluribus fecit: donec in conſpectu hoſtiũ caſtra metatus eſt. Apud talli
burgũ hæc gerebant᷑: & erat charentũ flumen traiiciendũ. Ponte igitur facto cũ franc⁹
ptranſiſſet: frumentatores: xantonas uerſus pabulantes cũ oĩa p agrũ xantonum corri
perent marchianus comes in eos ꝓgreditur. Sed ludouicus nihil cunctatus auxilio fru
mẽtatoribus affuit. Primoq; regis incurſu ſeneſcallus comitis ſignifer interemptus eſt
moxq; redintegrantibus præliũ regib⁹ præliatũ eſt diu atq; ferociter. Ceſſit tñ anglus
retro: & pedem referre cœpit. Henricus autẽ cognita ſuorũ fuga xantonas petit. In eo
Henric⁹ xantonas petit.
prælio multis occiſis: capta ſunt hoſtiũ duo fere millia: Cũ hẽricus xantonas ſe rece/
piſſet: in ſequẽte nocte receptis quot poterat ex fuga militib⁹: portas ſibi aperiri iubet
ſimulans in francos ducere quos inopinantes & heſterno labore defeſſos interciperet
Sed cõuerſo itinere blayam ꝓfectus eſt. Quocirca xantonibus animus fuit ludouico ſe
dedẽdi. Quos imitatus eſt reginaldus põtii dñs: uenit & ad regẽ maior natu filiorũ co
mitis martiani: mandatis pariturus. Cui pax in hac formula conceſſa eſt. Quæcũq; bel
li iure de comitis poſſeſſionibus rex haberet: ea comiti pictauorũ alphonſo forẽt. Ipſe
Marchiæ comes ad ludouicũ uenit.
uero arces meſſinũ cretoyã atq; eſtardiũ ſibi retineret. Cognito quid filius apud regẽ
effeciſſet: comes pater aſſumptis uxore & reliquis liberis ad regẽ ueniens ad pedes ei⁹
ꝓſtratus q̃ conuenta erant roborauit: fidelitatis iureiurando interpoſito. Pacata ad
garõnã uſq; aquitania: henricus blayam deſerens cũ richardo filio burdegallã traiecit.
Vnde miſſis ad ludouicũ de induciis nunciis: eas ægre obtinuit: reclamantibus ꝓceri/
bus frãcis: quos in aſia richardus ignominioſe habuerat. Per idem tp̃s federicus im
Innocentius quart⁹ lugdunũ uenit.
perator germanus romanæ eccleſiæ aduerſabat᷑. Cuius tyrannide preſſus pontifex ro/
manus innocentius quartus lugdunũ delatus: regẽ p nuncios orat: ad ſe uenire nõ tar
det. Verũ ĩpediente morbo: cũ apud pontiſarã diu decubuiſſet: pontifici morẽ gere/
re non potuit. Eius morbi cũ nullũ a medicis remediũ eſſet: deo oĩa attribuens ludo/
uicus crucẽ dñicam ſibi aſſumens: rebus hieroſolimitanis ſubſidiũ ferre illoq; expedi/
tionem ducere uoto ſe aſtringit. Recuperata ſanitate rex cluniacũ ad innocentium ſe
Beatrix uxor caroli Ludouici fratris.
contulit. Apud quẽ dies quindecim de hieroſolimitanorũ rebus conſulens: pontifica/
li tandẽ benedictione ſuſcepta in franciã rediens beatricem reginæ ſororem fratri ſuo
carolo deſpondet: andegauiãq; atq; cenomaniã attribuit. Memor deinde uoti: paratis
q̃ ad hieroſolimitanã expeditionẽ pertinebant pariſios adiens: relicto alphonſo fratre
qui una cum blancha matre regnũ adminiſtraret lugdunũ contendit: ubi federicũ ti/
mens innocentius agebat. Salutato põtifice ludouicus iter ingredit᷑ & mari apud aquã
Ludouic⁹ ad cyprũ appulit.
mortuã ubi claſſis parata erat conſcenſo cyprum appulit: ubi hybernauit. Ad primum
autem inſequentis ueris tempus cũ apud cyprum nõ pauci ex franco exercitu morbo
interiſſent Ludouicus ſoluens in ægyptum proſpera nauigatione delatus eſt. Eſt da/
Damyata: q̃ & helyopolis.
myata ægypti urbs nilo adiacens quæ & helyopolis dicta eſt. Cum in urbis cõſpectum
claſſis adueniſſet: ægyptii per ripas diſpoſiti noſtros a continenti facile repellebant.
Sed deſilientes ex nauibus franci hoſtem damyatã repetere coegerunt. Poſitis nõ lõ/
ge ab urbe caſtris primores damyatani igne per muri circuitum impoſito: noctu aufu/
gerunt. At noſtri accepta illorum fuga: loco potiuntur atq; ignem reſtingunt. Ego au/
tem legationibus uolens abſtineo quas ab oriente ad ludouicum miſſas quidam ſcri/
ptores tradunt: quæ plus uerborum q̃ rerum ad rem geſtam pertinentium habent.



Damyata capta: ruderibuſq; atq; inquinamẽtis hoſtiũ purgata ciuitate: ritũ chriſtianæ
religionis legatus q in expeditione cũ ludouico erat ordinauit. Poſtq̃ a labore miles
ſe refecit ludouicus ad maſſerã quã pharamiã platina uocat exercitũ ducit quã nili pars
alluit. Dũ exercitus cõpoſito agmine ĩcedit: hoſtis noſtros ut poterat premebat: quo
cũ leuibus cõmiſſis præliis francus ſuperior euadens: tandẽ in inſula quã nilus ꝓxime
maſſeram efficit caſtra depoſuit: ubi uaria fortuna pugnatũ eſt. Nam tametſi hoſtis fu
ga & clade dãnificatus eſt amiſſo inter cæteros duce pharhardino: tamen ludouic⁹ plu
Robertus arthesii comes moritur.
rimis incõmodis acceptis: fratrem inſuper robertũ artheſii comitem amiſit. Nam cũ
poſt hoſtiũ fugam ſtragẽq; franci in caſtra ſe recipere debuiſſent: ipſi per agros palãtes
regionẽq; luſtrantes: hoſtem mox uiribus receptis in ſe conuerſum ſenſerunt. Quem
ægre ſuſtinentes: cũ in caſtra rediiſſent: a tergo inſecutus hoſtis caſtra oppugnare non
diſtulit. Sed inde ægregia noſtrorum defenſiõe repulſus eſt. Ad hæc incommoda gra/
uis quoq; peſtilentia & fames franco militi acceſſit. Ita ut rari integri eſſent. Eodẽ tpe
ingẽtibus copiis inſtructus ſoldanus maſſeram aduenerat. Qui cognita rerum præſen
tium conditione: poſtq̃ accepit ludouicũ ægrotare: & de reperẽda damiata conſilium
Ludouic⁹ capitur.
capere: ſuos in armis ſtare iubet: qui ſtatim iter agentibus noſtris irruentes: & regẽ ip/
ſum duoſq; eius fratres carolum & alphõſum cum reliquiis exercitus compræhendũt.
Eos uero qui infirmitate laborabant per nilum petentes damiatã ad unũ necauerunt.
Induciæ.
Ludouicum uero ſoldanus per ſuos medicos diligenter curare iubet. Curatum de in/
duciis alloquitur. Quæ his conditionibus firmatæ ſunt. Ludouicus millia octo bizan/
tiorum ſarracenoꝝ ſui redimendi gratia ſolueret: damyata ſoldano reſtituta: ſoldanus
uero quoſq; captiuos ex ægypto aliiſq; ſuæ poteſtatis locis liberos emitteret. Quæ ni/
Nota ludouici fidẽ & conſtantiam.
ſi impleta redderet: iurat alioquin ſe mahumetũ pernegaſſe. Eandem conditionem cũ
ſoldanus a ludouico de chriſto deo exigeret iuſiurandum religioſus rex exhorruit ne/
gatq; conſtãter id ſe facturum. Induciis datis ſoldanus a ſuis occiditur. Eo interempto
homicidæ ludouicum diſtrictis gladiis conuenientes petũt: pacta ſibi ſeruari quæ cum
ſoldano conueniſſent. Igitur annuente rege damyata hoſti dimittitur. demũ receptis
Fides ab hoſte uiolata.
fratribus & captiuis principibus rex dimiſſa ægypto in ſyriã uenit. Hoſtis uero de duo/
decim milibus captiuorum: tribus tãtum milibus reſtitutis reliquos uel trucidauit uel
mahumeti impietati conſentire coegit. Ludouico capto exercitati plæriq; adoleſcen/
tes: tanq̃ regem cuſtodia eximere ſperarent: conuenientes duce hũgaro: qui illis non
aliter q̃ epiſcopus præſidebat: magnam ſibi ſociorum multitudinem coegerãt. Atq; ita
per pariſios aurelianoſq; & bituriges profecti cum non furto non adulteriis abſtinerẽt
a biturigibus non longe a uico qui mortuum mare dicitur qua ad nouãuillam iter eſt:
Paſtorelli.
perempti ſunt. Hi enim paſtorellos ſe nominari uolebant. De qbus hoc diſtichon ſcri
ptum eſſe comperio.

M. ſemel: & bis. C. l. i. coniungere diſce.
Duxit paſtorum ſæua megera chorum.

At ludouicus in ſyria agens: ne repentino ſuo diſceſſu hoſtis pacta nõ ſeruaret: præ/
mittit in franciã fratrẽ pictauiæ comitem: q adminiſtrando regno operã cum blancha
matre daret Ipſe interim ut erat religioſiſſimus cũ ſydonem urbẽ peteret: chriſtianoꝝ
Rex pius.
cadauera q̃ per uiam inſepulta putidaq; iacebant: ſuis manibus ſepeliuit. Ioppem quo/
q; & alias per ſyriam dirutas & maritimas urbes muris turribuſq; muniuit. Peregrina/
tus præterea in ciuitatem nazareth atq; ad thabor montem: ioppen regreſſus eſt. Vbi
nuncio de matris morte accepto poſtq̃ debita deo pro matris animæ ſalute pſoluiſſet
poſt ſextum huius expeditionis annũ franciam repetere conſtituit: in quam angli in/
curſiones facere ſe parabant. Cum pariſium ueniſſet: conuentu generali habito rẽpu/
blicam reformauit: ſtatutis optimis legibus de iure a iudicibus dicendo: & de officiis
non emendis. De irreligioſis atq; execrabilibus iuramentis: de ſcortis quibus domos
& luſtra habere ad explendam libidinem interdixit. Vetuit præſides atq; p̃tores quos
Optimæ leges.
aut ballìuos aut præpoſitos appellant poſſeſſiones in territorio ſuæ ditionis dũ præfe
cturam gerũt: comparare. Liberos ſuos matrimonio copulare incolis ꝓuinciæ cui præ

ſidebant. Per id tēpus p̄fectura apud pariſios uenalis habebat̃: ſoliq; ciues precio illam
ſibi uel liberis ſuis cōparabant. Vnde fiebat: ut inopes premerentur opulenti oīa licen
ter agerent. Fures nullis pœnis afficerent̃. Hanc uenalitatē rex ꝓhibuit: conſtituto an/
Stephan⁹ boilleus p̄poſitus pariſiorū
nuo ſtipendio ei q p̄fectus eſſet. Atq; ita ſtephanū boilleū iuſticia atq; æquitate ſpecta
tū hoīem p̄poſitum inſtituit: q officium adeptus intra paucos dies ſtatū ciuitatis lōge
tranquilliorē reddidit. Interim dum rex palatio egreſſus audiſſet blaſphemū quē/
dam dei nomen iterū temere aſſumere: candenti ferro labra deierantis inurere iubet.
Erant in cœnobio diui nicholai laudunenſis adoleſcētes tres ex flandria nobiles di
ſcendi ſermonis franci gratia illic a parentibus poſiti. Hi laxandi animi cauſa arcu & ſa/
gittis deſumptis: cū in proximū cœnobii ſaltū proceſſiſſent: feramq; ultra monaſterii
fines pſequunt̃: ſiluæ cuſtodes ab enguerranno cōciaco conſtituti: adoleſcentes com/
Enguerranni cōciaci iniquitas.
præhenſos ad enguerrannū ducunt: quos nō ſecus ac alienæ rei inuaſores habitos pati
bulo appendit. Quare ad ludouicū p gillum brunū franciæ coneſtabilem delata (hoc
eñ eſt nomen eius q militiæ apud francos primus poſt regē præficitur) enguerrādum
ad ſe uocat: uenientē tametſi ludouicus ultimo ſupplicio plectere aīo cogitaret: flexus
tamē p̄cibus amicorū: quod apud regē multos habebat enguerrānus: decē illum mili
bus librarū pariſienſiū mulctauit: atq; triēnii exilio in ſyriā ire ibiq; opem aduerſus ſar/
racenos chriſtianis ferre imperat. Ex enguerranni mulcta hoſpitalē domū apud ponti
ſarā: apud pariſios dormitoriū fratrū ordinis diui dominici tecto cooperire: & minorū
eccleſiā extruere iubet. Et cū inopū atq; egenorū curā ſollicitiſſime gereret: iis q lu
minibus orbati eſſent locū pariſii aſſignauit ſacello atq; cellulis ubi habitarēt extructis
quē cæcorū locū appellauit. Eius quoq; impenſa complures religioſi cœnobia pariſii
ædificauerunt. ipſius ludouici opus eſt domus hoſpitalis ſecus ſequanæ littus prope tē
plum diuæ mariæ pariſieñ. Eſt p̄terea apud compendiū ſancti nicholai diuerſoriū ege/
norū. Eſt & rothomagi apoſtoli mathei cœnobiū: & apud longū campū monaſterium
monialiū uirginū diui franciſci regulā profitentiū. Attribuit quoq; diuerticulū penitē
tibus fœminis q̄ a libidine reſipiſcerent: quas dei filias appellauit. Cartuſiēſibus etiam
extra urbem ad ſancti michaelis portā monaſteriū dedit. Deduxit p̄terea ex mōte car/
Carmœlitæ.
mœlo uiros religioſos quos a mōte ip̄o carmœlitas dicimus. Quibus apud pariſios lo
cum eccleſiāq; attribuit. Huiuſmodi operum ſtudioſus rex alieni quoq; minime tenax
erat. Vnde uenientē ad ſe henricū angliæ regē ad annū ſalutis milleſimū ducententeſi
mum quinquageſimū nonū ſumma charitate excepit: dimiſſa illi aquitania: ea q̄dem
lege: ut normāniæ andegauiæ atq; cenomaniæ cederet. ob quas magnæ olim cōtētio
nes inter francos angloſq; extitiſſent & quas a philippo auguſto receptas frāciæ reges
ad eā ætatē poſſediſſent. Addidit quoq; lemouicenſes petragoricos & cadurcos. Agē/
nenſem uero agrū quē alphonſus eius frater nuptiarū lege tenebat ab anglo grādi pe/
cunia redemit. Adiecit p̄terea xantonū partem q̄ ultra charentā amnē eſt: retēta regi/
bus francis ſuprema ditione atq; poteſtate. Et ne timoratæ cōſcientiæ rex ſcrupulo tre
pidantis animi offenderet̃: quingentis militibus annuū ſtipendiū conſtituit: quos hie
roſolymā aduerſus chriſtianæ religionis hoſtem anglus mittere decreuerat. Firma
ta iureiurando inter reges pace: anglus in angliā tranſfretauit. Ludouicus miſſis ad ia/
Yſabella filia iacobi aragonū Philippo ludouici filio nubit.
cobū tarraconenſium regem nūciis: yſabellam eius filiā philippo filio uxorem impe/
trat. Atq; p has nuptias iacobus carcaſſonē urbē cū aliis q̄buſdam locis q̄ in ꝓuīncia te/
nebat ludouico reliquit. Ludouicus contra ruſſillionē cathaloniāq; de q̄bus cōtrouer
ſia agebat̃ iacobo p̄mittit. Eodem tp̄e manfredus federici imperatoris nothus ſiciliæ
regnū occupabat. Cui alexander quartus pontifex romanus cōione hoīm interdixit.
q̄ ſedē apoſtolicā infeſtaret: militantibus cū eo iudeis atq; ſarracenis. Præterea & qui
alexandro ſucceſſit urbanus quartus manfredi tyrannidē pſecutus: ludouicū per nun/
cios orat/feſtinet ad ſe mittere carolū eius fratrē andegauiæ ducē cui ſiciliæ utrūq; re/
gnū cū apulia & tarēto donaret: graue ꝓfecto incōmodū andegauorū familiæ. Cogni
ta pōtificis uolūtate: rex cōicato cū fratre cōſilio morē urbano gerendū eſſe cōſtituit.
Igit̃ plurima militū manu collecta: carolus aduerſus manfredū philippū mōtifortenſē



præmittit: q uiam romanā p id tempus a manfredi milite obſeſſam patefaceret. Subla
to p philippū uiarū impedimento: Carolus p lombardiā romā petere iubet: ip̄e marci/
liā ꝓfectus: inſtructa triremi: ducibus guillermo cornuto: & roberto de baſles peritiſſi/
mis naucleris oſtiā delatus: romæ tandē exceptus eſt. mox adepta ſenatoria dignitate
dyadema quoq; ſiciliæ regni (donante clemente urbani ſucceſſore) accepit annua q̄/
draginta miliū ducatorū penſione indicta: quā ſedi apoſtolicæ ſolueret. Additū quoq;
eſt: imperiū nō reciperet etiā ſi ad illud gerendū acceſſiret̃. Cum romaniā miles franc⁹
nondū attigiſſet: carolus romæ aliquot dies morat⁹ eſt. Recepto uero exercitu: & pō/
tifice ſalutato: cū ſancti germani arcē fortiſſimo præſidio defenſam expugnaſſet: i mā
fredū beneuenti agentē mouet. Cōmiſſo utrinq; prælio: manfredus occubuit: & bene
uentū ui receptū. Reliqua geſti a carolo in apulia belli non pſequor. Satis eñ illud cō
ſtat māfredo atq; conrardo ſuperato: Henrico itē hyſpanieñ. fugato: & apud montem
caſſinū p loci abbatē capto. & in carcere uincto: carolū regno eſſe potitū donec cōſtan
tia aragonū regina bellū aduerſus eū inſtaurauit. Dum hæc in apulia a carolo gerū/
tur: legatus a pōtifice romano ad ludouicū pariſiū uenit: qui regē ad hieroſolimitanā
expeditionē hortaret̃. Nullum negociū fuit ſua ſponte currentē ꝓmouere. Cōuocato Altera in ſyriā expeditio
eñ ex toto regno conſilio: poſtq̄ legatus rei chriſtianæ in ſyria ſtatū longa oratiōe pa/
tefecit: oēs pari uoto fidei cauſam amplectētes: una cū rege cruce ſe īſigniūt. Claſſe igi
tur apud aquas mortuas parata: rex cū tribus ſuis liberis Philippo Iohanne atq; Petro:
anno chriſtianæ gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimonono exercitū eduxit. Cō
dito prius teſtamento: regniq; adminiſtratione & cuſtodia ſymoni de nella & dyoni/
ſiano abbati matheo uindocinenſi p̄miſſa. Impoſitis claſſe militibus: cū in altū delati
ſunt: ægre p ſæuiſſimas tempeſtates ad ſardiniā inſulā appulerunt. Vbi recreatis iis qui
morbo affecti erant: cū reliquæ naues ex marcilia adueniſſent: thuniciū nauigare cōſi/
liū fuit: ꝓpterea q̄ eius terræ princeps miſſis aliquando ad ludouicū nunciis religionē
chriſti ꝓfiteri ꝓponeret ſi p procerū ſuorū uoluntatē cōmode poſſet. Hac ſpe adduct⁹ Thuniciū ludouic⁹ petit.
rex: cū non longe a carthaginenſi portu abeſſet: admiraldū cū aliquot nauibus p̄mittit
qui duabus tantū magnis in ip̄o portu nauibus uiſis: eas occupat: & militē in continen
tem educit: ſignificans regi opus eſſe maiore manu. Igitur ludouicus mouēs cū nocte
illa copias nauibus cōtinuiſſet: interim hoſtis littora armatis complet. Egreſſis tandē
in terrā noſtris: fonteſq; aut puteos quærentibus occurrit copiis potenter inſtruct⁹ ho
ſtis. Qui rametſi ſummis uiribus francos adoriretur: decem tñ milibus ſuorum occiſis Hoſtis ſarracenus fugit.
terga uertit. Re bene geſta claſſis præfecti ludouicū cōueniunt. Admonentq; cartha
ginē non magno negocio expugnari poſſe: ſi ad muros urbis copiæ promouerent̃. Ac
ceptis a rege copiis p̄fecti carthaginē oppugnare conſtituunt. Interea hoſtes eruptio/
ne facta: caſtra noſtrorū inuadunt. Sed caſtrorū mareſcallus educto in hoſtem milite:
inter urbem hoſtēq; ſuos locat: p̄fecti uero claſſis ſigno dato arcē aggrediunt̃ & capiūt
Arce a noſtris occupata ludouicus cū iis quos ſecū habebat mareſcallo ſe coniungit: at
q; ita ſarraceni uertuntur in fugam: multis eorū interemptis: multis etiam in abditiſſi/
mis ſpeluncis ſaluatis. Poſt habitam uictoriam rex carthaginem ingreſſus: thuniciū Thunicii rex
proficiſci diſtulit: donec carolus ſiciliæ rex ut promiſerat aduentaſſet. Et quia crebris
incurſionibus hoſtis exercitum uexabat: uallo foſſiſq; munire caſtra iubet. Ea re cogni
ta thunicii rex contracto numeroſo exercitu: ordinatiſq; aciebus ad maris littora pro/
cedit: ubi naues in anchoris ſtabant. At robertus artheſii comes primam hoſtiū aciem
promoto e caſtris milite: intercipit. Iohannes item cābellanus diuerſo a roberto itine
re ducens: ita hoſtes cōpreſſos dedit: ut eis paruam ſe tuendi poteſtatem relinqueret.
Elapſi tñ fugæ ſe cōmittunt: comitantibus iis q ex arce cū ingentibus ſpoliis aufugerāt Peſtilentia i exercitu francorum.
Interfluentibus poſt hæc paucis diebus: ꝓpter peſtilentes aquas & aeris intemperiem
morbus exercitū inuaſit: mortuiq; ſunt imprimis iohannes triſtanus niuerneñ. comes
& romani pontificis legatus: & plæbeii non pauci. Et ludouicus ip̄e uentris ꝓfluuio la/
borans: poſtq̄ ad ſe uocatū philippū filiū ſalutari doctrina admonuit: ſacris chriſtianis Sāctus Ludo
multa religione ac pietate perceptis: cinericio ſtrato decūbēs aīam efflauit: q p omnē uicus morit̃.

uitam ſingulari charitate pauperes curauit: ita ut quoq; die centũ & uigĩti inopes quot
tidiano alimento reficeret: præter alios qbus chriſti exẽplo pedes ipſe abluebat. Nec
horrori ſibi erat exulceratos fetẽti ſanie leproſos oſculari: & eos ad colloquiũ admit/
tere. De ludouici obitu incertus mihi autor hoc diſticon edidit: quod non tã propter
carminis uenuſtatẽ: q̃ ad piiſſimi regis memoriam hyſtoriæ coniunxi.
Anno milleno biſcentum ſeptuageno.
Tunis catholicus deceſſit rex ludouicus.
Mortui regis oſſa carne nudata ad ſanctũ dyoniſiũ elata ſunt & humo commendata.
Dum aũt a pariſiis funus effertur: fuere deſignatis locis ſtationes ubi pyramides cum
lapideis ſtatuis & chriſti cruce conſtructæ quæ ad hanc uſq; diem perſiſtunt. Eius tã re

Carolus ãdegauenſis ſiciliæ rex.

ligioſi principis plurima opera miraculis cõprobata leguntur & creduntur. Eo die
quo ludouicus mortem obiit: carolus ſiciliæ rex in caſtra francorũ uenit. Cui obuiam
procedentes primores exercitus: diſſimulato (ut poterant) mœrore: carolũ excipiũt.
Verum non ita facile dolor occultatur quin aliquo ſe indicio ꝓdat. Igitur carolus lan
guentem quandam procerum leticiam admiratus: mox qualiter ſe frater gerat percõ
tatur. Reſpondentibus illis regem quidẽ morbo affici: feſtinat carolus ludouicũ inui/
ſere: quẽ ut mortuũ cõſpexit: humi proſtratus cum breuẽ ad deum orationẽ emiſiſſet:
ſurgens a lachrymis temperauit: nec mœſticiæ ſignum prodens: bono animo eſſe reli
quos hortatur: ne ex dãno recenter accepto hoſtis ferocior eſſet: qui conſuetudinem
fecerat caſtra francorũ per dies quoſq; iaculis offendendi. Ad quartũ eñ lapidem e re
gione caſtrorũ noſtrorũ caſtra ſarracenus habebat. & q̃uis in noſtros intra uallũ ſe cõ/
tinentes tela eminus emitteret erũpentibus tamen francis nunq̃ prælii poteſtatem ho
ſtis exhibebat. Dũ his leuibus præliis aſſueti eſſent collectis demũ maioribus copiis:
munitiones francorũ obire & late per agrũ uagari ad oſtentationẽ cœperunt. Quã rẽ
aĩaduertentes franci: caſtris egreſſi in hoſtem pergunt. Et q̃uis paulo longius carolus
copias haberet: nihil tamen cunctatus: militẽ educit ſimulans fugam: ut hoſtẽ aliquo
aſtu falleret: quem inſecuti ſarraceni uelut fugientẽ cõphenſuri eſſent: carolum ſta/
tim in ſe arma uertere: & francos a tergo uenire conſpiciunt: ita inter duas acies inter/
ceptus hoſtis multa ſuorum clade accepta ad caſtra ſe recepit. Tria milia occubuiſſe il/
lic traduntur præter eos quos fugiẽtes mare deſorpſit: periere præterea complures in
foſſis quas in perniciem noſtrorum ſuperiniecto ſabulo ſarracenus extruxerat. Erat
inter hoſtium caſtra & thunicium maris ſinus quo in urbem commeatus affatim im/
portabatur. Hunc ut hoſti præcluderet carolus: accerſitis fabris lignariis ſpacioſam tur
rim ligneam ædificari & ad ſinus oram admoueri mandat. Quod poſtq̃ rex thunicii co
gnouit: coacto ex omni regno ſuo ingenti exercitu: aut terrere francum: aut omnino
perdere ſtatuit. Progredienti ſarraceno chriſtianus exercitus occurrit: fugatq; atq; per/
ſequitur. Deſtitit tamen longius abire: eo qꝫ laſſus eſſet miles: & inſidias ab hoſte po/
ſitas eſſe uereretur. Igitur in caſtra hoſtium conuerſus omnia diripit atq; incẽdit. Hãc
uictoriam grauis peſtilentia ſecuta eſt: a qua nec ſarracenus immunis euaſit. Quãobrẽ

Inducias rex thunicii a philippo petit.

adductus thunicii rex caduceatorem de pace ad philippum regem mittit. Induciarum
hæ fuerũt leges: impenſam omnem ꝑſentis expeditionis ſarracenus auro compenſa/
ret: annuũ tributum quod ſiciliæ regibus ſoluere tenebatur: carolo quotannis pende/
ret. Captiuos chriſtianos liberos dimitteret. patereturq; chriſti fidẽ in ſua gente p fra/
tres ordinũ diui dominici: atq; franciſci libere annunciari & doceri: neq; ſuos prohibe
ret ſacris initiari chriſtianis. Auri parte diſſoluta: decẽnes induciæ iuramẽto pactæ ſũt
Demũ parata claſſe & milite recepto: philippus per ſiciliam (ubi patris uiſcera in mon
te regali terræ ſunt religioſæ cõmendata) & inde per italiã in galliam ſe cõtulit: yſabel
la uxore in itinere defuncta: & nauarrorũ rege theobaldo apud drepanũ mortuo. Cũ
autẽ uiterbiũ philippus ueniſſet: diſſidentes de pontifice inſtituendo cardinales ad cõ
cordiam adduxit qui in theobaldũ leodienſem archidiaconũ cõuenerunt q gregorius

Rex philippus ſacratur.

decim⁹ appellatus eſt. Regni aũt dyademate remis a ſueſſionẽſi ãtiſtite adepto: uiro
mandiã artheſiũq; a roberto fratre inuitatus uiſere cõſtituit. Qui licet iter delitias ꝑ re



gia dignitate uerſaretur: tamen poſt amiſſam uxorem cilicio continenter uſus eſt. Cũ

Arminiacus comes.

autẽ tertiũ annũ regnaſſet: diſſidentibus ꝓ odium arminiaci comite: & girardo de caſa
bona: Philippus girardi cauſam tuebat᷑. Sed arminiacus ad caſambonã accedens mul/
tis opprobriis cũ girardũ laceſſiſſet: girardus iniuriarũ impatiens: caſtello egreſſus in
arminiacũ proſiliit: & comitis fratrẽ: quẽ imprimis occurrentẽ ſibi habuit necat. Quo
incõmodo affectus comes: accerſito in auxiliũ comite fuxenſi: in girardũ ad caſambo
nã progredit᷑. At girardus hoſtiũ poteſtatẽ ueritus: in caſtellũ quod philippi erat cum
uxore & liberis ſe recepit: regis auxilio implorato: cui ſe cauſamq; oĩs diſcidii permitte
bat. Verũ arminiacus fuxenſiſq; parui philippũ habentes: girardũ obſident. & caſtello
expugnato oẽs incolas occidunt: præter girardũ: qui clam forte fortuna aufugerat. Eã
rem grauiter ferens philippus: copioſo admodũ exercitu contracto fuxum petit: ubi ĩ
arce ſitu atq; arte munitiſſima multis ſatellitibus ſtipat⁹ comes agebat: ſecur⁹ loci quẽ
inexpugnabilem arbitrabat᷑. Ad quẽ cũ philippũ propter ſcopulorũ rigorẽ & uiæ an/
guſtiã ꝓxime caſtra admouere: nec militẽ ꝓmouere poſſet: rupem concidere: & angu
ſtias proferre inſtituit: nõ ſe inde abiturũ profeſſus: priuſq̃ arcẽ diruiſſet. Conſtantiam
philippi ſecũ reputans comes: nũcios ad regem mittit: q eũ ad oẽm obedientiã paratũ
eſſe teſtarent᷑. Iuſſus ergo comes ad philippũ ſupplex accedit: quẽ ĩ cuſtodiã miſſum
anno toto uinctum tenuit. Abductis inde uxore & liberis comitis philippus pariſiũ re/
petit. Exacto anno liberatus carcere fuxenſis comes poſſeſſionem omnem a philippo
recuperat. Eodem prope tempore ãno ſalutis milleſimo. cc. lxxii. patrum ſynodus
præſide gregorio decimo romano pontifice lugduni habita eſt: ubi de expeditõne in
ſyriam ducenda actum eſt. Ludouicus cognito pontificis aduentu: ad eum ſalutãdum
profectus poſtq̃ de chriſtiano ſtatu diu confabulati ſunt: tres lugduno finitimas arces
in poteſtate gregorii donec ſynodus ſolueretur permiſit: attributo inſuper ad pontifi/
cis cuſtodiam (non paruo numero) milite. Rediens lugduno philippus mariã iohan
nis borbonienſis filiam quia forma erat & pudicitia inſignis: duxit uxorẽ. Mortuo
deinde henrico campano nauarrorum rege filiam eius iohannam a matre ad ſe dedu
ctam in tutelam recepit: miſſo ad nauarros ſtephano belmarchio qui fidelitatis iura/
menta puellæ nomine a proceribus exigeret. Per idem tempus ferrandus caſtellæ
regis filius qui ex blancha ludouici filia duos liberos ferrandum & alphonſum ſuſce/
perat: moritur. Cuius morte poſt patris deceſſum regnum caſtellæ ſicut ex cõuentiõe
nuptiarũ conuenerat ad alterũ ex ferrandi filiis pertinebat. Sed perfidus rex pater fer/
randi cum ſanxium ſuperſtitem ferrando uidet: matre blancha filiiſq; exhæredatis:
proceribus caſtellanis imperat ſanxium in ſuum regem admittãt: eiq; debitam ꝑſtent
fidem: præſertim cũ ſe ætate & morbo confectum adminiſtrando regno nõ ſatis ydo/

Contẽtio de regno caſtellæ.

neum iudicaret. Sanxio rege inſtituto: pater nihil prorſus terræ aut ditionis: ſuis nepo
tibus diſtribuit. Nec admonitus a philippo ut pactorum recordatus nepotum iura ſer/
uaret: aut ſi id minus uellet: blancham & liberos eius ad ſe dimitteret. Permiſit igitur
caſtellanus ueternoſus rex blancham cum liberis hyſpania abire. Ad hoc philippi in/
commodum alterum ſucceſſit: mortuo non ſine ueneni ſuſpitione ludouico eius filio

Petrus brochius ueneficus.

Cuius autor ueneficus petrus brochius regis cubicularius eſſe putabatur. Nam ſæpe/
numero reginã mariam inſimulabat: quia mulier uidelicet nouerca: prioris matrimo
nii liberis regnum inuideret: optaretq; ex ſe partos ad id dignitatis promoueri. Cum
de ea re inter aulicos & regni proceres rumor increbeſceret: nec ulla ratione tanti fla/
gitii patrator inueniri poſſet: uaticinio rem quærere inſtituit. Erat apud niuellã bra
bantiæ oppidum religioſa ex beguinarum profeſſione mulier uaticinandi perita. Ad
hanc conſulendam philippus petrum baiocum antiſtitem uxoris petri brochii conſo/

Nota

brinum & ſtephanum diui dyoniſii abbatem legat. Hi cum niuellam perueniſſent: pe/
trus baiocus ſimulansupereſſe ſibi aliquid diuini obſequii quod non abſoluiſſet: Re/
licto domi abbate ad uatẽ contendit. Cognoſcitq; ex illa quis ludouici necem procu/
raſſet: & ſimul mulierẽ obteſtatur: ne ſuo collegæ abbati reuelet homicidã. Quæ pau/
lo poſt a ſtephano rogata: reſpondet q̃ de cæde nouerat ea baiocenſi epiſcopo dixiſſe

a quo ſi uelit ſciſcitet᷑. Hoc aſtu præuentus a petro ſtephanus: & ſi doli ſuſpitionẽ habe
ret: re diſſimulata una cum antiſtite ad philippũ redit. Quẽ cũ imprimis rex de begui/
na interrogaſſet: atq; ex eo quid baiocus pontifex fecerit accepiſſet: Vocato ad ſe epo
quærit quod fuerit mulieris de filii cæde oraculũ. Quo reſpondente ſe oraculũ a mu/
liere ſub ſacræ confeſſionis ſignaculo audiuiſſe: neq; id pro ſacerdotali integritate reue
lare poſſe. Et ego rex inquit epiſcope nõ ut confeſſorẽ: ſed ut nunciũ ad uatem te lega
ueram. Sed propterea indiſcuſſum crimen non ultra differã. Accerſito igitur theobal
do dolenſi pontifice: atq; arnulpho milite templario: his negociũ imponit uatẽ cõue/
niendi. Qui legatione diligenter expleta: philippo referunt reginã culpa carere: alterũ
eſſe q facti conſcius ante philippi oculos dietim uerſaretur. Hac relatione q̃uis triſticiã
philippus contraxiſſet: dolorẽ tñ diſſimulat. Atq; interim ſororis blanchæ q̃ ab hyſpa
Bellũ in caſtellanos inane.
no rege contẽpta fuiſſet reminiſcens: ſororia iura repetere conſtituit. Cuius rei cauſa
cõparato exercitu p pictauiã atq; uaſconiam ad ſaluã terram ĩ pyreneo ſaltu oppidum
copiis promotis: tandẽ ſæua hyeme ĩmpeditus: cõmeatuq; defectus: ex quorũdam p/
cerũ quibus expeditio non placebat conſilio: militẽ domũ dimittit: miſſo ĩ nauarram
cum delecta militũ manu carolo artheſii comite: q belli motũ ſedaret ſuppetias ferẽs
Nauarra.
euſtacio belmarchio quẽ ſeditioſi quidã nauarræ primates pampilone obſeſſum tene
bant. In eo belli negocio cũ ſecunda fortuna carolus uſus eſſet: caſtellæ rex carolum
p nuncios oratum facit: ad ſe cõcedat. Sed id facere carolus diſtulit donec philippũ de
Carol⁹ artheſii comes hyſpaniã petit.
re ĩpa conſuleret. Ex conſilio regis cũ ad caſtellæ regem carolus acceſſiſſet: longa cõ/
fabulatõne habita: caſtellanus carolum orat ut conciliator pacis inter philippum & ſe
interueniat. Et uix q̃dem hæc locutus fuerat caſtellanus ecce tabellarius ex francia cũ
epiſtola uenit. Litteraſq; caſtellæ regi reddit. Eas poſtq̃ rex plegit: O carole inquit nõ
ſum amicorũ ope deſtitutus. Sunt apud francorũ regem q mihi diligenter obſequunt᷑
meq; de his q̃ apud philippũ geruntur efficiunt certiorẽ. Quibus & te conuenire opor
tuit: qui mihi es conſobrinus. Talibus colloquiis poſtq̃ dies aliquot exacti ſunt: caro/
lus uale regi dicto nauarram petens: ordinatis rebus: ad philippũ in franciã uenit. nar/
rans q̃ a caſtellæ rege ĩpe audiuiſſet: eſſe apud eũ qui archana ipſius conſilia inimicis p
derent. De qua re cũ philippus magnopere ſollicitus eſſet: contigit ut tabellarius q ad
regem caſtellæ litteras a petro brochio p idem tẽpus acceperat morbo intercept⁹: pri
Petri brochii proditio reuelatur.
uſq̃ mortẽ obiret: litteras ĩpas monacho cuidã tradiderit philippo pferendas: p oem
religionẽ obteſtatus: q nemini niſi philippo litteras redderet. Acceptis litteris mona
chus ad regem pficiſcitur: & ut tabellario promiſerat cõmiſſa abſoluit. Intelligit rex ex
litteris petrũ brochium pfidum & rerũ ſuarũ proditorẽ eſſe. Nam ex diplomate & ſi/
gillo cognitus eſt autor. De quo nihil dubius rex brochiũ depræhenſum: pariſii in cu/
ſtodia haberi iubet. Quod ubi cognouit baiocus præſul: romã aufugit: eccleſiæ pſidio
protegendus. Cõuocatis pariſii paucis poſt diebus proceribus: morte dãnatus eſt bro
chius: quẽ carnifex excipiens ante ſolis ortũ patibulo ſtrangulauit. Brochio ultimo
ſupplicio affecto philippus atq; caſtellanus rex: cũ hic bayone eſſet: ille apud mõmar/
ſanũ ageret: & p legationes ultro citroq; miſſas de blãchæ & filiorum iniuriis tractare/
tur: nuncii a pontifice romano martino quarto ueniunt: qui reges ad pacẽ cenſura ec/
cleſiaſtica compellerent. Hæc cauſa extitit quãobrem philippus cœpta non eſt pſecu/
tus. Magna in excelſo principe uel humilitas uel ſocordia: ad ſacerdotis imperiũ cau/
Petr⁹ arago.
ſam innocentis ſororis & pupillorũ deſerere. Deſeruit tñ philippus & profectus inde:
aragoniæ regem petrũ occurrentẽ ſibi habuit. Qui paucis apud tholoſates diebus mo
ratus: in cathaloniã remeauit. ubi conſtantia eius uxor ex manfredo genita uirum do/
cet tempus adueniſſe cũ ſiciliæ regnũ ad ſe ptinens occupare poſſit. Eadem tempe/
Sequanæ exundatio.
ſtate ſequana fluuius tam exundanti aquarũ incremento intumuit: ut maioris apud pa
riſiũ pontis teſtudines ſex diſſoluerit: & minoris unam: urbe p gyrũ aquis circũſepta.
Ad petrũ aragonũ redeo. A gente importune apud uirũ conſtantia ne ſiciliæ res ne
gligeret: adductus quoq; a nicholao tertio romano pontifice qui caroli regis potenti/
am minorem facere cupiebat: ut conſtantiæ ſuæ uxoris ius in ſicilia uindicaret: petrus



miſſis meſſanã pãhormũq; nũciis: iubet terræ cõditionẽ & ſtatũ ĩqri. Cõicato cũ ciuib⁹
cõſilio: nũcii adductis ſecũ regni q̃buſdã primariis ad petrũ reuertunt᷑. Cũ quo fœdere
icto ſiciliẽſes cũ in urbes ſuas quiq; cõceſſiſſẽt cõſtituta ad deteſtabile facin⁹ nocte: oẽs
gallicæ ſtirpis una cũ grauidis uxorib⁹ necant. Nec defuerũt q matrib⁹ exſectis euulſũ
ex utero fœtũ ad parietẽ alliderent: ne q̃d franci ſanguinis apud eos poſthac extaret.
Hoc crudeli initio petrus ſpem cepit: & ſimulata in ſarracenos expeditõne: in ſiciliam
mox aduerſus carolũ andegauũ ſe conuertit: q eodem tpe meſſanã obſidebat. Con
tra uero philippus de rebus ſiciliæ ſollicitus: ut petrũ a ſicilienſi bello reuocaret in ara/
goniã p parpigniacũ exercitũ ducit genuã capit & diruit. Publicauerat eñ martinus q̃r
tus petri regnũ: & occupantis fore decreuerat. Erat in aragoniã iter unũ quod incolæ
ſcluſam uocant tranſitu q̃dem difficile: ſed breue: quod p̃terea hoſtis dolis ſabulo op
pletis impediuerat: ſeq; in iugis montiũ continebat unde francoꝝ uenientes copias cõ
templaretur. Scrutanti philippo commodũ qua faceret iter. Ruſcillianus q̃dã nothus
q apud genuã captus libertatẽ a rege meruerat: ſcire ſe ait uiã ad primũ pximũ lapidẽ
qua neſciente hoſte exercitus tuto euaderet. Rem gratã leto aĩo rex excepit. Iuſſiſq;
aliquot ex ſuis ſimulare p ſcluſam facere tranſitũ: ĩpe cũ expedita militũ manu nothũ
ſecutus: tandẽ p denſiſſimos ſentes & inculta uirgulta: in proximũ montẽ euaſit: atq; ad
ſe p eandẽ uiam copias oẽs recepit. Hoſtis aũt cũ in montes ſuperaſſe francos: & ad ſe
ordine inſtructo contendere uidet: nullo cõmiſſo prælio: fugã arripuit: caſtris relictis.
Inde ad petrãlatam itum eſt: quã a frãcis circũuallatã: oppidani intempeſta nocte igne
p mœnia iniecto deſeruerunt. Ea a noſtris occupata & præſidio impoſito philippus ge
ronnã copias mittit. Vbi laborioſa nimis obſidio fuit: & oppugnatio frequens: atq; diu
Machina extruitur.
inutilis. Deniq; excogitauit philippus machinã quã ad quatiendos diruendoſq; urbis
muros fabricatã obſeſſi noctu urbe egreſſi ſuccenderunt. Eam ob rẽ nimia indignatio
ne parcitus rex: firmat aĩo fame p̃mere ciuitatẽ. Interim tñ pp̃ter cadauerum p agros
Peſtifer ãr⁹.
paſſim iacentiũ putorẽ & muſcarũ uix credibilẽ multitudinẽ peſtilens factus aer frãcis
lætifer fuit. At petrus accepto philippi in aragoniã aduentu relicta panhormi uxore
Petrus in aragoniã reuertitur.
cõſtantia: q̃ rerũ ſicilienſiũ curã gereret: magnis aſſumptis copiis in aragoniã nauiga/
re feſtinat. Erant regiæ naues in ſtatione apud portũ roſæ unde cõmeatus in caſtra frã/
corũ dietim facile importabat᷑: donec petrus aragonenſis uectores ĩtercipere magno
pere conatur. Itaq; portũ roſæ occupaturus milibus duobus & quadringentis armatis
aſſumptis: ad portũ mouens inſidias ponit Cuius aduentu ab exploratore franco co/
gnito: rem ad radulphũ coneſtabilẽ & iohannẽ haricurtũ exercit⁹ mareſchalũ defert.
Hi cõione cũ comite marchiano habita: quingentos electos milites duce exploratore
educunt. Contemplatis aũt hoſtiũ copiis q̃ ſuis maiores erant: cũ neſcirent petrũ in in
Mathei de roya ad ſuos oratio.
ſidiis agere: retro abire ſtatuerant: niſi eos cohortatus matheus de roya. O inquit com
militones ecce in conſpectu adeſt hoſtis quẽ q̃rebamus. Quid cunctamur: hodie diuæ
aſſumptiõis mariæ feſtũ diẽ acturi ſumus. Ab ea ſperemus opem aduerſus eos q cõio/
nis chriſtianæ ſunt extorres. Par eñ nobis meritũ impendet eccleſiæ iniurias ulciſcẽ/
do: ac ſi in fidei hoſtes pugnaremus. Hac mathei oratione incitati franci aragones in/
uadunt. Fitq; p̃lium atrox & cruentũ: ita ut petrus equo deſiliens cum pedite pugnaret
Petrus uulneratus interiit
Vbi uulnere accepto: & fugientibus ſuis ĩpe quoq; fugæ ſe cõmittẽs paulo poſt ĩteriit.
Hac uictoria philippus exultans de expugnanda gerõna maxime laborabat. Erat in
philippi exercitu fuxenſis comes q cũ geronnẽſibus nonnũq̃ (non ignaro rege) collo
quebat᷑. Hic ciuitatis ſtatũ cõpertũ habebat: & in illa tridui uix cõmeatũ eſſe non igno
rabat. eã ob rem ſciens cupere ciues philippo conciliari: regẽ rogat ſi geronnẽſes ad de
ditionẽ ſaluis fortunis oĩbus reciperet. impetrat comes paucoꝝ dierũ inducias: donec
geronnenſes ſuũ regẽ ad ferendas illis ſuppetias admoneant. Miſſis ob eam rem a ge/
Geronna deditur philippo.
ronnenſibus ad petrũ legatis: cognita principis ſui morte ad ſuos cũ rediſſent: Ciuita
tem philippo dedunt permiſſa illis exportandorũ quo uellent bonorũ ſuorũ poteſta/
te. Recepta geronna firmum ex ſuis præſidium philippus imponit. Atq; ad tholoſates
ſe conferre conſtituens: malo conſilio uſus: claſſis partem q̃ in portu roſæ erat in fran/

ciam remittit. Quod poſtq̃ hoſtis cognouit: francos reliquæ claſſis cuſtodes adoritur
& plurima cæde dilaniat. inter quos engueerrannus caroli nauium præfectus & auber/
tus de longaualle uiri armis ſtrenui occiduntur. Franci uero tanto incommodo ac/
cepto: nauibus igne impoſito atq; incenſo oppido ad regē ſe recipiunt. Qui ægre igno
miniam ferens febrem incidit. Et cum iuga montium hoſtis inſideret: philippus per

Philipp⁹ moritur.

anguſtias pyreneas perpignacum ſe contulit. Vbi recrudeſcente morbo: ſacris chriſti
anis receptis rex emoritur. Cuius exſecta præcordia narbonæ ſepulta ſūt. Oſſa uero ad
dyoniſianum cœnobium elata. Huic philippo duæ uxores fuerunt: una yſabella ex ara
goneſibus quæ tres illi liberos tulit. Ludouicum qui mortuus eſt infans. Philippum
qui pulcher appellatus eſt: & carolum ualeſienſem. Ex altera cui mariæ nomen fuit:
brabantini ducis filia procreatur Ludouicus ebroicenſis comes: & Margareta quæ an/
glo regi nupſit: & Blancha quam auſtriæ dux auberti alemannorum regis filius du/
xit uxorem.

P Atris regnum philippus pulcher anno gratiæ ſalutaris ducenteſimo octoge/
ſimo ſexto ſupra mille ſuſcepit. Ad quem edouardus anglus ueniens aquita/
niam ſub philippi ditione atq; poteſtate ſe poſſedere cognouit: præſtito iu/

Edouard⁹ fidefragus.

reiurando in fide erga regem permanendi: quam tamen minime obſeruauit. Nā ma/
gnis copiis normanniam derepente inuaſit: regiæ claſſis occiſis præfectis & aliis pluri/
mis qui normanniam philippi nomine moderabantur. Quam rem poſtq̃ rex cogno/
uit ad edouardum & aquitaniæ præfectos mittit. Mandans eos qui huius rebellionis
autores extitiſſent comprænenſos petragoricum ducant digna pro ſcelere pœna affi/
ciendos. Sed contumax anglus dicto audiens non fuit. Eapropter per arnulphum de
nella conestabilem aquitaniam philippus ſibi uendicat. Et nihilominus edouardo diē

Attēde edouardi dolum.

dicit ad iudicium ſuum ueniendi. At anglus debitæ philippo fidei conſcius ut aliquam
conceptæ a ſe fraudi uiam aperiret: per nuncios philippo ſignificat ſe aquitaniam: & qc
quid in francia terræ ſub imperio eius tenuiſſet remittere: eiq; in perpetuum cede/
re. Hæc enim edouardus dicens ſpe magna ducebatur: armis poſſeſſionem repetendi:
quas iure belli atq; gentium forte poſtea comparatas: non aliena ditione aſtrictus re/

Guido flandriæ comes cum filia retinetur a rege.

tineret. Eadem ferme tempeſtate guido flandriæ comes inita clam cum edouardo
ſocietate filiam illi ſuam deſponderat. Quod ne præter philippi aſſenſum facere uide/
retur: ipſe cum filia ad regem uenit: ut inde in angliam ex regis ſententia traiiceret. At
ſecus ac comes ratus eſt accidit. Nam pater in cuſtodia habitus eſt. Et filia cum liberis
philippi educanda tradita. Interim carolus philippi frater expeditionem in aquita/
nos ducit. Et rionem arcem maritimam circumuallat. Quo tempore rodulphus de nel
la pontenſeyum obſidens quam arcem complures aquitani angliq; præſidio tenebāt:
pacto cum anglis clam inito: arcem recepit: atq; ita anglis liberis dimiſſis: aquitanos
omnes uinctos ad carolum rionem perducit. Quos furcis appenſos carolus ante rio/
nis portas ſtrangulare imperat. Quo terrore perculſi iohannes de ſancto iohāne: & io/
hannes britonicus qui rione obſeſſi erant noctu fugientes: priuſq̃ naues ad hoc in por
tu paratas conſcendiſſent: a uaſconibus angliſq; necantur. Intellecta obſeſſorum ſedi/
tione: carolus arcem expugnat: interemptis uaſconibus cum bona anglorum parte.
Deinde ad ſanctum ſeuerum mouens cum per continuam æſtatem dura obſidione
locum preſſiſſet: oppidum tandem capit. At paulopoſt carolo in franciā abeunte: op/
pidani in fide non manſerunt. Multis bellis occupatus philippus: cum re pecuniaria

Centeſimā & quinquageſimā philipp⁹ indixit.

laboraret tributum a mercatoribus primum: mox & a clero plebeq; centeſimam atq;
quinquageſimā oīm quæ poſſidebant exigit. Secutūq; eſt aduerſus anglos ingens bel
lum. Cuius rei gratia miſſus ab edouardo frater eius eadmondus bayone mortuus eſt.
Poſt eius mortē uaſconibus ſollicitis & ſummopere curantibus p̃ſidio & cōmeatu mu
nire ciuitates: robertus artheſii comes q in aquitania aduerſus anglos bellum admini/
ſtrabat occurrit. Fugauitq; cōpluribus ex illis occiſis. Per idem tēpus Henricus dux
barry qui edouardi filiā deſponſauerat campaniā incurſiōibus atq; incēdiis uexat. quē
galterus ereciacus cū magnis copiis barrū iubente philippo petēs: terram ita uaſtat: ut



henricū p campaniā graſſantē domū repetere compulerit. Inſurrexit p̃terea aduer/
ſus philippū guydo flandriæ comes atq; edouardi partiū fuit: cū fuiſſet a philippo ſuæ
libertati p̃miſſus. Hāc belli cauſam iuſtā eſſe ratus philippus: arma capit: & magno mi/ Bellū flādrēſe.
litū robore in flandriā ꝑgredit̃. Et ad inſulā caſtra ponēs oppidū cū arce expugnatum
recepit. Dū hæc a philippo gerunt̃ carolus aq̃tania p̃fectis relicta: artheſiū reuerſus eſt
Atq; a ſancto audomaro copias in flandrenſes mouet. Cui occurrens apud furnas guy
do comes: ſexcētis equitibus & ſexdecī peditū milibus inſtructus: p̃lium non detraxit.
In quo guillermus iuliaci & henricus bellomōtenſis cū plurimis capti p diuerſas cuſto
dias aſſeruari iuſſi ſunt: & furnæ cū oī ualle caſſletēſi a carolo occupatæ: guido uero bru
gis ſe recepit. Ad quē edouardus anglus ex anglia cōcedens: cū audiſſet philippū ad ſe
infeſto agmine ꝓficiſci relictis brugis ip̄e & comes gandauū petunt. Philippo quidem
(abeūte guidone) brugēſes deditionē fecere. Nec multi dies interceſſerūt. cū edouar
dus inducias a rege poſtulauit. Quibus ad bienniū conceſſis & iureiurando roboratis Induciæ.
philippus flandria egreſſus eſt. Eodem tp̄e bonifacius octauus pōtifex romanus lu Sancti ludouici in ſāctos relatio.
douicū regē claris operibus & miraculis illuſtrē in numerū cæleſtiū incolarū rettulit.
Conceſſit p̃terea philippo atq; eius ſucceſſori filio priuilegiū uacantiū eccleſiarū pro/
uentū anni unius exigendi: p̃terq̃ earū quas cathedrales & monaſticas uocant: id autē Regalia.
ius regaliæ appellatū eſt quod regibus ita peculiare eſſe franci cōtendunt: ut nihil ma/
gis ad ius regiū ptinere poſſit. Cōuenere p id tp̄s apud uallicolorē aubert⁹ alemānus
rex & philippus q ueteris amicitiæ atq; ſocietatis iura innouarunt. Firmata inter reges
beniuolentia cū induciarū finis adeſſet: philippus carolū ualeſiū cū ualida militū ma/
nu in flandriā mittit: q duaco atq; bethunia capta: brugas contendit: aduerſus robertū
guidonis filiū: qui illic caſtra fixiſſe dicebatur. Prælii poteſtate facta: cū uictoria ad frā/
cos inclinaret: fugientes flamingi gandauū ſe recipiunt. Quos cū carolus inſequeret̃: Guido comes & robertus eius filius in uiculis habentur.
guido intercedentibus amicis cū filio roberto ad carolū ſupplices acceſſerunt: deinde
ad philippū deducti diuerſis cuſtodiis mancipant̃. Tunc flandriā ingreſſus philippus: fi
de illi a ꝓceribus p̃ſtita: iacobū de ſancto paulo flandriæ p̃fecit. Nec parū fortunæ fuit
tot ſæcularibus bellis regē implicare: niſi romanū etiā pontificē aduerſus eū ꝓuocaret
Bonifacius eñ octauus bellū hieroſolimitanū aīo agitans: cū ſperaret philippū ad id
bellū inducere: appamenſem ep̄m ad regē mittit. Qui incaſſum ſe niti cū intellexit: mi
nis agere tentans. quaſi philippū regno priuandū dictitaret: ſi pontifici nō ſuffragaret̃
in carcerē philippi iuſſu cōiectus eſt. Quo facto quia ius gentiū uiolaſſe philippū boni/
facius diceret: ut erat ſupra modū arrogans: ultionē parat. Itaq; miſſo in franciā archi/
diacono narboneñ. philippū uetat quicq̃ de eccleſiæ ꝓuentibus pcipere: q tametſi ec/
cleſiarū defenſor ſit: ſe tñ regnūq; franciæ per eius contumaciā ad romanā eccleſiā de/
uolutū eſſe. Si ſecus faceret: ip̄m cum fautoribus in hæreticorū numerū habiturū. Epi
ſcopis quoq; & aliquot abbatibus theologis inſuper & pontificii iuris doctoribus diem
dicere iubet: romæ ad kalē. nouēbres ſe ſiſtendi. Simulq; indulgentias & conceſſiones
a romanis pontificibus francis elargitas nullas eſſe declarat. His mandatis ab archidy
acono expoſitis philippus ep̄m appamenſem q ob maledicta in regē in carcere teneba
tur archidyacono reſtituit. ſimulq; imperat regno ſine cunctatione illū excedere. Inſe/
quenti poſtea uere conuentu pariſii habito pontifices primū philippus cōmemoratis
quas a bonifacio acceperat iniuriis rogat: a quo ſuarum eccleſiarū prædia prouentuſq;
accepiſſent: deinde ad proceres cōuerſus. Et uos inquit uiri nobiles quē uobis regem
dñmq; habere arbitramini? Reſpondentibus ſine controuerſia regio ſe iure illa oīa te
nere atq; tueri: at inquit rex bonifacius ita agit: quaſi uos regnūq; omne francorū ſedi
apoſtolicæ ſubiectū ſit. Imperiū enim alemannorū quod ip̄e alberto ter petenti nega/
uerat: illud cum francorū regno ſimul alberto contulit. Nos autem o uiri fidei ueſtræ
atq; beniuolentiæ gratias agentes pollicemur: libertatem publicam ueſtra ope freti p/
tegere. Conuentu diſſoluto: rex publico edicto prohibet e regno quicq̃ auri argen/
ti ue aliarūq; mercium exportari: conſtituta in præuaricatores edicti pœna. Iubet præ
terea ad regni extremos fines atq; exitus cuſtodes aſſignari: qui ingredientes egredi/

**Cauſa cædis in francos apud curtracum a flamingis factæ.**

enteſq; afferuent. Interim dum hæc a philippo ſollicite curantur:ſeditio a flandren/
ſibus in iacobũ comitem ſancti pauli quem genti præfecerat rex orta eſt:ob uectigalia
quibus comes incolas aggrauabat. Ad curtracũ hæc primo peſtis exũdauit. Fitq; a ple
be brugenſi in francos pernitioſus inſultus:cadentibus utrinq; q̃plurimis. Quod ut re
ſciuit philippus:delectos bono numero milites brugas mittit. Quos ſimulata parẽdi
humilitate receptos:nocte inſequente brugenſes trucidant. Fama extitit comitem ſan
cti pauli brugis admiſſum cõminatum fuiſſe oppidanis quibuſdam necem:atq; ob id/
ip̃m brugenſes animos ad tantũ facinus deſumpſiſſe. Noctis atq; hoſpitis ſui tamen be
neficio defenſus comes aufugit:ſuis relictis quos noctu brugenſes ad magnum nume
rum furentes trucidauere. Et ſceleris immanitate tumultuoſiores effecti cõtracta om/
nis generis hominũ manu:ſpem capiunt guidonem comitem ſuum quem in cuſtodia
philippus habebat liberandi. Atq; ita mouentes guidonem namurcum comitis flan/
drenſis filium obuium excipiunt qui alemannorũ theutonicorumq; raptim copiis in/
ſtructus:eorum expectationem auxit. Parantibus bellum brugenſibus:rex nouas copi
as roberto artheſieñ. attribuens iubet in flandriam proficiſcatur. Robertus negocium
recipiens eductis copiis inter brugas curtracũq; caſtra ponit ad fluentum quod mediũ
inter ſe atq; hoſtes erat. Quod tametſi ponte flamingi iunxiſſent aduenientibus tamẽ
francis pontẽ diſſoluerant. Quo a francis magna contentione hoſtiũ inſtaurato : dies
prælio dicta eſt. Erant in exercitu brugenſium plebei fere oẽs uerubus partim parti cla

**Francorũ temeritas.**

uis & præacutis ſudibus inſtructi. Quã ob rem parui illos habentes equites franci:pedi
tem qui in prima acie erat & bene rem gerebat ad ſe reuocant:atq; ita equites ex equis
prælĩantes in aciem progreſſi occidũtur. Quibus dum auxiliari robertus magna ui cõ
tendit:multis vulneribus acceptis occubuit:fugæ ſe committentibus duobus hominũ
milibus:inter quos comes ille ſancti pauli & bolonienſis comes robertuſq; claromon/
tenſis comitis filius principes extiterunt:ꝑpetua ignominia notati. Periiſſeq; in hoc p̄
lio referuntur præter ip̃m robertum genere inſignes uiri godefridus brabantinus cum
eius filio egregio adoleſcente. Comes dãmallus iohannes hannoniæ comitis filius:re
ginaldus de neella francus coneſtabilis:guido caſtrenſis mareſchallus:iacobus de ſan
cto paulo iohannes bruliacus baliſtariorum præfectus:& alii numero ducẽti: quorum
nuda cadauera inhumata triduo feris auibuſq; patuere:donec ex ordine minorũ qui/
dam fraterculus roberti artheſienſis corpus triginta vulneribus confoſſum in ꝓximo
uirginũ monaſteriolo terræ condidit. Occiſorum millia duodecim fuiſſe referuntur.
Brugenſes autem tam inſigni uictoria adepta feroces:direptis francorum caſtris cur/
tracum cum arce capiunt. Et guido namurcus ſuperbus iuuenis: rebus maioribus ſtu/
dens inſulam obſidet tornacũq; atq; duacum cũ gandauo & ypris in ſuas partes uel me
tu uel pollicitis allicit. & mox attrebates incurſionibus & populationibus infeſtat. Præ
ſignaſſe hanc tam diram cladem cometa ferebatur:qui ſuperiore proximo anno uiſus
fuiſſet. Hanc a plebeis ignominiam franca nobilitas accepit:quæ ſuis uiribus & gene/
ris claritate freta atq; ſuperbiens:popularem turbam & miniſteriis uilioribus operam
nauantem contempſit. Sumit enim animos quiſquis libertatẽ tuetur:nec inermis æſti
mari debet qui pro patria uitaq; decertat. Eodem tempore pontifices franci quibus
ab archidyacono narboneñ. dies dictus erat (tribus ad bonifaciũ deputatis ep̃is) pur/
gatos ſe a contumacia faciunt:propterea ꝙ & bello flandrenſi diſtinerentur:nec lice/
ret legibus poſitis regno egredi. Clade ſuorum accepta philippus copioſiſſimum ſu
praq̃ credi poteſt exercitum cogit. Progreſſuſq; cum in agro attrebatium caſtra poſu/
iſſet:hoſtemq; flamingum pene in conſpectu haberet (nam uitriacum hoſtis obſide/
bat) neq; hoſtem prælio laceſſiuit: neq; locum ullum oppugnare ſuſtinuit territus ut
vulgatum poſtea eſt nuncio quod ſoror eius edouardi uxor ad illum dimiſerat. Cuius

**Commentũ ſeu fictio ab edouardo inuenta.**

commenti autor fuerat edouardus. Nam cum ad flamingos inclinaret : omni ſtudio
laborabat bellicum philippi apparatum diſſoluere. Igitur beniuolentiã ſimulans edou
ardus uxorem de fratris futuro periculo certam facit : dicens ſe certo ſcire, ſi philippus
prælio aduerſus flamingos congrederetur eum a ſuis in manus hoſtium prodendum



fore. Soror accepto fratris periculo philippum ſibi cauere litteris admonet. Huius rei
cauſa rex othelinum burgundionũ ducem comitatu artheſii donat. Moxq; præſidiis
per loca munitiora relictis:reliquũ exercitũ domum dimiſit. Paucis uero poſt die/
bus flamingus cõmiſſi ſceleris pœnã excepit: Nam apud ariam occurrẽtes brugenſibꝰ
franci ſupra octingentos interemerũt. Hæc cum in francia geruntur carolus ualleſiꝰ

**Clades flamingorum.**

in appulia agens poſtq̃ de brugenſi uictoria certum nuncium accepit:compoſita cũ fre
derico de rebus ſiciliæ pace: ad philippũ ſe recepit. Burdegalenſes cũ incommodũ

**Burdegalenſes philippi detrectãt imperium.**

a francis per flamingos acceptum cognouiſſent:philippi detrectantes imperiũ regios
miniſtros qui apud eos erant ciuitate extrudunt. Sibiq; ditionem uſurpant. Verebantꝛ
enim ſi quando icto inter frãcos angloſq; fœdere in edouardi poteſtatẽ uenirent: pœ
na non diſſimili plecti:q̃ lõdonienſes edouardus paulo ãte affecerat: quos ad rebellio
nem ad ſuarũ ædium portas ſtrangulatos fuiſſe fama vulgabat. Pugnatũ eſt rurſus

**Bellũ rurſus in flandria.**

eodem anno aduerſus flandrenſes. Qui non procul a ſancto audomaro uicti:milia. xv.
ex ſuis uno prælio amiſere. præterea apud inſulam graſſantes quingentos flamingos
tornacenſes duce fucaudo melleo oẽs uel necauerunt uel captos abduxerunt. Per
eos dies philippus aquitaniã edouardo reſtituit:paxq; inter reges conuenit. Habitũq;
eſt non multis poſt diebus pariſii epiſcoporũ atq; magnatum conſilium ubi de bonifa/
cii pontificis in francos concepto imperio actum eſt:deferentibus proceribus bonifa/
ciũ pontificatu indignũ eſſe:qui & homicida & hæreticus eſſet: quorũ ſcelerum teſtes
in promptu habere facile erat. Fuit igitur oĩm una ſententia bonifacii iuſſis parere non
deberi:niſi prius ſeſe ab obiectis illi criminibus expurgaſſet. Cui ſententiæ unus tãtum

**Abbas ciſtertienſis.**

ciſtertienſis abbas non eſt aſſenſus:ſed concilio relicto:ciſtertiũ ſe contulit. Iohannes
quoq; monachus romanus legatus (qui per eos dies legationis munere apud francos
fungebatur) cognito quid in bonifacium conſultaretꝛ: ad pontificẽ reuerſus eſt. Qui
autem a pontifice uenerant conſtantienſis archidyaconus & nicolaus beſarus:miſſi ut
regno ſacris interdicerent:apud trecas depræhenſi carceri deduntur. Erat guidoni
flandriæ comiti philippꝰ filius qui bonifacii partes ſecutus:non contẽnendas ex theu/
tonicis alemanniſq; copias in flandriã deduxit. Quibus aucti flandrẽſes ſæuiore q̃ priꝰ

**Bellũ a flandris.**

animo bellum in francos parant. Et ad ſanctum audomarũ expugnãdi loci ſpe procur/
rentes:quattuor milibus ex ſuis interemptis:morinũ proximã urbem ſine præſidio re
lictam inuadentes incenderunt. Et cũ aduerſus illos grandem admodũ exercitũ pero/
nam uſq; philippus promouiſſet:conſilio comitis ſabaudiæ inducias dedit flandrenſi/
bus & accepit:nulla re glorioſe geſta. Poſt hæc bonifacii arrogantiã iniquo animo

**Philippus in bonifacium.**

ferens philippus:anagniam quo ſe pontifex receperat ſarram ex colũnenſium familia
cum nogareto equite franco in italiam mittit: ob cauſam inſinuandæ prouocationis:
qua aduerſus bonifacii iniurias philippus ſeſe tuebatur. Sarra mutata ueſte:ne ab italis
agnoſceretur:quot poteſt amicos colligit:& conductis ducentis ex iis qui ſub carolo
ualeſio in appulia militauerant nogaretũ cum bona manu ferentinum p̃mittit : ut
inde urgente negocio ſarræ auxiliaris adueniret:ip̃e anagniam nocte gibellinarũ ope
ingreſſus bonifaciũ in patris domo capit:inde romã deductum ſuperbum pontificem
atq; animi ægritudine laborantem mors abſtulit. Ferunt nogaretũ ſarrãq; in mandatis
habuiſſe pontificem ad philippum ꝑducendi:ſed pontificiæ ſanctitatis reuerentia par
tim deterritos partim anagnienſium occurſu prohibitos cœpto deſtitiſſe. Talem uitæ
exitum habuit contemptor oĩm hoĩm bonifacius qui chriſti præceptorũ minime re/
cordatus:adimere & conferre regna pro ſuo arbitrio conabatur:cum nõ ignoraret eiꝰ
ſe loco uerſari in terris:cuius regnũ non de hoc mundo & terrenis rebus ſed de cæleſti
bus eſſet:quiq; dolo & malis artibus epiſcopatũ romanũ ſibi quæſiuerat: & cæleſtinũ
a quo dignitatem receperat in carcere dum uixit habuerat. Non prætermittam hoc lo

**Conuerſi de monaſterio uallis ſarnarii apparitio nocturna.**

co ſcribere quod conſtanti fide per hos dies in pariſienſi agro accidiſſe ab hyſtoricis
accepi. Erat adam de monaſterio uallis ſarnarii conuerſus:cui uilla creches ad ip̃m mo
naſterium ꝑtinens commiſſa a loci abbate fuerat. Hic paucos ante chriſti natalem dies
ad uillam ſibi creditam ex cœnobio ante diei exortum proficiſcẽs: uno ſeruo tantum

comitatus:uidet in uia proceram arborem pruina geluq; albeſcentē ad ſe ociſſime cō/
cedere:quare equus cui inſidebat adam terrefactus e uia proſiliens: uix potuit a con/
uerſo ad uiam reflecti. Eodemq; metu affectus ſeruus nutare cœpit ita ut in pedes ſtare
& ambulare difficile illi eſſet. Propior conuerſo facta arbor cum homini nihil nocuiſ/
ſet euanuit:aerem & ſulphureū odorem relinquens. Suſpicatus ꝓpterea conuerſus ali
quid a demonio illuſionis fuiſſe ſibi obiectū:ad ſuperos aīm uertens:diuæ mariæ lau/
des recitat. Moxq; pone ſe hominis nigri equitantis effigiem conſpicit:aduerſum quē
adam indignabundus:Cur inquit infœlix mihi audes inſultare: cum mihi habeam in
monaſterio comprecatores fratres qbus cura ſedula eſt me & reliquos a cœnobio ab/
ſentes deo & diuæ mariæ commendare? Abi quandoquidem nulla tibi pars mecū eſt.
Diſcedens inde ad pauculum tempus demon:protenus conuerſo aſtitit forma homi/
nis q̃ maxima:cui prolixum & gracile collum erat. Quem ſe infeſtantem adam fruſtra
pugione repellere conatus:uidet confeſtim illum mutata effigie mediocri ſtatura eſſe
& monachi inſtar cuculla faciem uelare:cuius oculi ſicuti æs candēs rutilabant. In quos
dum conuerſus gladiolum incaſſum uibrat:pecudis ſimilitudine uiſus demon nō mi/
nor q̃ aſinus auritus apparuit. Vnde magis timēs ſeruus:domine inquit deſcribe in ſo/
lo orbem:atq; in medio crucem chriſti inſculpe:in circo enim ſtantibus nobis nihil ad
uerſabitur inimicus. Fecit igitur conuerſus ſicuti a ſeruo fuerat admonitus. Nec ſic de/
ſtitit impius aduerſator. Nam aſininas aures in cornua commutauit:atq; ad circulum
concedens opprobriis eſt a conuerſo reprobatus:& ſputis cōtaminatus. Cumq; a ſeruo
doctus conuerſus cruce ſe ſignaſſet:demon in dolii ſpeciem figuratus:ſe molerias uicū
uerſus in rotæ ſpeciem circumegit:conuerſo illeſo relicto. Huius tam mirandi euētus
indicia extiterunt. Abbas imprimis uallis ſarnarii:qui a conuerſo fidē rei quæſiuit. Scri
ptor præterea hyſtoriæ:loci ubi hæc geſta ſunt inſpector:qui equum prius manſuetum
calcitrantem poſtea atq; ferocientem ſe uidiſſe profitetur. Languor item ſerui diutur/
nus:& ueſtium conuerſi intolerabilis fetor:& uocis donec zinziber deſumpſit diffici/
lis emiſſio. Per eoſdem dies marchienſi comite mortuo:angoliſma ciuitas philip/ *(margin: Angoliſma ciuitas mor/tuo comite marchienſi philippi fuit.)*
po obuenit. Quam ipſe adiens aquitaniam quoq; & tholozatium prouinciam uiſitauit
pacatis quorūdam animis qui ad rebellionem procliui eſſe ferebantur. Reuerſus in
franciam philippus ratus flamingos ferociam deponere:ſi guido eorum comes carce/
re liberatus ad eos mitteretur:comitem cum filio guillermo dimittit. Illi poſtq̃ ſediti/
oſam gentem ad ſanitatem ducere non potuerunt:ad philippum ut promiſerant con/
uertuntur. Cognita flandrenſium pertinacia philippus:tertio in eos mouens apud mō
tem populorum ab arboribus populis quarum in eo loco copia eſt ſic uocatum poſitis
caſtris:cum ſperaret flandrenſes in prælium deſcenſuros cognouit hoſtem uallo ſe cō
tinere:& caſtra carris quadrigiſq; circumuallaſſe. Igitur cum aduesperaſceret:rege exar *(margin: Bellū in flandria.)*
mato & militibus paulo negligentius agentibus:ecce irrumpit in regem ferox hoſtis:
atq; in conſpectu philippi occiſis petro gentiano & iacobo fratre eius: aliis quoq; non
paucis rex conſcenſo equo cum ipſe ſibi galeam impoſuiſſet:in hoſtem animoſiſſime
fertur:obuios quoſq; interimens. Quem reliqui inſecuti uiginti milium flamīgorum *(margin: Flandrēſium cædes.)*
ſtragem fecere:ita ut niſi ſuperueniēs nox tenebris hoſtem protexiſſet: actum prorſus
de flandrenſibus extitiſſet. Rediit ex prælio rex facibus accenſis quæ noctis caliginem
ſuperent. Huius uictoriæ tempore flandrenſis comes qui compendii aſſeruabatur de/
functus eſt. Moritur item iohanna philippi uxor. Fuitq; his diebus tanta annonæ per *(margin: Caritas ānonæ.)*
franciam caritas ut frumenti menſura quæ ſextarius appellatur: ſolidis ueniret cētum
Piſtores propterea publici ne plebs expoſitos a ſe uenales panes deſumeret:uiq; aufer
ret:officinas clauſerūt donec recenſitis diuitū & religioſorum horreis frumentum ue/
nale iuſſu philippi promeretur. Mortuo deinde edouardo angliæ rege:ſucceſſor eius
filius edouardus yſabellam philippi filiam uxorem duxit. Per eoſdem dies mortuo *(margin: Edouardus tertius anglꝰ rex.)*
benedicto undecimo:qui philippum ab excōmunicatione bonifacii abſoluerat: con/
uenientibus peruſii cardinalibus curāte maxime philippo bernardus gottus uaſco bur
degallenſis archiepiſcopus pontifex abſens eligitur:quem clemētem quintum appel



lauerunt. Hic tempore electionis cum in gallia ageret:cardinales lugdunum ad ſe ueni
re iubet. Vbi tyara pontificali fuit coronatus:aſſiſtente philippo & principibus cōplu/
ribus francis. Ex eo tempore anno ſalutis. M.ccc. quinto cœpit clemēs auinionem ur/ *(margin: Clemēs quitus.)*
bem incolere:ubi per annos quattuor & ſepuaginta ſedes pontificum manſit. Publicæ
leticiæ quæ propter noui pontificis aſſumptionē agebatur calamitas non defuit. Erat
iuxta uiam qua pontifex ducebatur murus ueteri materia male concinatus. In hunc cū
turba uiſendi pontificis deſiderio conſcendiſſet: uetuſtate exeſus & pondere ſuperex/
tantis populi preſſus murus in britonum ducem collapſus eſt. Conſecrato clemēte car
dinales ex colūnenſium familia ſuis dignitatibus prædiiſq; a bonifacio deſtituti reſtitu
untur. A quo etiam clemente dum ex lugduno burdegallam petit tam magnis impen
ſis eccleſiæ grauatæ feruntur:ut inde ad philippum graues ad modum querelæ delatæ
ſint. Philippo autem qui ad bellum flandrenſe grandes ſumptus feciſſet pontifex de
cimæ ius donauit. Conceſſitq; ut eccleſias ſacerdote uel miniſtro deſtitutas ſibi ſeruiē/
tibus clericis atq; benemerenti familiæ conferre poſſet. Et quoniam per id tempus iu/ *(margin: Monetæ reformatio.)*
ſti ponderis moneta non eſſet:philippus pontifici pollicetur illam ad legitimam æſti/
mationem ſe reducturum. Atq; ita clementem philippus dimittens:cum in franciā re/
diiſſet margaretam burgundiæ ducis maiorem natu filiam ludouico uxorem accipere
permittit. Sedauit præterea ortam a bellouacis in ſymonē epiſcopum ſeditiōem: quæ *(margin: Seditio bellouacorū in ſuum epm.)*
eo proceſſerat:ut ciuitate extorris pontifex nobilium quorūdam manu collecta ciues
quoſdam ex inſidiis ceperit:ſuburbiis igne conſumptis. Tumultuatum etiam eodē an/
no a pariſiis ob monetæ uſum. Diuites enim qui ſuas inquilinis & uariorum miniſteri
orum opificibus domos locauerant minoris precii monetam accipere annuæ penſio
nis loco recuſabant alteram quæ iuſtioris ponderis erat exigentes. Cuius inuēti autor *(margin: Stephanꝰ barbetus.)*
ſtephanus quidam barbetus habebatur. Hic ſtephanꝰ in delitiis habebat hortos a ſuo
nomine barbetos appellatos cum præclaris ædibus:in eo loco (cui barbeti porta no/ *(margin: Seditio pariſiorum.)*
men poſtea manſit). Furens ergo populus in ſtephani poſſeſſiones delatus:quicqd in
ædibus & hortis præcioſum fuit uaſtat atq; incendit:mox inde mouentes ad uiam ſan/
cti martini ubi ipſe barbetus incolebat ſe conferunt fuſtibus clauiſq; & uerubus ut cuiq;
arma furor miniſtrabat instructi. Effractis ſtephani portis domum ſupellectilēq; om/
nem diripiunt. Erat per hos dies philippus apud templarios:quem nihil periculi ex
pectantem ſeditioſi in templo confeſtim obſident. Nec quicq̃ ad eum inferri ſuſtine/
bant quod non uel raperent uel cœno inficerent. Tam repentino populi motu attoni
tus rex:miſſo ad ſeditioſos pariſiano cum quibuſdā aulicis præpoſito:dicere illis impe
rat:ſi quid in illos a quopiam commiſſum eſſet:aut īiuria illata:ſe regem eſſe qui eos
tueri poſſit. petant modo ſi quid a rege optent:& domum abeant ſe protenus curatu/
rum ut populo melius conſultum ſit. His pro tempore ſimulatis leuis populus a furo/ *(margin: Pœna in ſeditioſos.)*
re temperans:cum domum quiſq; petiiſſet:nihil cunctatus philippus ſeditionis auto/
res ad octo & uiginti correptos furcis ad quattuor urbis celebriores portas erectis illa/
queari & ſtrangulari mandat. Nec multo poſt monetam ad legitimum æris ualorem
cudit. Et per hos dies ludouicus hutinus philippi filius pampilone a nauarris rex co *(margin: Ludouicꝰ hutinus nauarræ rex.)*
ronatus atq; appellatus eſt anno domini. M.ccc.ſeptimo. Tum etiam proditus eſt tem
plariorum error:qui apud hieroſolymā fidei defenſionem profeſſi:cum primum reli *(margin: Error tēplariorum.)*
gionis conſideratione opulentiſſimos ſe effeciſſent:præclariſſimis per orbem chriſti/
anum ædibus comparatis:chriſto reiecto falſis ſe religionibus dediderunt. Erat enim
illis ſimulachrum cui pellem humanam ſuperinduxerant: appoſitis ad oculos ſtatuæ
duobus fulgentiſſimis carbūculis qui uice oculorum micarēt. Ei ſtatuæ dum quipiam
ad illos ingrederetur:ordinem uitamq; templariorum profeſſurus:abnegato ante oīa
chriſto & cruce eius calcata:ſacrificium faciebat. Morientis autem corpus in puluerem
adactum cæteris in potum conferebant:quo poculo conſtantiores ſuos fieri arbitrabā
tur. Præterea ſi ex templarii coitu infans ex puella uirgine naſceretur:hunc igni torre/
bant:exq; eliquata inde pinguedine ſuum ſimulachrum decoris gratia ungebant. In
confeſſo quoq; habitum eſt:eorum dolo diuum ludouicum dum in ſyria peregrinare

tur:in uinculis a ſoldano ægypto coniectum fuiſſe.His atq; hmōi criminibus:& ꝙ item
maſculorum fœdiſſimi amatores eſſent:templariorum ordo in concilio uiennēſi an/
no dominicæ pietatis milleſimo trecenteſimo duodecimo per clementem quintum
finem excepit.Compræhenſis ubilibet terrarum qui eius impietatis fuerant atq; cre/

**Lugdunēſis ātiſtes ſuæ temeritatis pœnas luit.**

matis. Adminiſtrabat eadem tempeſtate eccleſiam lugdunenſem quidam non ſa/
tis prudens epiſcopus:qui ob blaſphemias regiæ ſublimitati irrogatas obſidione a lu/
douico hutino cinctus:& inde ad philippum deductus poſt longam cuſtodiam ſatiſfa/
ctione exhibita:tandem ſuæ libertati permiſſus eſt. Non intercedentibus poſt hæc
multis diebus lugdunēſes coniuratōne facta a rege deficiunt:mouenteſq; ſancti iuſti
caſtellum diripiunt.Sed per ludouicum hutinum edomiti ſe imperata facturos iurant.
Et motus iterum bellum a flamingis inſurgit:cuius autor extitit Ludouicus filius gui/
donis flandrenſis niuernenſis comes.Qui ob id decreto parlamentei ſenatus ſua hære

**Fœminæ inſignes punitæ.**

ditate priuatus eſt:& bona eius publicata. Fuerunt quoq; inſignibus fœminis ſua fa/
ta. Nam uxores filiorum philippi tres adulterii inſimulatæ ſunt.quāobrem margare/
tha ludouici hutini nauarræ regis coniunx:& iohanna philippi pictauenſis comitis:re/
gis edicto in caſtello galardi;relegatæ ſunt:quarum libido ſatis in aperto erat.Blancha
uero quæ carolo marchiano comiti nupſerat poſtq̄ apud dordanum in cuſtodia ali/

**Pœna ī adulteros.**

quot diebus fuit:innocens liberata eſt:& uiro reſtituta. Stupratores autem philippus
& galterus dannoy fratres(mentulis exſectis)pelle nudati apud pōtiſaram ultimi ſup/

**Rebellāt flamingi.**

plicii pœnas ſubierunt. Interim rebellantibus flamingis enguerrannus mariguya/
nus qui una cum philippo regnum adminiſtrabat:conuocato ad regem ex regni ciui/
tatibus populo:cum multa præſente philippo de flamingorum crebra rebellione diſ/
ſeruiſſent:rogauit poſtremo auditores ſi ad bellum quod rex aduerſus illos pararet pe
cuniam ſuppeditarent.Quibus reſpondentibus ſe regiis negociis opem non ſuſtractu/
ros:enguerrannus gratiis populo perſolutis grande penſum ad militum ſtipendia exe
git.Sed tribus ad id bellum regis filiis atq; ipſo enguerranno cum ingentibus copiis a
rege miſſis:cum ad inſulam caſtra poſuiſſent:re infecta:de enguerranni conſilio exer/

**Moritur philippus.**

citum domum dimiſerunt. Philippum interea morbus inuaſit mortuuſq; eſt apud
fontem bleaudi qui uicus in uaſtinio eſt poſtq̄ annos octo & uigīti regnaſſet. Eius cor
ex præcordiis exſectum in poiſſiaco cœnobio quod ad diui ludouici aui ſui memori/
am philippus condiderat uirginibuſq; ſub cuſtodia fratrum dominici ordinis attribue
rat ſepultum eſt:reliquo corpore in dyoniſiano monaſterio terræ commendato.Eius
mortis conſcios fuiſſe petrum cathalaunenſem epiſcopum & radulphum praerium in

**Philippi morientis ad filios pia oratio**

regio ſenatu aduocatum creditum eſt.Sed radulphus innocens inuentus eſt.At philip
pus priuſq̄ mortem obiret:filios tris(quos ſuperſtites ſibi relinquebat)ad ſe aduocās
ad maiorem natu conuerſus:Ludouice inquit regnaui hactenus:plurimis uectigalibus
& tributis meum populum uexans:nec mihi ſatis curæ fuit monetam cudere quæ legi
timi ponderis eſſet.Eam ob rem multorum in me odia concitaui.Ecce poſt me regna
turus es:miſerere patris animæ:& quæ perperam a me geſta ſunt ipſe emendes. Deo
ſatis meo nomine fac:de iis quæ tibi relinquo:& hieroſolymitano me uoto abſoluas.
Vos quoq; filii ſeruate ſinceram inter uos charitatem. His a philippo pulchro pro tē/
poris anguſtia breuiſſime dictis:cum dauidis uerſiculum.In manus tuas domine com
mendo ſpiritum meum religioſe pronunciat animam efflauit. menſe nouembri pri/
diæ diui andreæ anno chriſtiani natalis.M.ccc.decimotertio.Huic philippo quinq; li/
beros iohanna uxor peperit:Ludouicum hutinum:Philippum pictauorum comitem:
Carolum marchiæ principem:filiā quā infantē mors abſtulit:& alteram yſabellā quā
edouardo anglorum regi pater philippus matrimonio iunxit.

**Enguerrannus ratiōem regni adminiſtrati ponere cogitur.**

P Oſt philippi mortem filii eius de patris theſauris ſolliciti cum nihil æris in/
uueniſſent(ferrico pinquigniaco maxime hortante)enguerrānum in arcem
lupæræ pariſii coniectum:rationē adminiſtrati a ſe regni ponere compellūt.
At cum bonam theſauri partem carolum uallesium philippi fratrem habuiſſe enguer/
rannus diceret.Carolus ægre id ferens:oēs;quibus enguerranni nomē odio habebat



excitat querimoniā aduerſus eum proferre.Et ne quid gratiæ a beniuolis enguerrān⁹
reciperet ex lupara(cuius ipſe præfectus erat)ad templariorum munitiſſimam arcem
traducitur.Ipe paucis poſt diebus cum perductus ad ludouicum hutinū eſſet:iohannes
hannerius ad hoc a carolo ualeſio edoctus in præſentē enguerrānū hæc quæ ſubſcripſi
crimina cumulauit.Eū quidem philippo fuiſſe ſuſpectum:eam ob rem recuſaſſe illum

**Capita accuſatiōis ēguerranni**

ne teſtamenti ſui procurationem gereret.Extremam in flamingos expeditionem ſuo
dolo fuiſſe irritam ꝙ communicato clam cum niuernenſi comite conſilio : atq; ab eo
receptis muneribus conſilium dederit exercitum reducendi.Cuius tamen cauſa gran/
dem ex regno pecuniam exegerat.Ea præterea nocte qua philippus obiiſſet mortem
regis theſauros ex lupara alio tranſtuliſſe. Retinuiſſe quoq; ſibi triginta librarum pa/
riſienſium milia quæ Clementi romano pontifici dono danda a rege accepiſſet. Ne/
q; rationem feciſſe ſexaginta et trecentorū pannorum quos ex naufragio quodā regis
nomine detinebat.Celaſſe quoq; octo & quadraginta librarū millia:quæ regi attreba/
tes impēdiſſent.Nec in re pecuniaria fraudem modo feciſſe:ſed cum ad artheſiī domi
nam rex quædam quæ ad regiam dignitatem pertinebāt:ſcripſiſſet: enguerrannū ſuis
adiectis litteris repugnantia ſcripſiſſe:pollicitum eam omni incommodo eximere: at/
q; ab ea quindecim librarum mulctam dono habuiſſe:quam a cameracēſibus ſi rex de/
creuiſſet:acceptura erat:eam nihilominus pecuniam ſua auctoritate enguerrannum a
cameracenſibus exegiſſe.Et cum regium apud pariſios palatium exædificandum rece
piſſet:præter decem milia librarum quæ illi philippus tribuerat:domos quæ proxime
palatium ciuiū erant uſurpaſſe:conſtituta poſſeſſoribus annua penſione quæ ad illum
quotānis perueniret:Commiſiſſe inſuper in priuatos quoſdā inexplebilis auaritiæ fla
gitia atq; ita regios qui fiſco præerant miniſtros & quæſtores ſibi deuinxiſſe:ut ſine ei⁹
ſyngrapho regis iuſſionibus nō obtemperēt.His aliiſq; ab hannerio palam expoſitis:
renť. Sal quo nemo facile abſtinet cõparari aliunde q̃ ex publicis quæ inſtituerat prõ
ptuariis uetat. Quod aũt a mercatoribus aut emptũ hactenus: aut poſt hac emendum
eſſet: id ab iis quos ad id negociũ deputaret granetarios per uices tempoꝝ ꝓcio ĩdicto
diſtribuendũ fore. Id tributi genus & ſi graue multis uiſum eſt. ad hanc tñ uſq; ætatem
pendiť: ingenioſum profecto inuentũ quo nemo a tributo liber eſt. & unde ingẽs regi
bus pecunia quotãnis uenit. Monetæ inſup æſtimationẽ auxit ita ut quæ unius dena

Monetæ ualor augeť
Caritas ãnonæ

rii erat quiq; denarioꝝ paruo poſt tpe habereť. Quæ res annonæ caritatẽ importauit
ita ut tritici ſextarius. lxxvi. auenæ uero ſeptuaginta ſolidis uenirẽt. Eadẽ frumẽti pe
nuria cum burgundia laboraret: dux ex regis aſſenſu magnam tritici ex agro aurelia
nenſi uaſtinienſiq; atq; bleſia nauibus copiã imponit quæ p ligerim ad burgũdos ue
hereť. Id moleſte ferẽtes aurelianeń. cõcurſu facto naues expilant & omne frumẽtum
uenale extrudunt: cuius rei certior factus rex miſſis aureliam duobus ex aulicis auratis

Oliuerius de cliſſone capite punitur et aliĩ

eq̃tibus negociũ dat autores ſupplicio afficere. Oliuerius præterea de cliſſone qui a
rege defecerat cõpræhẽſus pariſii capite puniť. Puniunť eadem cauſa gaufridus male
ſtretus: iohãnes talkarus: guillermus ebroiceń. & alii quidã ex britonũ nobilitate qui
edouardi partes ſequebanť. Par quoq; pœna ſecuta eſt guillermũ baconẽ: richardũ p
ceiũ & rocheteſſonẽ qui gaufrido haricurto normãniæ principatũ affectãti fauebant.
Per eos dies anno qui fuit a ſalute. xliiii. ſupra mille. ccc. philippi iuſſu iohannes nor
mannoꝝ dux auinionẽ ꝓfectus eſt: ut ſicuti cõuenerat de regũ cõtrouerſia apud ponti
ficem agereť. Sed edouardo per nũtios oĩa agente: quibus nõ ſatiſſufficiẽs experiẽdi
in iudicio ptãs erat: re infecta iohãnes ad patrẽ reuerſus eſt. Tũc blancha caroli pulchri



filia philippo regis filio nupſit. Et eodem prope tpe cum edouardus ſcluſam ſe con
tuliſſet ſpem gerens flamingos in fidẽ recipiẽdi: cognito ꝙ arteuella a gandenſib⁹ fu Edouard⁹ iterum nocens
iſſet trucidatus retro in angliã abiit atq; ad aquitanos copias mittit: q̃ inducias ſua ſpõ
te uiolauerant. Contra uero philippus iohannẽ filium cum delectis militibus ire iubet
Sed poſtq̃ cognouit anglos duce herbi comite multas per eã regionẽ arces occupaſſe.
de rebus bene gerẽdis deſperans: exercitũ reduxit. Quare ubi patrẽ indignari accepit:
aquitaniã repetẽs aguilonẽ obſedit. Sed renouato inter reges bello ut patri auxilium
ferret: ſoluta obſidione: in franciã uenit. Erat per id tps cõpendii ciuis ſymõ poillet⁹ Stultus locutor puniť
q̃ uerbi ꝓdigus dicere nõ ueritus eſt edouardo q̃ hilippo plus iuris ad franciæ regnũ p
tinere. Quãobrem mox cõpræhenſus atq; in tabulatum elatus: brachiis primũ: deinde
cruribus atq; poſtremo capite exſectis: diras ꝓ ſua temeritate pœnas luit. Cõſtituerat
philippus magnã claſſem cogere ut in angliã traiiceret: atq; eius rei cauſa miſſis ad ge
nuam nũtiis onerarias naues expectabat: & fabricare præterea inſolitæ magnitudinis
nauem apud harfleũ normanniæ portũ iuſſerat. Sed cunctantibus qui miſſi erant: atq;
appellente in normanniã cum centũ ſupra mille nauibus edouardo: inſtituto philipp⁹
abſtinuit: compulſus aduerſus hoſtẽ militẽ inſtruere. Interim dum cunctať: feſtinabat
anglus cum gaufrido haricurto omnia populari. Itaq; montẽburgum: carentũ: ſanctũ
londum thorinũ: cadomũq; occupat: prædis inde abactis & in angliã traductis. Cado
mi autẽ cum plæriq; nõ parua nobilitate proceres & guillermus bertrandus baiocenſis
præſul præſidii cauſa eſſent: q̃q̃ oppidani obſtinatis uiribus hoſti reſiſterẽt retro tandẽ
(neſcio quo reuocãte) cedẽtes. anglum mox in oppidũ irrũpere cõſpiciunt. Atq; ipſe
coneſtabilis cum iohanne de tãcaruilla arce egreſſus capiť: & in angliã dimittiť. Ex ca Coneſtabilis & iohãneſ de tãcaruilla in angliã ducũť
domo lexouios edouardus petit. Inde falleſiã mox rothomagũ ducẽs: poſtq̃ philippũ
exercitũ ibi habere cognouit: ad pontẽ archæ ſe cõuertens: a philippo præuentus eſt q̃
ydoneũ bello locũ occuparat. Quo potitus rex edouardo per nũtios mandat: ſi in præ
lium totis copiis ueniat: ſe pugnãdi ptãtem facturum. Nũtiis anglus reſpõdet non de
trectaturũ ſe prælium dum in agrum pariſiẽſem ueniſſet. Cõferendi ſpe accepta philip
pus ad diui germani monaſteriũ ſe recepit. Anglus uero per agrum uernonẽſium iter
faciens ſuburbanis ſuccẽſis mãtam alias medõtem acceſſit. Deinde meulanũ oppugna
re conatus cæde ſuoꝝ damnificatus eſt: eapropter ira excandẽs murilũ proximũ meu
lano locum totũ prorſus incendio cõſumpſit. Nec cũctatus poſſiacũ acceſſit oĩa ſancto
clodoaldo tenus diruens cremãſq;. Cui ne retro abeundi poteſtas foret: ponte qui eſt
poſſiaci a francis refracto: interceptus anglus uidebať. Sed cum ſe per montẽfortẽ iter
habere ſimulaſſet: & philipp⁹ ut illi occurreret ad antoniũ uicũ caſtra poſuiſſet: reſtitu
to poſſiaci ponte anglus bellouacũ abſceſſit. Quod poſtq̃ reſciuit philippus ſe ꝓditum
eſſe palam magna uoce querebať. Vnde hoſtẽ perſequi oĩno conſtituens: cũ audiſſet
anglum per picardiã iter ad mare cõficere: abbatis uillã põtiuiaci primariũ oppidũ pe
tit. Habebat arenis caſtra eo die ãglus & ſe ibi militẽq; reficere cõſtituerat donec ex iis
quos ad uadum quo exercitũ traiiceret: nũtiũ miſerat accepit. Sed de philippi aduẽtu
certior effectus flumine celeriter duce gobino agaceo qui inter captiuos locorũ pitus
erat traiecto: ad uicum quem blancã aquã incolæ dicunt iuxta creciaci ſiluã caſtra fecit
Nec tranſitũ impedire potuit godemarus fayacus: quem ut ãglũ traiici ꝓhiberet cum
duodecim millibus pugnatoꝝ philippus præmiſerat. Eo cum ꝓxime ſe philippus con
tuliſſet: ſciſcitatus q̃ procul hoſtis abeſſet: cũ mentiẽtibus ſibi quibuſdã crederet: hoſtẽ Pugna apud creciacum
duodecim milliaribus diſtare: ip̃e ut erat ardens cõgredi: anglos proſpicit tribus tantũ
paſſuum milibus abeſſe: ꝓtenus ergo ſigno ſuis dato q̃q̃ ordinẽ miles nõ ſeruaret ĩ ho
ſtem uadit. Erant baliſtarii genuẽſes ad numerũ quindecim milliũ in prima fronte cõ
ſtituti. Qui ad primũ ſagittarũ ſtrepitum (q̃bus anglus ſtatim ineunte pugna uſus eſt)
exterriti in fugam ſe cõuertũt. Quos cum pſequi philippus atq; interfici iubet: magna
nihilomin⁹ reliqui exercitus pars deſerto rege fugæ ſe dedit: magna pars fuſa occiſaq;
eſt: cum ex acie hoſtiũ ſagittarii tñ depugnaſſent. In interẽptoꝝ numero primi fuere
bohemus rex: alẽconii comes philippi frater: lothoringoꝝ dux: ludouicus flamingoꝝ

comes. Comes haricurtus & ſancerrenſis: alias caſtri cæſaris quod oppidũ olim agenditum dicebatur. Philippus uero ad ambianos nocte cum paucis ſe recepit. Poſtridie pugnæ qui dies erat dominicus permulti pedites atq; equites ex fuga recepti cũ ad caſtra ſua redirent: uiſis procul francoꝝ ſignis quæ erecta angli tenebant: rati illic aciem francorum eſſe: in manus hoſtium incidẽtes multo plures ex eis ꝗ pridie occiſi ſunt. Strages fuit occiſorum milliũ triginta. Hanc plærīq; ſtragem uindice deo factam dixerunt: aliis in philippum culpam referẽtibus: qui ſpreto procerum præfectoꝝq; cõſilio: cum militẽ diuturno itinere defeſſum haberet: nulla quiete data in hoſtem incurrit.

Fuiſſe per id tempus per franciã ueſtimentoꝝ nimiã deformitatẽ ſcriptores tradunt ita ut ioculatoriam uitam agere francos ueſtibus iudicares. Crediderim non defuiſſe illis & laſciuiam atq; ſuperbiam quottidiana gentis mala. Itaq; continuo uix decennio unius modi indumentũ ſeruat: nouitatis ſemper ſtudioſa. Philippus autẽ multa ſecum repetens godomarũ fayacum ſuſpectum habuit ꝙ hoſtem apud blancataquã a uado nõ propuliſſet: uoluit propterea godomarum ſupplicio afficere. Conſilio tñ iohannis hannonienſis ab ira temperauit.

Calliſium ab edouardo obſeſſum

Victor edouardus re proſpere geſta per mõſtrolium boloniãq; uiam faciens: in planicie caliſii caſtra fixit. Indignatuſq; ꝙ oppidani illi obſiſterẽt iurat ſe inde nõ moturum: donec oppidum expugnet: atq; ita uiculo quodam leui materia nõ procul a calliſio extructo (quem uillam nouam audacem appellauit) ibi diuerſari per obſidionis tempus animo firmat. Cui ab initio flamingi commeatum affatim miniſtrabant. Sed poſtꝗ defuncti comitis ludouici filium in dominũ admiſerunt alius illis animus fuit. Interea cum hec in picardia geruntur: comes darbus qui burdegallam tenebat poſtꝗ iohãnem normãnorum ducem aquitaniam reliquiſſe cognoſcit: xantonas: ſanctum iohãnem angeliacum: pictauumq; occupat: & prædis inde factis burdegallam reuertitur.

Nota haricurti comitis pœnitẽtiam

Gaufridus autem haricurtus quem a philippo defeciſſe et normanniam affectaſſe ſupra ſcripſi: commiſſorum a ſe pœnitens: collum mantili quaſi fune circumligat atq; ita ad philippum ueniens & uociferans. Prodidi inquit regem et regnum: miſericordiam tuam rex expeto. Cui ueniam philippus impartiuit.

Gauuinus ꝓditor

Paulo poſt reparato exercitu: hiſdinum artheſii oppidum rex petit: ut anglum pugna adoriretur: qui tam arcta obſidione mari terraq; caliſianos premebat: ut nihil uictus ad eos inuehi poſſet. Dum ſedet ad caliſium edouardus: gauuinus bellomõtanus laudunenſis. qui lauduno relicto ſe ad mediomatricos receperat: per colinum tomelum miſeræ conditiõis hominem litteras ad anglum dat quibus ſpondet illi laudunũ tradere. Eſt autem laudunum non procul a uiromandis in colle edito ciuitas: bello in omnes finitimos gerendo accommodatiſſima. Colinus acceptis a gauuino litteris: cum francus eſſet diu dubius fuit: anglo ne an franco regi eas reddat. Stat tandem animo ſententia ad philippum proditionem deferre. Cognitis litteris rex colinum docet remos repetat: ubi gauuinus illum præſtolabatur. Vtebatur autem proditor religioſo habitu & ſe ſpecie pietatis occultabat. Colinus poſtꝗ ad remos ſe contulit: prætore certiore ab eo facto gauuinum prodit: qui laudunum a prætore perductus: poſt acceptas a plebe multas contumelias: poſtremo lapidibus obrutus eſt & eius unicus filius paterni criminis conſors perpetuo carcere afflictus.

calliſiũ edouardo deditur

Interim calliſiani commeatu defecti: poſtꝗ philippus deſperato ſubſidio auxilium ferre non poteſt: anglo ſe dedunt: uita atq; una tantum ueſte illis conceſſa. Anno undecimo obſidionis. Relicto igitur calliſio omnes cũ ad regem francũ ueniſſent plurima ab eo humanitate accepti ſunt. Inſtituitq; philippus ut nulli poteſtas magiſtratus aut officium committeret̃: donec qui calliſium tam ingenuæ defendiſſent ſinguli ſingula officia recepiſſent. Inter quos primarius erat iohannes uiennenſis burgundus eques. Cuius opera calliſium in philippi fide quo ad fieri per eum potuit permanſerat. Calliſio recepta: edouardus aymerum pauienſem oppido præfecit. A quo cum gaufridus charnus qui ſancto audomaro præerat calliſium pecunia redimere uoluiſſet re comperta: in emptoris perniciem fraus recidit.

Comes bleſenſis capitur

Per idem tempus ludouicus bleſenſis britonum dux apud ruppem lerianam uictus captuſq; ab anglis eſt. Tot incõmodis affectus philippus: conſilium pariſiũ cõ



trahit. Ibi agĩt de expeditione in angliã ducenda. Cui ſine cõtrouerſia oĩs aſſentiunt̃ ꝓmittuntq; ſinguli auxiliũ ferre: atq; ut ſtipẽdio militi ſoluẽdo pecunia quæreret̃: itur in aduenas italos q fœnus exercebãt. Illi eñ præter regias leges fœnus augebãt: ita ut ſupra millia librarũ decẽ primæ ſortis: ad quattuor & uiginti millia librarũ pariſianarũ uſura increuiſſet: Eã ob rẽ eoꝝ bona fiſco deputata ſunt. Grauis eodem tpe peſtilentia francos affecit: abſumptis per annũ & ſemis trigĩta hoĩm millibus. Mortuis uero uxoribus philippus blanchã regis nauarræ filiam: iohannes eius filius iohãnã boloniẽſem uxorem accepit. Edouardo adhuc apud caliſium agente: intercedẽtibus romanis legatis: induciæ anni unius a regibus cõceſſæ ſunt. Hec cum anno ſalutis. M.ccc.qnquageſimo menſe iunio agunt̃. Philippus menſe auguſto apud nogentũ regis morit̃: ãnũ agens quinquageſimũſeptimũ: qui bene fortunatus primũ: deĩde felix: poſtremo optimus chriſticola appellatus eſt: & apud diuũ dyoniſiũ humatus poſtꝗ ãnos tris & uigĩti regnaſſet. Eius regis diebus iohannes .xxii. pontifex romanus de diuina cõtẽplatiõe atq; uiſione temere ſentire atq; prædicare auſus eſt: aduerſantibus illi catholicis uiris quibus in primis philippus adiutor fuit.

Iohãnes .xxii

Eiuſdem compendii Liber nonus.

Erræ cõmendato philippo ualleſio: iohãnes eius fili⁹ regnũ adept⁹ eſt: & de more frãcoꝝ regũ remis unctus. Qui inde pariſiũ repetẽs incredibili oĩm letitia exceptus eſt. Venerat tũ ex anglia ſolut⁹ carcere radulphus angi comes & coneſtabilis quẽ cadomi ab anglis captũ ſupra enarraui. Hic ꝙ in iohannẽ (ut ipſe ſponte cõfeſſus eſt) crimẽ maieſtatis cõmiſerat: apud neellã pariſii capite trũcatus eſt: ſubſtituto in coneſtabilatu iohãne hiſpaniẽſi quẽ rex angoliſmẽſi comitatu paulo añ donauerat. Per hos dies in xãtonibus infœliciter aduerſus ãglos a francis: duce guidone neellenſi pugnatũ eſt: eodẽ cũ plurimis francis occiſo. Sed ne prorſus inimica fortuna eſſe uideret̃: ſancti iohãnis angeliaci oppidũ a francis receptũ ẽ. Sed acceſſit ab ãglis aliud detrimẽtũ.

Ordo ſtellæ

A gẽte eñ iohãne apud ſanctũ audoenũ ĩ agro pariẽſi diem feſtũ ordinis ſtellæ: quã pro inſigni ſuos portare inſtituerat: aderat illic ĩter aulicos matheus de bouquinghem quẽ arci guinarũ præfectum iohãnes poſuerat. Qui ꝑ inducias quæ cũ anglis cõuenerant nihil doli metuẽs: guillermũ bellicoꝝ ſui loco ſtatuerat. Hic guinas anglis ꝓdidit. Et paulo poſt ꝑfidiæ pœnas luit.

Cædes a nauarro rege hoĩe malo

Facta etiã cædes eſt a carolo nauarro rege apud aquilã normãniæ uicũ. Nec eius cædis cãm ſcriptã ĩuenio. Quieſcentẽ noctu iohannẽ hiſpaniẽſem franciæ coneſtabilẽ miſſis ſatellitib⁹ necari nauarrus iubet. Nec homicidiũ diſſimulat. Sed datis ad cõplures ciuitates: atq; ad regios cõſiliarios lr̃is iohãnẽ legitimis cauſis interemptũ fuiſſe diuulgat. Nec ſecuſ necis autorẽ ſe prædicare uerebat̃: ꝗ ſi aperto bello crimẽ defenſurus aduerſus regem eſſet: cuius filiã deſpõſauerat. Apud magnates raro affinitas ualet. Iohannes aũt rex q regni cõditionẽ & dirã fortunã aſperiorẽ reddere nolebat: ad carolũ nauarrũ q mãtæ agebat: uiros & dignitate & genere illuſtres guidonẽ bononieñ. cardinalẽ: robertũ gallum laudunẽſem antiſtitẽ: borbonii ducẽ: & comitẽ uidocinẽſem mittit. Qui tametſi crimis impunitatẽ carolo offerrẽt: ueteres tñ iuſtæ indignatõis cauſas adduxit. Deberi ſibi ex cõpoſito & nuptiarũ fœdere pecuniã. Quã diſſolui in primis oportere cõtẽdebat. Ea ꝑſoluta eſt: terræq; plurimũ attributũ quod ꝑpetuo teneret. Liberũ itẽ illi eſſet prætoriũ inter ſuos cõe inſtituere quare normãnoꝝ duci fuerat ĩdultũ: quod ſcacariũ uocãt. Sup hec homicidis impunitas cõceſſa. Et ꝗꝗ hec accepiſſet: nõ tñ ad regẽ prius uenit: ꝗ andegauũ comitẽ iohãnis filiũ obſidẽ haberet. Venit tandẽ & apud ſenatum ꝑlamenti (ſedente rege) carolus cõmiſſæ cædis ueniã poſtulauit: obtinuitq; interuenientib⁹ reginis iohãna eius ſorore & blancha. Non qeuit tñ nauarrus. Quãobrem iohãnes rothomagũ ſe cõtulit: & cõplures quæ ad carolũ ſpectabãt arces ad ſe recepit. Verũ reuerſus ex nauarra carolus: hortatu dalphini uienneñ. ad regẽ ueniẽs: ſe omni ſuſpitiõe liberauit. Mouit ꝑ eos dies ex anglia galliæ princeps edouardi filius: & ꝑ aquitaniã ad tholoſates irrũpens carcaſſonæ burgũ: & quæ oĩa narbonã uſq; erant igne cõſũpſit

nō occurrētibus illi arminiaco comite & aliis ꝑmultis copiis quas ad ꝓuiciæ cuſtodiā
iohānes ſtatuerat. Edouardus præterea īduciarū impatiēs iureiurādo uiolato artheſiū
rurſus ingredit̄ & hiſdinū uſq; prædas facit. Qui iohannē in eū ex ābianis ducentē cum
audiſſet: intacto hiſdino calliſiū regreſſus eſt. Iohānes uero hoſtē cedentē perſecutus:
apud ſanctū audomarū caſtris poſitis: mareſcallū dodrehan ad anglū cū his mandatis
legat. Aut cum eo ſingulari certamine aut toto exercitu cōgrediat̄. Neutrū edouardꝰ
Cura cogen/dæ pecuniæ — acceptū habuit. Sed cōfeſtim trāſfretauit ad ſuos. Iohāni cum in franciā remeaſſet cu/
ra fuit bellicis rebus aīm intēdere & pecuniā ad belli uſum cogere. Cōuocatis ad ſe re/
gni primoribus oīm aſſenſu ꝓmittunt̄ illi triginta millia armatorū in annos ſingulos
quæ populi impēſa militi ſtipēdia facerēt. Nec fuit quiſpiā in oī franciæ regno: annuū
uel ex ſuis operis uel ex prouētibus cēſum ꝑcipiēs q cogēdo ſtipēdio nō contribueret.
Seditio attrebatium — Quæ res (ut ip̄e arbitror) cauſa fuit ſeditōis plebeiorꝫ attrebatium aduerſus primores
ciuitatis. Plebs em̄ in opulentos inſurgens aliquot interfectis reipublicæ gubernacula
uſurpauit. Ad quos miſſus a rege arnulphus daudregus franciæ ſeneſcallus centū ſup/
Rex nauarrꝰ ſeditioſus cū normānis — plicio affecit. Rex præterea nauarrus iohāni cōtinēter infenſus: detrectare id quod
de ſtipendio agebat̄ cœpit. Cui haricurtus comes & plæriq; normanni ꝓceres aſtipula
bant̄. His rothomagi cū carolo normāniæ duce qui iohānis primogenitus erat: ī arce
epulātibus: iohānes centū delectis eqtibus ſecum aſſumptis ꝑ poſticum ad eos clam in
Nota ultio/nem — greſſus oēs in uincula cōiecit. Nec moratus quattuor ex illis comitē haricurtū: grauil
lam: mabuū: & colinetū doubletū in proximū agrum eductos capite plecti iubet. Reli
Nauarrꝰ rex capit̄ — quos præter nauarrū regem friquetū: & iohānē uaubatū abire ꝑmittit. Caroli regis
captiuitate cognita philippus nauarrus arces complures quæ in agro cōſtātienſi erant
præſidio firmat: caroli ignominiā ulturus. Ad quē mox cōceſſit gaufridus comitis ha
Excuſiones ꝑ normāniā — ricurti patruelis: q coactis undiq; iohānis inimicis: comitis necem ulciſci ſtudebant. Hi
oēs duce principe cloceſtriæ quattuor armatorꝫ millibus ſtipati: ꝑ lexouios ad becū/
heloynū: inde ad pontē audomari prædas agētes ꝑueniūt. Obſidebat tū arcē robertus
holecotus: qui eorꝫ cognito aduētu relictis impedimētis abſceſſit. A ponte audomari
hoſtis bretoliū cōtēdit: oīa populatus. Inde ebroicā prætereūtes urbē (quā iohannis
ꝓſidiū tenebat & fuerat paucis an̄ diebus igne fere cōſūpta) uernoliū cū arce expugnāt
Quæ poſtq̄ iohānes cognouit: copias q̄s coactas hēbat educit. Sed abeūtē aqlā hoſtē ꝓ
pter īterextātes ſiluas ꝑſequi deſtitit. Tulleriā tn̄ & bretoliū fortiſſima caſtella cepit:
præſidioq; muniuit. Deinceps carnotū ꝓfectꝰ ē: ubi recēſito auctoq; exercitu cū accepiſ
ſet richardū edouardi filiū maiorē natu: in bituriges & pictauos graſſari atq; ī turonos
uēturū: turonū magnis itineribus petit aīo cū richardo cōferendi. Id aīaduertēs richar
Iohānes rex apud picta/uos a richar/do anglo ca/pitur — dus pictauiā regreſſus: caſtra īpeditiſſimis locis fecit quæ dēſiſſimis ſepibus uelut palis
munita erāt. Cōtra quē iohānes nō ꝓcul a chāno caſtello acies ſuas tripharīā īſtruit: ita
ut uix mille paſſus īter utraq; caſtra ītercederēt. Priuſq̄ acies cōcurrerēt cardīalis petra
goricus q pacis cām ab innocētio ſexto miſſus ꝓcurabat: magnope pacis rōnes utriq;
principi ꝓponēs poſtq̄ irritatos principū aīos flectere poſſe deſperat caſtris exceſſit. Ri
chardus em̄ & ſi oīa quæ iohāni abſtulerat: reddere nō recuſaret: fato tn̄ malo nō eſt a
frācis exauditus. Sed irritatꝰ & furēs rex ꝓcurrit in hoſtē. Aciē primā ducebat athenarū
dux frāciæ tūc coneſtabilis. Quē magnis copiis inſtructi ſeqbant̄ arnolphus & iohānes
claromōtēſis mareſcallus. Præerat ſecūdæ carolus dux normānus iohānis filiꝰ maior
natu. Tertiā moderabat̄ aurelianorꝫ dux regis frater. Hi tribꝰ locis. xiii. kalē. octobris.
āno ſalutis. M. ccc. lvi. in uallū hoſtiū irrūpere conati: crebris ſagittariorū iactibus tar/
dati ſunt: atq; ita q imbellis animi erant eqtes pediteſq; magno nūero ignominioſam
fugā fecere. Anglo tādē uictoria ceſſit: occiſis ī prima acie tribꝰ quos ſupra mēoraui: &
gaufrido de chargni ſignifero cui auriflāma credita erat cū qbꝰ cecidere mille ſeptīgēti
Iohānes uero egregie ꝓ cæteris pugnās a dyoniſio morbequo eqte artheſieñ cū philip
po eiꝰ filio & mille ſeptīgētis captꝰ burdegallā ꝑductꝰ ē. Carolo re male geſta cōſiliū fu
it pariſiū ſe recipe. Quo aduocatis ex regno primoribꝰ p̄ris miſerā fortunā ī ſenatu pla
mēti magno oīm mœrore expoſuit: loco eiꝰ uerba agēte petro foreſtano rothomago



rū archip̄ſule frāciæ cācellario: atq; pecunia belli ſubſidiū ī tot aduerſis poſtulāte. Cō/
ditione captiui regis cognita: fuit una oīm ſententia: miſeris rebus opitulari: modera/
tione habita. id quod in oīm conſpectu neq; ab incōdita multitudine fieri rite poterat
Deliguntur propterea ex oībus quinquaginta uiri quorū arbitratu tanta res ageretur. — Cōſilium de regni ſtatu poſt captum regem.
Illi hoīm turbā tumultūq; uitantes: ad minorū ædes ſeceſſerunt: ubi quindecī dies ſen
tentiis dictis: tandē carolū ꝑ nuncios oratū faciunt ad eos accedat: habere multa q̄ ad
illum referant. Nec ſegniter agens carolus: cū ſex tantū aulicis ad illos pergit. Sedenti
carolo unus cui cōmiſſum dicendi munus erat. Nos inquit illuſtriſſime princeps ꝓ no
ſtro officio ꝑ ſuperiores proximos dies de patris tui atq; regni francorū miſerāda for/
tuna conſiliū cepimus: quod tibi reiq; publicæ ſalutare eſſe poſſit. Tantū te oramus ar
chanū teneas quod in præſentiarū dicturi ſumus. Carolus uerbis loquētis interceptis
ſe quidē acceptū habere quod ab illis definitū foret. Verū dignitati ſuæ non conueni/
re: iureiurando ad ſilentiū aſtringi de iis potiſſimū rebus q̄ ad uniuerſitatē regni ſpecta
rēt. Hæc tametſi diceret carolus: pergit nihilominus dicere qui loqui ceperat. Præſen
tem rerum ſtatum idcirco obtigiſſe: ꝙ malis conſultoribus uſus rex eſſet. Apud eos re
gni opes & diuitias eſſe: qui & fiſco & publicæ adminiſtrationi præfuiſſent. Ab eis pe/
cuniam exigendā: mouendoſq; eos officio eſſe & bona eorū publicanda. Complures
quidem ex clero reliquoq; populo eſſe male adminiſtratæ rei conſcios: atq; imprimis
Petrū foreſtanū cancellarium: Symonē buſſium parlamenti primū præſidentem: Ro
bertum lorrium equitem auratū: Nicholaum brachū: Enguerrannū peticellariū pari/
ſieñ. ciuē: & Iohannem pilliuillanū: qui monetæ præfectus erat: & Iohannē chaueum
bellicarū rerū theſaurariū. Congruere præterea cuſtodia liberare carolum nauarrum
Adhuc ꝑneceſſariū eſſe: ipſi optimos uiros aſſiſtere. eccleſiaſticos quattuor: proceres
duodecim: & populares totidem: quorū ſapientia & decreto reſpublica adminiſtretur
Fine dicendi facto: Carolus de his oībus ad conſiliū ſe relaturū reſpondit. Sed interim
cupere ſe intelligere qd de ferendo tributo ip̄i decreuiſſent. Hæc nobis inquiunt opti/ — Decima & ſemis unꝰ āni.
ma factu uiſa ſunt: ſi a clero atq; nobilitate decima & ſemis oīm prouentuū anni unius
exigatur. Ciuitates uero & reliqua ꝑ regnū oppida ſingula: ex ſingulis hoīm centenis
unum militē ſi inſtruant: & ad bellū mittant: id milia triginta cōſtituere poſſe. His a
delegatis acceptis: carolus domū ſe recepit. Paucis deīde ſeorſum accerſitis: q̄bus rem
auditā carolus cōicaret: cognoſcit plæraq; ex illorum poſtulatis admittenda non eſſe.
Quare poſtridie cōuenientibus delegatis: admonet ea non petere quæ præſenti tp̄i nō
conuenirent. Perſiſtentibus in ſententia legatis: dies dictus eſt cū apud regem in parla
menti ſenatu ſua palā decreta poſtulataq; promerent. Conſtituto die: cōueniente in cu
ria uix numerabili populo: Carolus ne in vulgū efferret̄ quod alioquin celatū eſſe de/
beret: a delegatis impetrat ſuā petitionē in alterā diē transferant. Expectāti populo ut
delegatorū conſilia vulgarentur: Philippus aurelianus dux a carolo iuſſus: ueniſſe ait a
patre rege: atq; ab imperatore romano caroli auunculo nunciū: cuius cā legati referre
q̄ ip̄i geſſiſſent impedirentur. ſimulq; palā enūciat q̄ fuerat a carolo edoctus. Tam par/
uo negocio popularis conatus & ad rempublicā pertinax feruor lāgueſcit. Itaq; ad phi
lippi uerba magna conſilii pars conuentu relicto: ad ſua demigrauit. Quarto deinceps
die: carolus ex amicis conſilio capto uocatis ſeorſum quibuſdā delegatis reliquæ mul
titudini per eos mandat domū proficiſcantur: donec commodiore tp̄e eos accerſiret.
Hoc caroli inuento conſiliū dimiſſum eſt. Non em̄ cōmode ſe aptat principū uolūtati
populus frequens: exiſtimantibus plurimis inter res aduerſas ſuā conditionē uel meli/
orem effici poſſe: uel principis liberā adminiſtrationē plurimorū ſententiis cohiberi
Nā ꝑ eos dies q̄bus cōuētus pariſii habitus eſt: licet carolus apud primores pariſienſiū
crebro egiſſet ut præſenti fortunæ pecuniariū auxiliū ferrent: ipſi ad publicū conſiliū
id negociū reiiciebant. At linguæ occitanæ & ꝓuinciæ narbonēſis incolis miſericor — Narbonēſis prouinciæ in ſuum regem pietas.
dior animus fuit. Nā auctore armigniaco comite cōuenientes: ante oīa ꝓhibent regio
nis incolas auro argentoq; & unionibus in publico uti: neue inſigni colore ueſtes īdue
rent donec iohannes eorū rex apud anglos captus teneretur. Octo ꝓterea hoīm milia

ad belli ſocietatem cum diurno ſtipendio decernunt. Cuduntq; ad ſtipendiū armato/
rum aſſentiente carolo monetam nouā. Dum hæc geruntur robertus claromontē/
ſis aduerſus philippū nauarrenſem & gaufridū haricurtū in territorio conſtantieñ fœ
liciter pugnat: occiſo ipo gaufrido cū aliis non paucis. Receptū inſuper eſt caſtellū pō
tis audomari quod nauarri dedidere ſex milibus nummū a francis acceptis. Inuenio
carolū per hos dies ad carolū bohemū imperatorē romanū qui mettis agebat pfectū
& inde poſt paucos dies reuertiſſe. Quid aūt ab eo cū impatore auunculo fecerit nō in
uenio. Interea dū imperatorē carolus adit: mercatorū præpoſitus ſtephanus marcell⁹
& pariſieñ. ſcabini (id eñ nomen eſt eorū qui ciuitatis pariſiorū moderationē gerūt)
mutatā a carolo monetā eſſe non bono aīo ferentes andegauorū comitē uicariū a ca/
Seditio propter monetā
rolo relictū plurimo populo comitante cōueniūt: ut monetæ uſum inhibeat. Id quod
comes (dū carolus ab imperatore rediret) concedit: ueritus credo tumultuantē popu
lum irritare. Carolo imperatore reuerſo: mercatorū præpoſitū ad ſanctū germanū
altiſſiodorenſem per archiepm ſenoneñ. uocat. Quem cū ingenti armatæ plebis mul
titudine uenientē archieps monet non aduerſari legi quā de moneta Carolus tulerat.
Sed plebis frequentia fretus præpoſitus: pernegat id ſe factur̄ū. neq; permiſſurū eā mo
netā in uſum uenire: atq; ita locutus domū diſceſſit. moxq; quoſq; opifices ab opere ceſ
ſare & in armis eſſe paratos iubet. Trepidatū eſt ne quod a plebe inſigne flagitiū patra
retur. Exacta nocte: carolus ſub initium lucis palatium petit: quo item mercatorum
præpoſitus ſe confert. Quem carolus alloquens: Ego inquit præpoſite bono aīo fero
quod a conciuibus tuis commiſſum eſt: & ſi quid culpæ eſt: illam tibi remitto. neq; im
pedio conuentū procerum habere: eoſq; ab officiis ſemouere placet: qui ſub patre po
teſtatem geſſere. Monetæ uero conſiderationē atq; uſum ad arbitrium eorum defer/
re placet qui a publico conuentu delegabuntur. Caroli uerba præpoſitus libens exce/
pit: petit de ipſis ſyngraphum a rege conſcribi. Quod carolus facile admiſit. Nam pro
Conſiliū pariſii.
rerum temporūq; conditione uir conſultus ſeſe accōmodat. Conuentū igitur caro/
lus iterum pariſii cogit. In æde minorū diui franciſci contio habita eſt. Vbi conſtitutis
q̄ ad rem præſentē expedire uidebantur: ad parlamenti ſenatū carolus contionē uocat
Ibi poſt habitā a roberto gallo lauduneñ. epo orationem. duo & uiginti regii miniſtri
non auditi a ſuis officiis caroli edicto amoti ſunt: præter nōnullos ex caroli miniſtris.
Ex ſenatu quoq; parlamēti & rationū prætorio: id eſt (ne ab uſitato uocabulo diſcedā)
camera computorū complures ſecluſi. De ſubſidio quidē pecuniario: atq; militum co/
piis ita ut ſupra memoraui ſancitū eſt. Monetæ uero precium inditū. De pace autē nū/
cii burdegallam a carolo miſſi: cum per abſentiā edouardi qui in anglia erat nihil trāſi/
Iohannes in anglia ducit.
gi poſſet: duorū annorū inducias firmauerūt. Iohannem autem regem richardus wal/
liæ princeps in angliam uictor traduxit: remiſſis domum reliquis captiuis quorū uice
iohannes ſe conſtituerat debitorem. Redeuntibus burdegalla nunciis: litteræ ca/
rolo a patre reddūtur: quibus legem de bellico ſubſidio latā ſeruari prohibebat. Quas
per compita urbis præconis uoce promulgatas cum ſeditioſus populus accepit: ſtrepi/
tu & clamore carolum impellit non patris: ſed delegatorum conſilii ſtatuta obſeruare
Populi furor
Carolus igitur populi furiam aīaduertens: ſtatim altera præconis uoce conſilii decre/
tum probat. Sed non multo poſt contionis huius ſeueritas elāguit: in ſuas quibuſq; do
Carolus rē publicā regēdam accipit.
mos remeantibus. Conſilio diſſoluto: Carolus mercatorū præpoſitum: carolū conſa/
cum: & iohannē inſulanū regni primores rectores ad ſe uocat: adminiſtrationē illis ul
tra uſurpare prohibens. ſe ydonea ætate ad reipublicæ moderatiōem eſſe. Atq; ita pa/
riſio egreſſus: per alias ciuitates uadens: quaſq; ad ferendum rebus afflictis ſubſidium
hortabatur. At pariſiani caroli abſentiam non æquo aīo ferētes: cum futurū fore cō
iectarent ut pertinaciæ illorum carolus facto aliquo obſiſteret: placare illum elaborāt
opem pecuniāq; pollicentes. Quos carolus ut erat inopia preſſus libens in ſuam beni/
uolentiā recepit. Conceſſitq; ut conuentus alter pariſii haberetur: non oīm quidem:
ſed paucarū ciuitatū. Cum pariſium carolus reuertiſſet: conuenientibus qui ad conſi/
lium deſignati erant: nihil utile actum eſt. propterea q̄ paucis non licebat de uniuerſa



republica decretum ſtatuere. Interim dum hæc aguntur iohannes pinquigniacus quē
Iohannes pinquigniac⁹ nauarrū regem liberat.
rex artheſio præfecerat: nauarrū regem carcere ui armiſq; ſurreptum ambianū eduxit:
amicorū precibus ſecuritate a carolo impetrata: nauarrus multa ſatellitū manu ſtipa/
tus: ad ſancti germani de pratis cœnobium uenit: fauētibus imprimis laudunenſi epo
& aliquot cum mercatorū præpoſito ciuibus pariſianis. Nauarri aduentum non bene/
ferentibus: ſeu timentibus quibuſdā campanis burgundiſq;: qui ad conſiliū ueniſſent:
clam domū abierunt. At nauarrus miſſis ad amicos quos pariſii cōplures habebat:
nunciis: ſignificat ſe habere q̄dam q̄ palam differere populo uelit. Nauarri uoluntate
Rex nauarr⁹ ad populum pariſienſem.
cognita: protenus affuit cum ingenti multitudine mercatorum præpoſitus. Ad quos
nauarrus ex tabulato quod ad muros cœnobii: clericorum pratum uerſus extructum
erat contionatus: cum multa in miniſtros regios aperte: quædam uero in regem caro
lumq; occulte diſſeruiſſet: omnis reliqua eius oratio ad ſui purgationem pertinuit: ſe
innocentem: ſe iniuſte captum. ſe nouem & decem menſes in cuſtodia habitū demon
ſtrans. His a nauarro dictis: mercatorū præpoſitus aſſumptis ſecū nonnullis conci/
uibus carolum adit: petitq; nauarro innocenti ius æquūq; dicat. Cuius uerba mox exci
piens præſul laudunenſis: cuius conſilio fiebant oīa reſpondet: non modo æquū iuſtū
q; nauarro regi: ſed gratiam quoq; dn̄m ducem nauarro facturum. Nec multi poſt in/
terceſſerunt dies: cum carolus ad locū quo nauarrus ītra ciuitatē uēturus erat prior ſe
contulit. Venientem armatis inſtructū nauarrum carolus (compoſito ad gratiā ut po/
Vis a nauarro facta in cuſtodes ducis
tuit vultu) excepit. Nauarrus uero cui nihil ſatis tutū erat: exturbatis qui ad fores erāt
Caroli cuſtodibus: ſuos aſſeruare portas iubet. Breui ibi habito colloquio: quiſq; diſ
ceſſit. Poſtridie conuenientibus apud carolum iis qui de nauarri poſtulatis decerne/
rent: uenit & ipe mercatorū præpoſitus: ſimulans ſe alia cauſa a delegatis conſilii trium
ſtatuum miſſum. Erat enim ut hæc ageret a laudunenſi epiſcopo edoctus. cauſa ꝓpter
quam uenerat expoſita. Carolus eos tantiſper manere iubet: donec ſuam de iis quæ in
conſilio uerſabantur ſententiam dixiſſet. Prolatis nauarri poſtulatis: præpoſitus roga/
tus ſentētiam. A equum inquit oīno rex nauarrus poſtulat. Cui te carole non decet re/
fragari. Præpoſiti dictum oēs (quia inter eos: conſultore laudunenſi pontifice: ita cō/
uenerat) probant. Itaq; ſupellex tota & q̄cq̄d anteq̄ caperet̄ hēbat: nauarro reſtituta.
ei quoq; & ſuis cōmiſſorū impunitas conceſſa. Cadauera etiam eorū quos rothomagi
capite punitos: & patibulo appenſos rettuli ſacræ humo cōmendata: & eorū hæredib⁹
bona q̄ fiſco applicata fuerant condonata: miſſo in normanniā iohanne amalrico: qui
hæc reuera compleret. Præter hæc ſpem ceperat nauarrus: normanniæ ducatū: uel co/
mitatū campaniæ a carolo obtinere: cōpenſandæ impenſæ cauſa quā ipe a depræhen/
ſione ſua hactenus feciſſet. Compoſita utriq;: uel ut ipe ſentio ſimulata amicitia: poſtq̄
alternis congreſſibus atq; conuiuiis: Carolus dux nauarruſq; ſeſe coluiſſent: mantā na/
uarrus petit. Inde rothomagum: ubi eos de quibus ſuppliciū ſumptū fuerat magna pō
pa ſepulturæ cōmendauit: habita ad rothomagenſes oratōne de iniqua damnatorum
Prædones in pariſios.
nece. Eodē tpe non pauci ex conſtantienſi atq; ebroicenſi territorio prædones agrū
pariſiorū incurſantes: cuncta populabantur. Et licet in eos cū copiis miſſus eſſet petrus
uillarius præfectus uigilū: nullo graſſatores damno affecit. Eapropter occaſione ſum/
pta: carolus copias contrahit: ſiue ut prædatoribus (ut ipe dicebat) occurreret: ſiue (ut
plæriq; ſentiebant) pariſio & uicinis oppidis præſidiū collocaret. Idq; metuentes pari/
ſiaci carolum admonent ne id faciat. non enim ſe in urbem milites admiſſuros. Qui/
bus tametſi carolus ſe nihil tale cogitare reſpondiſſet: cuſtodibus tamen ad urbis por/
Nauarrus copias cogit.
tas attributis: nemini niſi apprime noto ingreſſum patere patiuntur. Nauarrus poſt
q̄ parari a Carolo copias intelligit: ipſe quoq; ſe pluribus armatis inſtruit: palam pro/
feſſus: quandoquidem conuentorum fides non ſeruaretur (nondum enim arces quæ
ſuæ in normannia erant receperat) ſe eas uendicaturum. Ob id ueriti pariſienſes ne a/
perto bello arma circunferentur: ſignum ſibi ciuilis concordiæ accommodant. Capu/
Capuciola pariſiorum.
tiola rubri blauiiq; coloris conſuunt: quæ quiq; ferant. Hæc ad diſſenſionem ſpectare
animaduertēs carolus: ad forū quas halas uocant quo pariſienſes cōuenire frequētes

ſoliti eſſent.prodire conſtituit.Et q̄q̄ id illi non conuenire laudunenſis præſul:atq; ipe
mercatorū præpoſitus identidem dicerent:propterea ꝙ a furibunda plebe periculum
impenderet.Prodiit tñ paucis comitatus:atq; his populū qui in foro erat paucis affa/
Caroli ad plebē oratio
tus. Vos inquit amici ſaluos eſſe cupio oēs:Hortor itaq; ſic de mea in uos beniuolen/
tia ſperare:ut perſuaſum mihi eſſe confidatis:me & uiuere una uobiſcum:& ſi ſors tule
rit mori.Neq; eñ armatos in ueſtram perniciem cōtraho.Perſpectū uobis eſſe poteſt
hoſtem ꝑ agrum ueſtrū populationes facere:quorū ego conatibus atq; incurſionibus
militem opponere inſtitui.Quod nummorum penuria impeditus quia facere non ce
leriter poſſum:animus eſt gubernacula reipublicæ recipiendi atq; e magiſtratuū fauci
bus collectā pecuniā recuperandi:cuius ipe ne minimā partem hactenus fui conſecutꝰ.
Præpoſiti mercatorū conſilium.
Fuit plebi non ingrata caroli oratio.Id poſtq̄ mercatorū præpoſitus cognoſcit:contio
ne apud ſancti iacobi hoſpitalis ædem contracta:q̄ pridie eius diei a carolo dicta eſſent
nunciat.Sed ſuperueniens mox carolus:dictorū a ſe rationē expoſuit : cauſam memo/
rans:quāobrem reſtitui q̄ nauarro promiſſa erant non poſſent. Teneri quidem arces
quaſdam a præſidiis q̄ pater illis impoſuiſſet:qui eas deſerere ꝓ fide præſtita nō debe/
rent.Idcirco non ꝑ ſe ſtare quin arces reſtituerent.Hæc dixiſſe contentus carolus:con
Carolus conſacus.
tionē dimiſit.At carolus conſacus abeūte carolo multa in regios magiſtratꝰ euomēs:
a duce quoq; non abſtinuit.Laudauit magnopere p̄poſitū eum bonū fidūq; ciuem eſſe
cōmemorans:rationabile propterea fore ut illū in his q̄ a ſe geſta fuiſſent cæteri ciues
tuerentur.Tunc a plæriſq; conclamatū eſt præpoſitū recte oīa adminiſtraſſe:præſidiū/
Monetæ mutatio.
q; ferendū illi eſſe. Per hos dies monetæ precium mutatum eſt.Nam mutonus(id
eñ monetæ aureæ nomē erat:ꝙ arietis effigiem quē mutonem franci dicunt ſculptā
haberet)ſolidis triginta æſtimatus eſt. Interim carolo pariſii agente:hi qui circum
urbem prædas fecerant ſtampas diripiunt:abductis multis captiuis.Et cum duo fere ar
matorū milia carolus in armis penes ſe haberet:ſtampenſibus tamen nullā opē tulit.

Redeuntibus ꝑ id tempus ex anglia morinenſi antiſtite franciæ cancellario.& uido
cinenſi comite:Carolus de pace inter reges habita conuentu procerū cognouit: exul/
tantibus uniuerſis q res meliores factū iri ſperarēt. Venit præterea a nauarro rege qui
mantæ agebat iohannes pinquigniacus a carolo petens ea expleri q̄ in conuentis ha/
bebantur.Ad hoc ipm uenerunt:mercatorū præpoſitus:& ſcholæ pariſienſis cū plæriſ
q; doctoribus rector.Tantū erat oīm fere illis diebus in nauarrū regem ſtudiū atq; be
niuolentia.Nec ſatis erat præter æquū & bonum poſtulare niſi precibus minas adiice
rent.His a carolo reſponſum eſt:conuentis quatenus poſſet ſatis eſſe factū:eoſq; men/
tiri qui ſecus loquerent.Habere ſe ingenuos equites q eius rei detractorem ſingulari
certamine ob eam cām exciperent. Poſtridie contracto in æde diui eligii magno po
puli cœtu:cæſo prius reginaldo daucy dum a palatio domū petit:mercatorū p̄poſitus
ſtephanus marcellus cubiculū caroli ingreſſus.Nihil inquit ſerene princeps inter ea q̄
Homicidiū a p̄poſito mercatorū in caroli cubiculo factum.
geſturi ſumus contriſteris.Et ſimul hæc dicens conſtauū campanū mareſchallū:caro/
lo conſpiciente necant:Robertūq; claromontenſem inde fugientē in penetrali interi
munt.Quibus cædibus perterritus carolus:atq; a ſuis deſertus. Et tu inquit præpoſite
libera carolū:& ſerua.Securus eſto præpoſitus reſpondit:& hoc tuo capiti capuciolum
impone.Id eñ ueſtimenti genus erat:quod ſibi populus ad diuerſæ partis diſcrimē de
ſumpſerat.Carolus igitur cōmutato cum præpoſito capucio:per oēm diem illam po/
pulari inſigni uſus:ſuum præpoſito caputiū ferre permiſit.Cæſorū cadauera trahi a ſa/
tellitibus & ad menſam marmoream q̄ in atrio ad gradus palatii eſt proiici inſpiciente
Mira p̄poſiti mercatorū ſæuitia.
carolo præpoſitus iubet. Vbi ad populi ſpectaculum ad ueſperā uſq; relicta iacuere.Ita
q; eo ſuperbiæ proceſſit populi furor:ut p̄poſitus tyranno ꝑſimilis abuteret magiſtra/
tu.Eniuero laneos carolo pannos bicolores miſit:ex quibus capuciola ſuis aulicis cō/
ficeret:futura munimenta aduerſus ſeditioſos.Id quod carolus non recuſauit.Conuo
catis præterea in auguſtinēſium cœnobio permultis qui per eos dies in cōmuni frāciæ
conuentu agebant:cædem a ſe factam p̄poſitus (adnitente maxime roberto corbio)
laudari ꝓbariq; impetrat.Carolū deinde in ſenatu parlamenti ius dicentē cum plæriſq;



armatis conueniens:petit ea oīa illibata ſeruari quæ a trium ſtatuum delegatis inſtitu
ta decretaq; eſſent:neq; impediret aliquot ex ſuis magiſtratu amoueri : ſed ſineret eos
rempublicam moderari a quibus regedā eſſe populus decreuerat. Reciperetq; in ſuū
conſiliū trīs aut ad ſummū quattuor pariſianos ciues quos populus deſignaret. Poſtu
Rex nauarrꝰ pariſiū uenit
lata carolus admiſit. Dum hæc a pariſianis furore tumultuq; populari aguntur : na/
uarrus pariſium acceſſit:atq; apud neellam diuerſatꝰ eſt:quam regiam domum dono
caroli poſtea accepit:cum bigore & matiſconis comitatu aliiſq; quibuſdam locis : ex
quibus annui cenſus decem librarum milia ad eum peruenire poterant.Eius donatio/
nis cauſa fuit impenſa:quam ſuæ captiuitatis tempore ſe feciſſe querebatur. Pacato
Pariſiorū temeritas atq; arrogantia.
ut uidebatur nauarro:pariſiani conſiderantes ne per principum beniuolentiam malæ
cum eis ageretur:& peſſimorum facinorum pœnas luerent : ad alias ciuitates & regni
primores litteras dant:ſuadentes ſuam ſocietatem profiteri:& caputiolum pariſienſis
fœderis atq; cōis amicitiæ præ ſe ferre:quod iam carolus dux:& nauarrus rex: philippꝰ
præterea aurelianus franciæ regis frater:& comes ſtāpenſis aſſumpſiſſent.Litteris acce
ptis pauci aſſenſere.Reliqui nullo reſponſo pariſienſes dignati ſunt. Inter tot reipu/
blicæ damna carolus conſilium cepit:non ſe regis uicarium & locumtenentem(ut ſo
litus erat)ſed regentem appellare:plus auctoritatis in ea appellatione eſſe ratus. Vſus
eſt autem conſultōribus iohanne dermanno cancellario:mercatorum præpoſito: ro/
berto corbio:carolo conſaco:& iohanne inſulano.Qui poſt laudunenſem epiſcopum
primas conſilii partes gerebant. Egreſſus inde ſiluanectum Carolus quo beluacen/
ſium nobilitatem uenire iuſſerat : habito cum proceribus de præſentium rerum ſtatu
conſilio:mox pruinum profectus campanos ad fidem concordiamq; hortatus eſt: ſine
quibus inter tam multas calamitates regnū franciæ peſſum ibat.Atq; ita recepto mon
ſteriolo:quod ad yonam amnem ſitum eſt:meldem urbem(ubi eius uxor incolebat)
petit:præmiſſo comite iogniano cum ſexaginta delectis equitibꝰ:qui mercatum mel/
denſem occuparent.A meldenſibus compendiū ſe confert:ut uiromandos in fide con
Pariſiani luparā arcē occupant.
tineret.Ibi per nuncios accepit:pariſianos arcem luparam occupaſſe:& præſidio impo
ſito machinas inde belli ad ædes publicas urbis traduxiſſe.Itaq; parum abfuit:quin ad
priorem aduerſitatem nouæ factiones accederent.Nam abeunte pariſio carolo : ne/
mo nobilium pariſios inuiſebat:carolum ſequentes. Et aliquot ciuitates cum pariſiis
ſentiebant:ſed longe plures caroli partes tuebantur. Per eos dies cum alter apud pa
riſios trium ſtatuum conuentus haberi ſpectaretur:Carolus compendium contionem
contraxit. Vbi & de militibus legendis:deq; belli & reipublicæ ſubſidio : forma quam
Modus penſionis carolo ſoluendæ.
campani inter ſe ſtatuerant ſeruata eſt.Hoc eſt:ut per ciuitates & regni oppida ex ſe/
ptuaginta domeſticis capitibus eques unus: ex uicis atq; agris ex centum liberis ho/
minibus unus:ex ducentis ſeruis totidem legerentur. Clerus decimam:Nobilitas ex
centum librarum annuo prouentu ſolidos centum penderet.Cuius penſionis quæſto
res a populo commiſſi eſſent:præterq̄ decimæ quam ad quotidianos ſumptus Caro/
lus ſuo arbitratu moderaretur. Conuenere paucis poſt diebus Carolus nauarruſ/
q; apud claromontem agri beluacenſis : fruſtra adnitente nauarro ut in Caroli gra/
tiam pariſianos reduceret . Qui poſtq̄ nauarri interuentu nihil ſibi bene procede/
re uident : duos ex Caroli miniſtris : Henricum metretum fabrum lignarium:& po/
retū pontiū pariſienſium præfectum proditionis inſimulatos capitis ſupplicio afficiūt.
Iaquæ beluacenſes.
Inſurrexit per idē tempus in beluacenſiū territorio agricolarum inſolēs turba q̄ ex
uicis in nobilitatem duce guillermo calleto irrumpēs cædē multā facit:cōpendiumq;
uſq; atq; ſiluanectū & ſueſſionē graſſata:arces cōplures ſpoliauit deiecitq;.Erat huic ho
minū peſti in nobilitatē præcipua cōſpiratio & execrabilis ſæuitia.Quā ne per eius ſin/
gula flagitia circūferar:duo tantum eius immanitatis crimina memorabo. Inter pluri
mas cædes hæc debacchantiū furia caſtellum quoddā irrumpens loci dñm cum palo
alligaſſent:eius uxorem filiāq; in conſpectu mariti ſtuprauerunt:ſtupratas necauerūt:
uiro mox crudeliter interempto.Alterū præterea auratū equitem a ſe trucidatū:& ue/
ru transfixū igni aſſauerunt ſpectante equitis uxore:quā a duodecī ſtupratoribus uio/

ſatam:impulerunt de mariti carne ueſci:miſeram paulo poſt mulierem morte afficiē/
tes.Sunt qui memoriæ prodiderunt hos graſſatores regem ſibi inſtituiſſe iaqueū quē
dam bellouacū : a quo ipſi ſe iaquas uoluerunt appellari.Egreſſi quoq; pariſio trecen/
ti ex numero perditorū homines duce petrogillo tillium profecti:cum ibi iohannem
uaillant cum quingētis eiuſdē factionis armatis comperiſſent:inita ſocietate meldem
ducunt:rati prima incurſione mercatū expugnare.Quos meldenſes poſitis p uias mē/
ſis uino atq; dapibus magna oīm leticia reficiunt.Erant in mercato cum uxore caroli:
fuxenſis comes:atq; alii bono numero nobiles quidam.Qui poſtq̄ oppugnationē ad/
uerſum ſe parari uident:irruptione facta totam illam plebeiam uim furoremq; diſſipāt.

Furor plebis reprimitur.

Ingreſſiq; ciuitatem:eam partim incendunt atq; diripiunt:capto ſolanno ciuitatis præ
tore:quem abductum necauerunt.Depræhenſus præterea a nauarro rege guillermus
calletus iaquarum beluacenſiū primarius carnifex(iaquas eīm hæc ſe factio uocabat)
ultimum ſupplicium apud claromontem tulit. Veniēs deinde pariſium rex nauar/
rus:pariſienſes illum ſibi ducem(id eſt ut in vulgari uocabulo eſt)capitaneum præfi/
ciunt.Pollicentes ad reliquas ciuitates litteras dare quæ illum totius regni præfectum
conſtituant.

Nauarrus pariſienſis præfectus.

Hæc agētibus pariſianis:Carolus numero militū fiebat in dies auctior
qui ubilibet depræhenſos pariſianos ſpoliabant:ita ut eius ciuitatis ciuem nemo ſe ꝓ/
fiteri auderet.Sæuiebant tamen maxime in beluacenſium iaquas:quos ad numerum
uiginti miliū intra paucos dies trucidatos fuiſſe traditum eſt. Poſtq̄ iuſtum exercitū
ſe habere carolus intelligit:callam mouet:deinde apud pontem chalentoniū atq; con
fluuum caſtra ponit:in pariſianos incurſiones faciens.Nec erat qui aut ingredi urbem
aut inde egredi ſine eminenti ſui incommodo tētaret.Quod ſi turba facta populus in/
terdū eruptionem faceret:urbem magno ſuo damno repetere cogebatur:inſequenti/
bus eos carolinis militibus. Interim autem nauarrus apud ſanctum dyoniſium ſe cō
tinebat.Et iohanna regina cum concordiæ formulam principibus propoſuiſſet: obti/
nuit:ut ambo in colloquium uenirent.Pone ſanctum anthonium campeſtrem tento/
rium carolo fixum eſt:quo ſe nauarrus contulit.Carolo ſtabant in armis triginta bel/
latorum milia.Nauarro uero octo apud charronam uicum erant.Tandem cōuenit ut
ad omne debitum quo carolus nauarro obnoxius erat diſſoluendum milia librarū de
cem annui prouētus nauarro aſſignaret:ſolueretq; definitis temporibus quater centū
milia florenorum.Re ad hunc modum confecta iureq; iurando interpoſito:principes
diſceſſere.Abiens a carolo nauarrus promiſerat de pariſienſibus ad carolū poſtera die
referre.Sed uerbi iuramentiq; neglector:anglos qui ſub eo militabant pariſii ad præ/
ſidium locat.Nec morati pariſienſes:aliquot ex ſuis armatis ad caroli caſtra mittunt:
quos acerrime repulſos ad muros uſq; carolus perſequitur.Fuiſſe alios belli motus cō
ſtat qui cum parum momēti habuerint eos prætermitto.Illud memorabile magis ad
uerſus anglos geſtum eſt.Erat apud ſanctum dyoniſium anglorum manus præter eam
quam pariſii nauarrus habebat q̄ prædas faciens agros infeſtabat.Quāobrem arbitra/
ti pariſienſes unius criminis anglos eſſe conſcios:īpetu facto:quattuor & uiginti ex iis
qui pariſii erant occidunt.Compluribus qui apud neellam cum nauarro epulabantur
captis:quos apud luparā in uincula coniecerunt.Ob cuius facti atrocitatem cum nauar
rus illos(aſſiſtente ſibi mercatorum præpoſito increparet)non prius tumultuari de/
ſtiterunt:q̄ ipſum nauarrum præpoſitumq; coegerint cum eis in reliquos prædatores
anglos arma mouere.Cuius cœpti eos tādem pœnituit.Nam diu negligēterq; ſeſe na
uarrus inſtruens:dat anglis ſpacium ſibi proſpiciēdi.Nec dubium fuit dimiſiſſe ad eos
nuncios de pariſienſium aduentu.Quare inſidiis ad ſaltum diuæ mariæ bonolięſis po/
ſitis:pauci extra ſaltum conſpiciebantur.Mouentibus autem pariſianis:nauarrus præ/
poſituſq; dyoniſiana porta cum parte copiarum egreſſi ſunt.Reliqua peditum tur/
ba ſancti honorati portam petit. Qui dum in conſpectu hoſtis ueniunt: mox qui
in nemore latebant ſe palam oſtendentibus:tota illa incondita plebs fugæ ſe com/
mittit. Quarum maximam partem inſequentes angli ſpectante nauarro truci/
dant.& nihilominus præpoſitus ad ſuos reuerſus: anglos non multo poſt e lupara



& uinculis ſoluit.Deinde rixante eo aduerſus iohannem mailardum ob clauem propu
gnaculi dyoniſianæ portæ:quam ioſerano matiſconenſi committi illa die præpoſitus
iubebat:mailardus ad falas:præpoſitus ad diui āthonii propugnaculum ſe recepit:ge/
ſtans neſcio quas in manu litteras a nauarro ut ipſe dicebat acceptas.Quas quia propu
gnaculi cuſtodibus communicare recuſauit:inſurgentibus qui præſidio erant: Philip/
pum guiſſardum primum:mox præpoſitum interficiunt: commeritam tot a ſe com/
miſſis flagitiis pœnam excipientes.Occiſi quoq; ſunt iohannes inſulanus iunior:& io/
hannes poretus:qui omnes ueſtibus nudati in uiam publicam abiecti ſunt.Compræ/
henſi præterea carolus conſacus pariſienſis ſcabinus:& ioſeranus matiſconenſis regis
nauarri theſaurarius:in carcerem coniecti ſunt:& poſtea capitali ſupplicio affecti: & in
profluentum ſequanæ proiecti.Per eam cædium tempeſtatem carolus pariſium acceſ
ſit conciliandi ſibi populi cauſa.Itaq; ægregia oratione patefecit quæ mala ab iis qui
paulo ſupra pœnas luiſſent facta iam erant:& poſtea futura timebantur.Nauarro qui/
dem regi francorum regimen commiſſuros:introducturos ob eam cauſam in ciuita/
tem anglos:nauarroſq; eo die quo de illis fuerat ſuppliciū ſumptum:mactaturos præ/
terea eos qui regis patris atq; ſuas partes ſequebantur:occidendorum ædibus poſita ſi
gna eſſe deſtinatæ cædis.Confirmatus caroli oratione populus.crudeliſſima perdito/
rum facinora execratus eſt.Mutatur,eīm ſemper cum fortuna populi inſtabilitas. Hinc
ergo indignabundus nauarrus apertum carolo bellum indixit.& meldunum occupat:
multaſq; per anglos incurſiones faciens omnia populabatur:ſollicitabatq; urbes ad ſe
deficere:iuuantibus eum anglis. Propterea robinus canolus anglus ex britonibus in
aurelianos mouēs:caſtrum nouum:& caſtilionem capit.deinde malicornum.Eodem
tempore angli qui in agro altiſſiodorenſi populatiōes faciebant ciuitatem ſub lucem
intercipiunt:diripiūtq; paucis interfectis.Et ne ſingula perſequar:omnia flumina qui/
bus aliquid commeatus ad pariſios importari poterat ſurſum deorſumq; hoſtis occu/
pabat.Et iohannes pinquigniacus in territorio nouiomenſi centum & uiginti inſigni
nobilitate uiros cum nouiomenſi antiſtite captos in uincula apud creolium coniecit.
Moxq; ambianos petens:ciuitatis ſuburbia cremat.Sperabat enim adiutore iacobo fu
ſciano ambianos in poteſtatem nauarri recipere.Sed proditione cognita iacobus ca/
pite punitus eſt.

Apertū bellum a nauarro indicitur.

Interim cū ex anglia a iohanne rege reuertiſſent oratores: propoſi
tæ pacis conditionem ferentes:Carolus accerſitis in atrio palatii multis uariæ digni/
tatis hominibus:pacis formulam per guillermum dormanum regium in ſenatu par/
lamenti aduocatum ad tabulam marmoream recitare iubet. Petebat edouardus pro
iohannis redemptione ſibi perpetuo normanniam xantonaſq; dimitti : cum adiacen/
tibus ciuitatibus agenenſi:tarba:petragora:lemouice:cadurco: turonenſi : bolonien/
ſi : pontiuiaco:& guinarum comitatibus:caliſio:& monſteriolo: quos principatus at/
q; libero iure & ſuo imperio poſſideret:ita ut britonicus ducatus normannum ducem
non ſecus ac primarium dominum eſſe profiteretur:atq; in eius uerba iuraret. Si iuris
præterea quippiam in terris ipſis uſu uel lege aliquis uendicaret:id(reſtitutis poſſeſſo
ribus)redimeretur a Iohanne. Adhuc quadragies centum milia nummum philip/
porum aureorum edouardo perſolueret:duodecim datis obſidibus : cum aliquot ci/
uitatibus:inter quas rothomagus cadomumq; deſignabantur:& ſuper hæc centum mi
lia librarum ſterlingorum(id genus eſt pecuniæ æſtimationis apud anglos).Et hæc q
dem edouardus petebat.Sed iniquæ uiſæ ſunt cōcordiæ leges.Ideo cōi decreto bellū
anglis indictū eſt. Simulq; inſtitutū quē numerū militū:quā ue pecuniā ad id bellum
quiq; ſuppeditaret.Exactis inde paucis diebus:de reducendis ad mutuā beniuolentiam
principibus cum ſolliciti eſſent:ita egerunt:ut ad carolū nauarrus ueniret. Venit autē
pōtiſarā obſidibꝰ a carolo datis. Vbi poſt multa hīc inde de cōcordia habitis ſermonibꝰ
cū nauarrꝰ oblata reſpueret:carolus miſſo ad illū comite ſtampenſi:hæc dicere iubet.
Quandoquidem iuſto & æquo aduerſaretur:ſciret carolum neq; amicitiam cū eo: ne
q; pacem habiturū:ſed eum in uincula reducturū unde fuiſſet ſublatus.Inſequenti no/
cte nauarrus ſiue numine aliquo inſtinctus ſiue dolo malo iram diſſimulans : ad caroli

Forma concordiæ quā legati caroli ab anglia retulerunt.

Nauarrꝰ pōtiſarā ad Carolum uenit

Nauarrus ca roli conſilia/ rios alloquitꝰ

conſiliarios miſſo nuncio:orat ad ſe ueniant. Vbi illi aduenerunt:hæc locutũ nauarrũ
accepi.Haud inquit uiri ſapientes dubius ſum eam regni huius miſeram conditionem
eſſe:ut ſi diſcordiis agere pergamus:facile reſpublica dilabatur.Eapropter quoniam a
francis regibus genus ſumpſi:ponenda eſſe odia operæpreciũ iudico:& regni calami/
tatibus ſuccurrendũ.Itaq; conſtitui regis & caroli amicitiam inire:eamq; ſyncere ob/
ſeruare.Neq; mihi pecuniam:neq; alias poſſeſſiones uẽdico:præter eas q̃ ante diſcor/
diarum tempus meæ ditionis extiterunt.Quare ite:& hæc aliis collegis ueſtris & caro
lo nunciate.Hæc cum carolo relata fuiſſent:magnopere laudauit.Acceſitoq; in cæna
culum arcis procerum & prudentum conuentu:nauarrum introduci iubet. Qui adue/
niens ea quæ apud conſiliarios dixerat:coram eſt locutus. Reconciliatis principibus:
beniuolentiæ initium hoc nauarrus dedit.Anglos partium ſuarũ oẽs qui in præſidio
poſſiaci & in caluomonte erant emiſit.Non defuere tamen qui nauarri in carolũ fidẽ
ſuſpectam haberent.Idcirco carolus non prius nauarrũ pariſium admiſit:q̃ populi ani/
mum exploraſſet.At ubi comperit pacem gratam pariſienſibus eſſe:nauarrumq; tuto
introducere poſſe:proditoribus excluſis:regem amicum liberaliter accepit. Prodito/
rũ hæc noĩa ſunt. Robertus gallus laudunenſis antiſtes.Michael taſſus nouiomẽſis ec
cleſiæ cancellarius.Iohãnes ſandacus.Petrus delacurtus. Vincentius mauricerius.Pe/
trus debarrus.& Gaufridus flamingus.Quos iohannes mareſianus in ſenatu parlamẽ
ti(autore mercatorũ præpoſito)palam deſignauerat.Paucos inde dies pariſii diuerſa
tus nauarrus meldunum proficiſcitur.Et ſperabatur ex creolio anglos dimiſſurus:pro
pterea ꝙ inauditũ uectigal ab iis qui ſequana merces pariſium inueherẽt exegiſſet:nõ
alia cauſa(ut iactabat)q̃ ut ſtipendiũ militi ſolueret.Sed neq; meldunũ nauarris : neq;
creolium anglis liberauit:q̃uis ſex regalium milia a pariſianis ut anglos amoueret re/

Edouardus i remos mo/ uet.

ceperit.Per id tempus menſe nouembri edouardus poſtq̃ comperit francos pacis con
ditiones quas iohannes poſuiſſet reſpuere:præmiſſo caleſium duce leucaſtriæ cũ qua
dringentis equitibus & duobus ſagittariorũ milibus:ipſe in galliam traiiciens cum cali
ſium appuliſſet:recenſito diligenti cura exercitu tris acies inſtruxit.Primam q̃ quingẽ/
tis equitibus auratis:& mille ſagittariis conſtabat:ſequebatur altera in qua rex ipſe erat
tribus equitum & ſagittariorũ milibus quinq; ſeptus. Ingens poſt carrorum numerus
ſuccedebat/quibus oĩs generis commeatus uehebatur.Nam cum inaudita prius ãno
næ caritas franciam uexaret:non tantũ frumenti copiam:ſed molendinorũ machinas
edouardus condiderat cũ breuibus ſcaphis q̃bus e ſtagnis piſces exciperet uel flumina
tranſmitteret.Quæ oĩa ſex carrorũ milibus impoſita tuebatur tertia acies duorum mi
liũ equitum præter pedites & ſagittarios qui ex germanis & belgis ad edouardum con
uenerant:ut in tanto belli apparatu edouardo obſequerentur:uel reuera prædas face/
rent:& ſuas fortunas rapinis ampliarent.Comitabantur quoq; foſſores quingẽti & fa/
bri lignarii qui aſpera uiarum:& impedientes profectionem ſiluas æquarent.Hanc tã/
ti belli molem edouardus ideo ſuſceperat:ut franciæ regnũ uendicaret:aut pacis leges
quas animo conceperat franci reciperent.Igitur poſtq̃ apud remos in obſidione dies
quadraginta ſediſſet:relictis remis per campaniã ducens:ſenones tandẽ atq; niuernen
ſes petit:acceptis a burgundis ne in eos moueret florenorum aureorum milibus ducẽ
tis.Inde moretũ per uaſtiniũ profectus:ad reginæ burgum cõſedit. Vnde miſſis ad ca/
rolum normanniæ ducem caduceatoribus per eos a carolo petit pugnandi faciat po/
teſtatẽ.Quo non impetrato:aliquot angli ad pariſiorũ portas incurrentes ſatis acerri/
me repulſi ſunt.Moxq; edouardus per belſiam iter faciens in britanniam copias ducit
ubi per æſtatem recreato exercitu:ad autũni initium pariſium reuertitur:quã circũual
lare niſus eſt.Inter has calamitates carolus multa proſpiciens:cancellarium guillermũ
de monte acuto.abbatẽ præterea cluniacenſem:& Symonẽ lingonenſem ordinis præ

Edouardus i ſuburbio ſcti marcelli pari ſienſis.

dicatorũ primariũ rectorem ex aulicorũ conſilio ad edouardũ legat. Sed nec ſic pacis
conditio proceſſit.Caſtris igitur ſublatis:partem copiarũ hoſtis ad diui marcelli ſubur
bium locat:ratus pariſienſes prælii poteſtatem facturos.Quietis francis & in urbe ſe cõ
tinentibus:ſpe fruſtratus edouardus:carnutũ uerſus iter fecit. Caſteldunũ autem cum



ueniſſet:orta tempeſtate quæ ſolito horridior fuit territus hoſtis per cluniaci abbatẽ
clam explorat.ſi pacis aliqua conditio inueniri poſſit.Quod poſtq̃ referẽte abbate co
gnitũ eſt:carolus animũ ad pacem intendit.Miſſis ab utroq; principe nũciis uiris & no
bilitate & doctrina illuſtribus:apud bretigniacũ qui uicus eſt non procul a chartris ſub
montelerico conuentio habita pacem ad inſequentẽ modũ conſtituit. Anglo omnis
pictauia:toardus:bellauilla:xantones:agena:petragoriũ:lemouicenſes:caducri:tarbi/
enſes:bigorrii:angoliſmi:ruteni pontiuiaci:caliſii: & guinarũ comitatus cum aliis ad/
iacentibus uicis obuenirent:& ad ipſius perpetuã ditionem abſq; ulla iuris aut maieſta/
tis diminutione cederent.Ei quoq; tricies centena milia aureorum ſtatutis diebus ſol/
uerentur.His ad hunc modũ caroli noĩe firmatis:edouardus iohannem regem caliſiũ
deducere promiſit:unde liber & nullius rei obnoxius abire poſſet:datis ante oĩa obſi/
dibus:permiſſiſq; in angli poteſtate ruppella & guimarũ pertinentiis.Qui iohannes ca
liſio aliquando digreſſus:nec bellũ anglo indicere:nec in eum arma ſumere tentaret:
donec q̃ decreta ad pacem erant pleniſſime complerentur.Huius cõcordiæ poſtq̃ ſyn
grapha principum iuramento & ſigillis roborata ſunt:induciæq; poſitæ:Iohannes rex
poſt quartum ſuæ captiuitatis annũ:caliſium perducitur.Quo(uiſendi patris cauſa)ca
rolus ſe contulit. Rebus poſt aliquot menſes plane ordinatis:iohannes boloniã mox
ad ſanctum audomarũ profectus eſt.Edouardus uero Ludouicum andegauiæ ducẽ: &
iohannem aluerniæ atq; biturigũ principem regis filios:Ludouicum borbonienſem:
Petrũ alenconiũ:Iohannem comitis ſtampẽſis fratrem:Guidonem bleſenſem : alios
præterea obſides non infimæ nobilitatis ſecum ducens angliam repetiuit.Iohãnis au/
tem aduentus mirabili oĩm leticia exceptus eſt. Ad quem ueniens paulo poſt nauarrꝰ:
iurat in fide ſe manſurũ.Conciliatione principum habita:cum milites ſuis præſidiis ſi/
cut conuenerat egredi oporteret:nec ſtipendio ullo iuuarentur:deſperatis rebus: ma/
gna pars præfectos capitaneoſq; ſibi conſtituunt.atq; ita per campaniam populationes
facientes burgundiam inuadunt.quibus aliquot nobiles burgundi ſeſe cõiunxere:tan
to quidẽ numero:ut ſupra quĩdecim milia paruo tpe hæc turba excreuerit. Moxq; de/
cem & ſeptem ductoribus graſſantes:per matiſconẽ in foreſtam iter faciũt. Aduerſum
quos a rege miſſus cũ non contemnẽdis copiis iacobus borbonius infœliciter pugna/
uit. Prædones eñ monticulũ non multũ procul a lugduno cũ ſucceſſiſſent: partem co
piarum poſt montẽ occultant:reliqua pars uelut inermis ſe iacobo oſtendit. Erat mõs
petroſus atq; confragoſus. In quem dũ iohannes archipreſbyter primæ cohortis du/
ctor aſcendere pergit:prædones lapidibus deorſum magno ui & numero iactis:ſubeũ/
tes arcebant:iohannẽq; grauiſſime contundunt. Cui ſubſidio aduenĩẽs borbonius to
to exercitu præliatur.Sed confeſtim prodeuntibus qui latuerant fit ſtrages magna frã
corũ.Cadentibus plurimis:iacobus cum filio eius petro ſaucius lugdunũ ægre relatus
eſt:cum ageretur annꝰ ſalutis.ccc.lxi.ſupra mille. Igitur uictores latrunculi partim cũ
beguino batefolo anſam oppidũ arari:id eſt ſagonæ finitimũ ſe recipiũt.partim cũ nã
done baugerano auinionẽ petunt.pontemq; ſanctiſpiritꝰ ad rhodanũ flumen ſub diei
crepuſculo capiunt:& ſpoliant nulli ſexui parcentes.Id põtificem qui auinione agebat
uehementer exterruit.Itaq; ex patrum cardinaliũ ſententia petrũ monaſteriũ cardina
lem ducem conſtituit:qui collecto exercitu graſſatores compeſceret.fitq; ob idipſum
tanq̃ in hoſtes religionis chriſtianæ cruciata.Egreſſo petro carpentracum ut conueni
entes illuc milites exciperet:cum pecunia ad ſtipendium non ſufficit : alii in lombar/
diam:alii ad graſſatores:plæriq; domum ſe contulerũt.In hac rerum deſperatione ue/
nit in mentem pontificis accerſire montiſferrati marchionem qui per id tempus belli
peritiſſimus habebatur:& aduerſus mediolanenſes bellum gerebat.Hunc magnis ſti/
pendiis pontifex adducit hanc perditorum hominum colluuiem ſibi adiungere ad eã
expeditionẽ quã in inſubres parabat.Marchio autẽ quia ad rem ſuam id cõducere iu/
dicabat:latrunculorum præfectos ſpe præmiorum allicit:ita ut ſexaginta florenorum
milibus acceptis:& pontificis abſolutione percepta : pontem ſanctiſpiritus relinque/
rent.Hinc marchionem ſecuti ſuperatis alpibus ſtipendia apud eum fecerunt.Seguy/

Formula li/ berãdi regis iohannis.

nus autem qui anſam ut diximus occupabat: bryodam aruerniæ oppidum relicta anſa
multis munitionibus firmat: atq; inde poſt diras excurſiones in finitimos factas: in ua/
ſconiam tandem quia uaſco erat cum ingenti præda ſe recepit. Eodem tempore phi/
lippus burgundorum dux & comes defunctus eſt: atq; in demortui locum iohãnes rex
ſucceſſit. Quam terram cum adiiſſet: auinionem ſalutandi pontificis innocentii ſexti
cauſa profectus eſt. Quo paulo poſt mortuo: & urbano quinto poſt difficilẽ cardinali/
um contentionẽ ſuffecto: iohannes pontificem ut chriſtianæ legis primarium ſacerdo
tem honorauit. Sub ipſo creationis urbani tempore uenit ex cypro petrus luſigniacus
hieroſolimorum rex. Hunc a pontifice & collegio patrum plurima benignitate ſuſce/
ptum iohannes quoq; liberaliſſime amplexus eſt. Audiuitq; attente de belli aduerſus
fidei hoſtes in pontificis & cardinalium conſeſſu differentem. De qua re cum præſul
urbanus contionari & diſertiſſime ſuadere cœpiſſet: iohannes paterni uoti recordatus
quo ſe huius in ſarracenos expeditionis reum philippus fecerat: ratus quoq; id oportu
ne contigiſſe: quo uagas per franciam militum turmas ad eam expeditionem educe/
ret: cruce ſe ſignauit. Nec multo poſt a pontifice abiens: cum de filiis obſidibus aliiſq;
anglo regi aſtrictis curam gerens ut eos in libertatem uẽdicaret in angliam nauigauit.
Sed idus martias ægrotans octaua aphrilis die anno chriſtianæ pietatis. ccc. lxiiii. ſupra
mille londoniis uita deceſſit. Cuius corpus inde elatum ſiniſtrorſum aræ maioris in di
ui dyoniſii cœnobio humatum eſt. Qua tempeſtate bertrãdus gueſcluin⁹ britogallus
homo belli apprime ſciens mãtam quæ nauarri regis erat hoc aſtu in caroli ditionem
accepit. Eſt rolebeſſa caſtellum ad ripam ſequanæ tertio a mant a miliari diſtãs: quod
uantarus aſtarus patria bruxellenſis coactis undecunq; poterat deſperatis militibus oc
cupabat: cuiq; homini inimicus. Quem Bertrandus & Iohannes bourſicaudus petere
ſimulantes in ebroycenſes ducunt qui ad nauarrum pertinebant. Verum cum inde re/
pulſi abirent: dolo uſi mantam uerſus proficiſcuntur. Præueniens autem ut conuene/
rat bourſicaudus: quaſi ipſe a uantaro & robeleſſibus fuſus fugeret: mantæ uigiles q no
ctu ad muros excubabant miſerabili uoce inclamat. Interrogantibus cuſtodiis quiſnã
eos appellaret: franci inquit ſumus: quos rolebeſſæ præſidium exuperatos perdere ap
properat. Suſcipite miſeros & portas pandite deſperatis. Itaq; his quæſtibus moti cu/
ſtodes: bourſicaudum in oppidum admittunt. Quem in inſidiis latitans confeſtim ſe/
quitur gueſcluinus: fitq; omnium nauarrorum qui mãtæ erant præda & cædes. Cepere
præterea caroli milites melannum, cum arce: ubi depræhenſis aliquot pariſianis ciui/
bus qui nauarri partium erant: cum pariſium fuiſſent perducti de ipſis ſupplicium ſum
ptum eſt. Idem quoq; bertrandus cum illi occurriſſet uaſco quidam nobilis iohannes
graylus captaubuſus nauarro inſeruiẽs cum bona militum manu conſerto prælio apud
ytonem fluuium haud procul a cocherello oppido uaſconem capit: meliore ſuorũ par
te imterempta. Quem carolus rex a gueſcluino receptum in meldenſi mercato aſſer
uari in cuſtodia iubet. Datq; bertrãdo in captiui locum longamuillam quam guy ffar/
dam uocant.

Iohannes ex ãglia liber factus ducatũ burgũdiæ recepit.

Ita apud londonias Iohanne defuncto: Carolus cum Iohanna borbonienſi
u eius uxore remis ueterum regum more ſacratus eſt. Inde cum pariſium reuer
tiſſet: Philippo fratri ſuo iuniori burgundiam donat: recepta ab eo turonia
quam antea Philippus poſſidebat. Per id tempus carolus bleſenſis aduerſis iohan/
nem de monteforti ob britaniæ ducatum: aduerſante fortuna pugnans occubuit ſuis
partim cæſis: partimq; fugatis. labente anno dominicæ ſalutis milleſimo trecẽteſimo
ſexageſimoquarto. Inter eos qui cæſi decumbebant cum Carolus bleſenſis inuentus
fuiſſet iohannes uictor interemptum hoſtem uidere feſtinauit. Illachrymauitq; cõſo/
brini necem: moxq; iuſſit ſepeliri: & apud guyngantam tumulo deponi: ubi miris ope
ribus claruiſſe perhibetur: in ſanctos a pontifice urbano quinto relatus. Nec fuit qui in
iohannem poſtea pro britonum imperio dimicaret. Sed interuenientibus Caroli re/
gis legatis uxori Caroli bleſenſis cui parlamenti decreto britonum principatus fuerat
attributus data eſt pointiura cum uicecomitatu lemouico. Interceſſore etiam edouar/



do pax inter carolum nauarrumq; conuenit: commutatione poſſeſſionum facta: ita ut
nauarrus montẽpeſſulanum baionamq;: Carolus uero mantam meulanum & longã/
uillam quam gueſcluino donauerat poſſideret: captaubuſo uinculis exempto. Super/
erant his diebus diuerſis per franciam locis armatorum uariæ ex ãglis britonibus atq;
nauarris cohortes: quæ prædas populationeſq; nullo certo duce faciebãt. Has ut emit
teret gueſcluin⁹ magnopere ſtudebat: promouẽte maxime carolo rege: qui eum poſt
caroli bleſenſis interitum de anglorum captiuitate cẽtum francorum milibus exeme/
rat. Et bertrando quidem ſe obtulit cogitata faciendi talis occaſio. Caſtellæ regno pe/
trus potiebatur: fratrem habens henricum ſpurium. Hic ſiue quia praua natura eſſet: ſi/
ue quia petri principatum moleſte ferret: ſiue quia ab eo eſſet poſſeſſione deiectus in
aragoniam primum: mox in franciam conceſſerat: ſpe cogendi manum aliquam ho/
minum perditorum: quorum plurimus ex præteritorum bellorum reliquiis numerus
per franciam erat. Itaq; gueſcluinũ bellicoſum hominem ſollicitat arma in caſtellam
cõuertere. illic iuſtam belli cauſam eſſe: ſiue in ſarracenos: ſiue in petrũ decertet. Gueſ/
cluinus henrici frequẽti ſuaſu animatus: oportunum tempus adeſſe ratus quo turmas
armatorum regno ſummoueret: quoſq; qui plus inter illos auctoritatis habebant con
uenit. Ait ſe expeditionem in hyſpaniam aduerſus mauros deſumpſiſſe: in qua ſtipen
dia facere: & ſalutare bellum gerere ſe duce poſſint. habere ad belli ſocietatem henri/
cum hyſpanienſem. In ea militia opes gloriam ſalutemq; propoſitam illis eſſe. Apud
francos quorum res ad pacem quietemq; inclinabant: nihil præter latrocinia & tan/
dem ſupplicia prædatoribus eminere. Quibus gueſcluini uerbis plæriq; perſuaſi cum
eo ſe profecturos pollicentur. Itaq; decẽ milibus diuerſæ nationis hominũ belli peri/
torum coactis: gueſcluinus in hyſpaniam ducit. promouente maxime carolo rege: qui
eum poſt caroli bleſenſis necem de anglorum captiuitate centum francorum milibus
exemerat. Habuit ſecum gueſcluinus hẽricum ipſum: iacobum borbonium: arnulphũ
dandrehanum franciæ mareſchalum: iohãnem caurelaum anglum: & mauriciũ treſin
guydum. His per aragoniam in caſtellam profectis: petrus caſtellanorum rex: ea tẽpe/
ſtate potens & diuitiarum abundans: ſed alioquin prauus & religionis minime obſer/
uator: nihil belli intulit. Nam cum aduentantibus in caſtellam copiis burgis primaria
eius regionis ciuitate ageret: urbe relicta tolletum ſe recepit: conſcius iniquitatis qua
in plæroſq; ſæuierat. Igitur uacuas hoſte burgas franci receperũt: aliquot ex iudeis ſar/
raceniſq; interfectis. Chriſtianis enim nihil damni illatum eſt. Recepta ciuitate henri/
cum dyademate impoſito franci regem appellant. Reſtiterat in francia ex turmis præ
datorum Arnulphus cognomento archipreſbyter: qui gueſcluino non audiens regnũ
mirum in modum uexabat. Hunc ſui ob male diſtributas prædas occidunt. Nunciatũ
q; eſt carolo petrum ex caſtella ad ualiæ principem edouardi filium in aquitaniã pro/
fugiſſe: & henricum toti caſtellæ principari. Per eos dies iohannes de monteforti ob
britãniæ ducatum: & eas quas ſub, caroli ditione poſſidebat fidem regi præſtitit. Angli
uero ualiæ principe duce per nauarram uadentes reſtituendi petri cauſa in caſtellã du/
cunt. In quos henrici milites progreſſi quingẽtos occidunt. Sed fœlici initio dirior for
tuna ſucceſſit. Nam conſerto totis copiis prælio henricus apud nauarretum ſuperatur:
capto gueſcluino cum aliis ductoribus frãcis. Ea ſiquidem uictoria ſuperbior factus pe/
trus in penitiorem caſtellam ſe recipiens/anglos in uallisoleto reliquit yſpalim petẽs:
ubi, congeſta ut ipſe gloriabatur pecunia ſtipendium militi anglo ſicut conſtituerat ſol
ueret. Sed eo negligenter improbeq; agente: cum nec ſtipendia nec commeatus ſuffi
cerent: ualliæ princeps copias burdegallam reduxit. Quæ paucos poſt dies per fran/
ciam diffuſe: omnia ligeri tranſmiſſo: in agro matiſconenſi & burgundia: deinde in
campania populabantur. At henricus qui caſtella relicta carcaſſonæ agebat cogni/
to anglorum diſceſſu: uiribus receptis & multorum caſtellanorum francorumq; auxi/
lio nixus: caſtellam recuperat: occiſo apud nantuellum caſtellum petro: qui uxorẽ du/
cis borbonii filiam ſupra aliquot annos ſua crudelitate uſus necauerat. Valiæ uero prĩ
ceps in aquitaniam reuerſus: perfidiæ in francos tenax: & quia expeditio hyſpana eum

pecunia deſtituerat:nouum in aquitania cenſum ex ſingulis qui rem domeſticam ge/
rebant colligere tentauit. Id exactionis penſum foagium franci uocant. Igitur cũ aqui
tanos uaſconeſq; uectigalibus uexare cœpiſſet:& ꝓceres male tractare ſtuderet:army/
gniaci comes adherentibus ei alberto & petragorio comite ad carolum regem prouo
cauerunt. Et quædam anglorum cohortes accepta a carolo grandi pecunia in aquita/
niam abierunt:relictis locis quæ præter concordiæ leges occupauerãt. Et aliquot præ/
terea burgundi equites contracta non magna militum manu:in turmas prædatorum
apud ſamalatum irruentes:aliquot occiſis captiſq; ĩ fugam coegerunt: recuperatis ca/
ptiuis quos graſſatores abducebant. Quo tempore Caroli uxor filium ingenti omni/
um gaudio peperit:cui Carolo nomen inditum eſt. Abbatiſuilla quoq; & reliquæ pon
tiuiaci comitatus arces & loca autoribus guidone de ſancto paulo:& iohanne caſtili/
onenſi relictis anglis quorum duram dominationem ferre non poterant caroli ſe po/
teſtati permiſere. Armygniaci uero comitis:cæterorumq; procerum aquitaniæ prouo
catio ad parlamenti ſenatum relata decreto publico:rege præſidente recepta:& ad uo
candum in iudicium ualliæ principem mandatum expeditum. Cuius exequendi cau/
ſa eques auratus ex belſia caponellus uocatus:cum iurecõſulto homine burdegallam
profectus:cum ſuæ legationis rationem principi prodidiſſent:iuſſi a principis conſpe/
ctu confeſtim diſcedere:tholoſam iter facere properarunt:ubi andegauus dux agebat.
Sed abeuntibus oratoribus:mox Edouardus Guillermum monachum equitem an/
glum perſequi eos mittit. Quod ne principis mandato fieri uideretur:guillermus de
præhenſo in agro agenẽſi caponello:hoſpes inquit ueſter o caponelle queritur ꝙ uos
equorum commutatione facta equum ad ſe pertinentem abducitis:hoſpiti ſatis te fa/
cere oportet. Atq; ita caponellum cum eius collega in cuſtodia apud agenenſes po/
ſuit. Parui ad hunc modum prouocatione habita princeps armygniacum eiuſq; con/
ſortes bello perſequebatur. Quibus de rebus tametſi multis legationibus ultro citro/
q; miſſis diſceptatum diu multumq; fuiſſet:dicentibus anglis prouocationem ipſam de
finitæ cum iohãne paci repugnare:præſertim cum aquitaniæ primaria ditio in angliæ
regem eſſet a iohanne repoſita:contra aſſeuerantibus francis:appellationem ab army
gniaco interceſſiſſe priuſꝗ ſuprema aquitaniæ poteſtate ſe iohannes abdicaſſet: pro/
pterea ad Carolum præſentem regem prouocationis cauſam optimo iure pertinere:
qui ſubditorum controuerſias a ſe reiicere non deberet:hæ argumentationes multis
aliis rationibus adiectis cum propoſitæ ſcriptæq; fuiſſent:eas ad edouardum carolus in
angliam miſit. Dum hæc ita geruntur:legatorum iniuriam quam ab anglo accepe/
rant:petragoricus comes & qui cum eo pariſii apud regem erãt uaſcones perſequi ma
turantes bello ſe accingunt. Feſtinanteſq; cum bona ſuorum manu:cum reſciſcent tho
mam wacum ex uillanoua agenenſis agri rutenos petere:ut arci quæ urbi eminet præ
ſidium imponeret:trecentum equitum inſidias aduerſus thomam ſecundo a montal/
bano lapide locant. Igitur prætereuntem cum ſexaginta equitibus & ducentis ſagitta/
riis thomam inuadunt. fit clamor ut in rebus ſubitaneis ſolet. Sed ſuccumbentibus an
glís:thomas perniciſſimo equo uſus in montalbanum ſe recepit. Interim philippus
burgũdionũ dux & comes:caroli frater gandauũ ꝓfectus anno xpianæ gratiæ. M.ccc.
lxix. margaretã ludouici flamingorũ comitis filiã uxorẽ accepit:cõditõibus q̃ ſequunt
lege iureq; iurando roboratis. Tenuerãt reges franci tria ſecus flandriam nõ parui mo
menti oppida:inſulam: duacum: orchias:cum eorum agris atq; appendicibus. Et Lu/
douicus flandrenſis deberi ſibi ex pacto dicebat librarum milia decem annui cenſus:&
centum præterea ſcutorum milia quæ franci reges non exſoluiſſent. Conuenit igitur
ut illa tria oppida memorati cẽſus nomine ſub regis fide & principatu comes perpetuo
poſſideret:eiq; centena quæ diximus ſcutorũ milia in primis ſoluerentur. Si uero nul/
lis liberis uirilis ſexus ex legitima uxore ſuſceptis ludouicus ĩteriret: ea ad margaretã
eius filiam hæreditario iure tranſirent. Cui ſi nulla ex philippo burgundiæ duce ma/
ſculina proles foret:ad reges francos oppida redirent:aſſignatis prius flandriæ comi/
tibus cuiuſuis ſexus eſſent decẽ librarum flandrenſiũ milibus q̃ ante philippi & marga



ritæ nuptias comíti debebant. Nuptiarũ qdẽ philippi hmõi leges fuiſſe haud dubium
eſt. Celebrato matrimonio:cõſtituerat carolus expeditionem ĩ angliã ducæ philippo
fratre mittere:& ad id uẽturum prope diem nauarræ regem ſperabat. Quapropter ha/
reflum profectus:nũcium accepit cloceſtriæ ducem ex anglia cum ualido exercitu ca
leſium traieciſſe:atq; inde morinum ariamq; infeſto agmine duxiſſe. Atq; ita anglicæ
expeditionis negocio prætermiſſo:philippum aduerſus anglum cum copiis mittit. Po
ſitis in mutuo conſpectu in colle tornehani caſtris:non procul ab ardera (leuibus præ/
liis commiſſis) utriuſq; exercitus ducibus placuit loco deſignato totis copiis præliari.
Deliguntur a quoq; principe ſex aurati equites qui locum pugnæ conſtituant. Sed ab/
eunte neſcio qua ratione philippo nulla dimicandi poteſtate facta: anglus per caletos
rothomagenſis agri hareflum urendæ claſſis cauſa quæ in anchoris erat cõtendit. Vbi
poſtꝗ id ſe fruſtra conari uidet:retro caliſiũ iter uertit. capto ĩ abbatiſuillæ ſuburbano
hugone caſtillionenſi: cũ aliquot pontiuiacis equitibus auratis. Capiendi autem Hu/
gonis hæc occaſio incidit. dum ab hareflo angli per põteuiacum reuertuntur:nicolaus
louanius qui põtiuiaci ſeneſcalus fuerat:& ab hugone captus decem fuerat milibus frã
corum mulctatus:eius damni non immemor uiginti tantum armatis ſecum aſſumptis
in ſuburbano quod ad roueriam portam eſt clam delituit:donec ex oppido prodeun/
tem quempiam captum abduceret. Quo die hugo caſtillionenſis ſollicitus explorare
quis ordo eſſet prætereuntium anglorum: accerſitis duodecim tantum militibus ad
portam roueriam inſidiarum neſcius accedit:ſimulans præſidiũ eo loco ponere. Egreſ
ſus porta cum ad macerias ubi hoſtis louanius conſidebat nihil metuens perueniſſet:
repente in eum hoſtis inuolat:incautumq; deprædendit:& duxit in angliam captiuum
A quo cum ingens redemptionis precíum expetitur: poſt longam tãdem cuſtodiam
negociator quidam flandríus hugonem clam liberauit. Per hæc belli incommoda: qa
nec fiſcus nec ærarium ad belli uſum carolo erat:contracto pariſii concilio: communi
omnium inſtituto decretum eſt:regem ad eius dalphiniq; quottidianam impẽſam de
narios duodecim ex ſingulis libris uenditi ſalis quotannis percipere. Ad belli autem
neceſſitates & ſtipendia militi tribuenda:urbium incolas qui rem familiarem dome/
ſticamq; haberent:francos quattuor:agricolas unum & dimidium annui cenſus ſingu/
los pendere. Eſt præterea uenali uino uectigal adiectũ:ut de integro uini dolio (quod
caudam uocant) dum ueniret ſolidos tridecim emptor:de eo uero quod menſuratim
quiſq; uenale promeret quartum regi denarium uenditor pendere cogeretur. Cum
uero ad pariſios uinum importaretur:ſi francum eſſet:ſolidos duodecim: ſi belnenſe:
duplicatum ex ſingulis cadis:id eſt caudis portitores penſum exigerent. Et licet ea eſ/
ſet regii fiſci tenuitas:non deſinebat tamen nauarrus aliquid in carolum doli penſita/
re. Cumq; de reconciliatione apud regem nuncios frequentes haberet:ab angli tamẽ
ſocietate non abſtinebat:partes eius aperte ſecuturus ſi caroli amicitiã non adipiſcere
tur. Sed acceptis tandem apud ebroicas obſidibus:uernonem ubi carolus agebat: ue/
nit. iuratq; in caroli uerba. Erat his diebus pariſii regius præpoſitus hugo aubriotus: q
propugnaculum cui baſtilda nomen eſt ad diui anthonii portam extruxit: ſumptu ex
ea pecunia facto quam pariſiorum cõmunitati carolus donauerat. Mouere per id tẽ/
pus ex anglia & caliſio cum ſex armatorum milibus:& ſagittariorum mille quingentis
robinus canolus:& thomas granconus:atq; a ſancto audomaro per artheſium atq; at/
trebates profecti:remos (yſara traiecto) omnia populantes inuadunt. Moxq; albam
ſequanamq; atq; yonam amnes tranſmittẽtes:in agro pariſiano apud ablonem caſtra
ponunt. Inde cũ inter uillã iudeã (quã iuliam a iulio cæſare dictam eſſe plæriq; contẽ/
dunt) acies ordinaſſent:nulla tamen in illos a pariſiis eruptio facta eſt:ꝗꝗ mille ducẽ/
tos equites ad præſidiũ haberẽt. Quare non cunctatus poſtea hoſtis: quibuſdam uicis
incenſis:ſtampas belſiamq; incurſibus uaſtantes:in andegauos ducunt. Quos bertran/
dus qui eodem tempore coneſtabilis a carolo fuerat inſtitutus: ſexcentis eorum prí/
mum:deinde tricentis:poſtremo quadringentis occiſis:fudit:receptis locis quibuſdã
quæ per andegauiam anglus occupauerat: capto inſuper thoma grancono. Et paucis

poſt diebus uariis locis angli a francis ſuperati ſunt:ita ut nemo eorum qui duce cano
lo caliſio egreſſi erant fuerit ſuperſtes. Et q̄q̄ uenientibus a pontifice cardinalibus de
pace inter reges diligenter actum eſt:uani tamen fuere conatus legatorum. Superſti/
tionis quoddam genus eodem tempore a turlupinis(hoc em̄ erat hæreticis nomen)
qui ſe de ſocietate pauperum uocitari gaudebāt ortum:finem cepit. Crematis eorum
ueſtibus & libris:in foro ſuillo extra ſancti honorati portam. Iohanna autem dabento
na & cum ea alter:cuius nomen hyſtorici non tradunt:eiuſdem ſectæ in primis profeſ/
ſores comburuntur. Hic autem quem ſine nomine ponimus cum ante damnatiōis eiꝰ
ſententiam in carcere mortem obiiſſet: dies quindecim in aggere calcis ne putreſce/
ret eius cadauer aſſeruatus eſt:& die ad ſupplicium præſcripto crematus. Porro Ca/
rolus omni ſtudio anglos perſequens:bertrandum in pictauiam non parua militū ma
nu proficiſci iubet. Henricus præterea caſtellæ rex carolo ſuppetias ferens eodem tē/
pore multis nauibus ex caſtella rochellam delatus: ſoluentes ex portu trigintaquinq;
onerarias anglorum naues capit. Et bertrandus(biturigum duce autore) pictauos in
caroli fidem recepit:captaubuſo paulo poſt a francis apud ſubizam in acie fuſo:& in ui
culis coniecto. Moxq; rochella angoliſmi & xantones cum multis eius populi arcibus
deditionem fecere. Paucis autem poſt diebus quia iohānes britonum dux a carolo de
ſciuerat anglos ſecutus:nec eidem regionis proceres aſſentirētur:gueſcluinus in eum
mouit. Cuius aduentum non ſuſtinens iohānes in angliam ſe feſtinato proripuit. Poſt
cuius fugam britones gueſcluinum admiſerunt: præter arces tris:breſtum:aulorum:
& derualum. Breſtum tamen poſtea Bertandus: laualus autem & cliſſonus derualum
obſidione cingunt. Breſtenſes duodecim obſidibus bertrando datis:cum uel deditio/
nis uel pugnæ diem ad idus auguſti conſtituiſſent:neutrum fecerunt. Et Iohannes de
monteforti cum duce leucaſtriæ coacto exercitu: caliſium appellens: decurſo arthe/
ſio atq; uiromandia: per remos campanoſq; prædas facientes:tranſmiſſo tandem li/
geri:burdegallam ſe receperunt:fuga cæde & multis incommodis a francis affecti. Nā
philippus burgundorum dux illos adequitans multis frequenter interceptis necabat.
Et iohannes uiennenſis eques ſtrennuus quinquaginta equites & ſagittarios anglos
fudit. Ita ut ex triginta armatorum milibus:quos ex anglia eduxerant:ſex tantum mi/
lia garōnam traiecerint. Ex burdegalla receptis uiribus:iohannes de monteforti cum
anglorum manu aulorum petit:ubi eius uxor incolebat. Eo quoſdam britonum epi/
ſcopos & proceres ad ſe uocat. Id poſtq̄ carolus cognouit: nouas copias gueſcluino q
reliquam britāniam tenebat mittit. Interim conuenientibus apud brugas cum ro/
manis legatis oratoribus francis angliſq;:ut pax inter reges tandem firmaretur: nihil
diffiniri potuit. Tranſlato deinde boloniam conuentu: poſtq̄ iteratis crebro legatio/
nibus:pontificis oratores caroli aſſenſu nonnulla anglo regi plus æquo proponerent.
Angli qui caliſii edouardi nomine agebant reſponderunt:ſe de his ad ſuum regem re
laturos:& inde ad kalendas auguſti edouardi ſententiam brugis dimiſſuros. Sed edou
ardi mors interim interceſſit pridie ſolennitatis diui iohānis baptiſtæ: dū ageret̄ ānus
ſalutis trecenteſimus ſeptuageſimus ſextus ſupra mille. His ita geſtis:carolus futura
proſpiciens:publica contione in parlamenteo ſenatu habita: de liberis qui in regnum
ſucceſſuri eſſent huiuſmodi legem tulit. Quemq; primogenitum regis francorum fi/
lium:regni adminiſtrationem recipere debere cum quartumdecimum ageret annum
ne per lōgiorem tutelam occaſio incideret maliuolis:res nouas excitandi. Anno inſe/
quenti qui fuit chriſtianæ gratiæ milleſimꝰ tricenteſimꝰ ſeptuageſimuſſeptimꝰ:Caro/
lus quinq; per franciam diſtantibus locis quinq; exercitus alebat. Primus quem ande/
gauus comes gueſcluino comitante ducebat:per aquitaniam incedens condacum ber
geracum ſanctam fidem ad dordonæ ripam ſitam:caſtillionem:ſammutram: candere
tum:macariū cum arce: & langonem partim expugnatione:partim uoluntaria dediti
one recepit:ſuperato thoma feltone:qui non procul a riola ſexcentos equites habens
cum iohanne de buelo prælium commiſerat. Dedentibus paſſim ſe aquitaniæ proce/
ribus:ii qui duraſiæ familiæ erant ad anglos perfugerunt. Quare dulaco prætermiſſo

Conſtitutio a carolo fc̄tā de filiis q ad regnum ſuc/ceſſuri eſſet.

Quinq; exercitus franco/rū eodē tp̄e.



quod obſidere inſtituerat andegauus dux:ad duraſiū ſe conuertēs: oppidanos primo
in fide accepit. Arcem uero q̄ ibi munitiſſima erat circūuallans:poſt primā & uigeſimā
circūuallationis diē deditōe a caſtellanis facta:arce potitus eſt. Deinde qa hyēs ade
rat:in hiberna militē miſit. At cliſſonus q apud aulroū obſidionē hēbat: paciſcētibꝰ cū
eo anglis ut liberi abirent:locū obtinuit. Oīs ad hunc modū britāuia præter breſtēſes
Caroli facta eſt. Qui uero regiæ claſſi præerant in angliā delati:lariam non paruā ciui/
tatē ceperunt atq; incenderunt. Philippus p̄terea burgundiæ dux caliſiū profectus:nō/
nullas p uicinū caliſio agrū arces atq; arderam ſubiugauit:ubi ualidiſſimis baliſtariorū
præſidiis impoſitis:in hiberna ſe contulit. Per eos dies romanorū imperator Caro/
lus uiſendi regis deſiderio iter per hannoniā cameracūq; faciens:in frāciam uenit. De
cuius aduentu carolus litteris acceptis ad ſingula q̄ tranſiturus imperator erat loca præ
miſſis qui illū honorificentiſſime uenerarent:tandē biturigum & burgundorū duces
Senonū archipræſulem:& haricurtū dn̄m obuiam ſiluanectū proficiſci iubet. Qui cum
ad uicū luparam inde p̄ducentes:cū articulari morbo laboraret:currū & lecticam auro
gēmiſq; artificioſiſſime elaboratā ad imperatorē perprope carolus mittit. Lectica po/
ſtera die impoſitus:poſtq̄ dyoniſiani cœnobii ſacroſancta religionis monumenta:reli
quiaſq; multa ueneratōne perluſtraſſet:in cubiculū reuerſus:dū per feneſtrā in atrium
diuerſorii aſpicit: burrellus riuerius & nicolaus detencus ex domeſticis regis aulicis:
equos duos ingenuos atq; animoſos inſignibus francorū apparatiſſime ornatos impe
ratori:totidēq; filio eius romanorū regi caroli noīe præſentant. Quod munus impe/
rator liberaliſſime letiſſimeq; excipiens: ego inquit in altero illorū ſedens:pariſiū in/
grediar. Egredienti ſancto dyoniſio imperatore:pariſienſis præſes:mercatorū præpo
ſitus.& præfectus uigilū:comitante multa ciuiū pariſienſiū frequentia:cōpoſito ordi/
ne in equis occurrentes:imperatorē conſalutāt. Rex uero poſtq̄ ex uiculo capella im/
peratorē digredi accepit:miro apparatu & pompa ducū quoq; & comitū procerū inſu/
per atq; ep̄orum ornatu & numero:urbe progreſſus:quibuſq; diſtinctis officiis atq; ue/
ſtibus pro ſua dignitate & cōditione euntibus:dū paulo ſupra molendinū quod eſt ſe/
cus dyoniſianā uiā p̄ueniſſent:uenientibus in alteralterius cōſpectu principibus:reue/
lato capite datiſq; dextris ſeſe amiciſſime ueneranť. mox ad romanorū regem carolus
accedens:impertita illi ſalute:imperatorē dextrorſum:regem uero filiū ſiniſtrorſum
habens:ip̄e medius inceſſit:donec ad palatiū uentum eſt:ubi grāde ſpacioſumq; cæna/
culum accipiendo imperatori:tapetibuſq; & menſis ornatiſſimū carolus eſſe impera/
uerat. Poſtq̄ aliquot diebꝰ feriatū eſt:& mutuis ſe colloquiis muneribuſq; p̄ricipes co/
luiſſent:firmataq; in eos iureiurando amicitia eſt:diſcedentē imperatorem carolus ad
mouſum uſq; p̄ducere ſua impenſa iubet. Digreſſo imperatore:quorūdam procerū
litteris carolus cognoſcit:nauarrū regem in iohannē caroli patrē atq; poſtea in eū mul
ta occultis dolis & cogitaſſe & p̄petraſſe. Cuius p̄ditionis maxime cōſcius eſſet iaque/
tus ruus nauarri cubicularius qui p eos dies miſſus:in franciam iter facere cōſtituerat.
Hic ubi in franciā uenit:depræhenſus in uincula cōiectus eſt:penes quē repertus eſt co
dicillus:dolis inſcriptis aduerſus carolū conceptis. Et cū p id tēpus carolus nauarri fili
us ſecuritate a rege accepta ſiluanectū:ubi rex francus agebat acceſſiſſet: contēderetq;
multis precibus iaquetū liberare:patefactis illi q̄ ip̄e cōmiſerat flagitiis: non modo in
quit tam p̄ditum hoīem abſoluere non poſſumus:ſed inſtituimus poſſeſſiones a patre
tuo q̄ in regno meo ſunt recipere:& illis præſidiū ex meis collocare:qui mihi fide inte
gra obſequantur. Venerant cum nauarri filio balduinus beloferrandus in cuius pote/
ſtate cōplures nauarri arces atq; oppida perſeuerabant:qui tametſi iureiurando fuiſſet
addictus eas regi dedere:ſatius tamē uiſum eſt illum ſine cuſtodibus nō dimittere: do
nec re perfecta fuiſſet iuramento liberatus. In normāniam a rege ob id miſſus philip/
pus burgundiæ dux:cū arces fruſtra repetit:obſtinatis ad rebellionē qui eas tenebant
militibus:ui atq; armis philippus a bertrando adiutus recuperat:capto apud bretolium
petro nauarro cum maria eius ſorore:quos aſſeruatos rex honeſtiſſime haberi: & cō/
plura ex locis receptis dirui iuſſit. Dum hæc a philippo in normānia gerūtur:petrus

Impator carolus in franciā ad carolū uenit.

Pompa ī occurſum ip̄eratoris.

Dolus a nauarro rege.

de tetro nauarri ſcriba: caroli iuſſu in bernaci arce depræhenditur: conſcius malorum
q̃ nauarrus in carolum coniuraſſet. Sũpto igitur de eo: deq; iaqueto ruo ſupplicio: eo/
rum ſingula cadauera quadrifariã exſecta: ante quattuor pariſii primarias portas furcis

Gregori⁹ undecimus moritur.

appenſa ſunt. Moritur per id tempus gregorius undecimus qui apoſtolicã ſedẽ ro/
mam reduxerat: auinione relicta. Cui dum patres cardinales ſucceſſorẽ deligere cõſti/
tuunt: romani ne gallus aliquis iterũ ſumeretur: tumultuantes: bartholomeũ de aqui/
la (aduerſante magna cardinalium parte) pontificẽ declarant. Quãobrem dilapſi ro/

Sciſma.

ma cardinales fundum petunt: ubi clementẽ ſeptimũ pontificatui præficiũt. Quam rẽ
cum patres carolo miſſis nunciis demonſtraſſent: carolus clementis partes ſecutus eſt
amicis ſibi principibus ſcribens: ut idem facere dignarentur. Sed rex bohemus atq; flã/
dranſes non ſtatim aquieuerunt: bartholomeo fauentes. Et carolo romanorũ impera
tore defuncto: filius eius romanorꝝ rex: ut in demortui patris locum ueniret: bartholo

Iohannis de monteforti ducatu britãniæ priuatur

meo adherebat: a quo imperii dyadema recipere ſperabat. Per eoſdem fere dies io
hannes de monteforti quem anglos ſecutũ fuiſſe memoraui: & eis per ſuperiora bella
auxiliũ aduerſus francum regem tuliſſe: ad ſenatus parlamenti iudiciũ tertio uocatus
cũ non ueniret: ducali dignitate priuat⁹ eſt: & bona eius publicata. Accitis inde aliquot
ex britonum nobilitate proceribus: inter quos primores erant iohannes rohanus: io/
hannes lauallus & cliſſonus: qui arces oppidaq; regionis tenebant: Carolus eos docet
quæ de iohanne montifortenſi ob eius perfidiam decreta fuiſſent: uellent loca quibus
præfecti erant tollendi belli cauſa poteſtati eius permittere. Carolo ita ſuadenti proce

Perfidia britonum.

res ſe obtemperaturos iurant. At poſtq̃ dimiſſi a rege in britanniã rediere: rohanus im
primis iohannem montifortenſem ex anglia reuocare feſtinat: præſidia locis franciæ
finitimis inſtituens. Ea re cognita andegauus dux imperante carolo copiis contractis
eo contendit. Venientes rohanus uanis legationibus differt: cõcordiã tantiſper ſimu/
lans: ut re ipſa poſtea compertũ eſt: donec iohannes montifortenſis ex anglia aduenta
ret. Quo tandẽ cũ manu anglorũ ad britones appulſo tametſi multis coitionibus pacẽ

Flandrẽſes a ſuo comite deficiunt.

quærere uideretur: nihil tamẽ effectum eſt. Dum apud britones andegauus dux fru
ſtra tp̃s terit: flandrenſes ſuo more iterũ a comite diſceſſionẽ faciunt. occiſoq; ganda/
ui præſide: quẽ illis comes præfecerat: tripartitis copiis: aldenardũ: ypras: atq; aloſtũ
eodẽ ſimul tp̃e inuadũt. At philippus burgũdiæ dux comitis gener: tornacũ ꝓfectus
aldenardum nuncios ad flandrenſes mittit: petens ut ad colloquiũ die inſtituto ueni/
re ad ſe non abnuant. Venientibus inter tornacũ aldenardũq; burgundus cõicat. Tan/
dem cognito quid illis doleret: philippus conditiones reconciliationis ꝓpoſuit. Qui/
bus ſcripto cõmendatis & iuramento roboratis: comes diſceſſionis autorib⁹ ueniã dat

Cædes apud montẽpeſſulanum.

Fuit præterea apud montẽpeſſulanũ cædes: a ciuibus truculenter occiſis octogita ui
ris ingenuis atq; nobilibus. Inter quos fuere guillermus pontellus eques andegauorũ
ducis cãcellarius: guido deſſerus: & arnoldus eiuſdẽ loci prætor. Cædis cauſa hæc fuiſ/
ſe memorat᷑. Erat in prouincia narbonenſi (cui linguæ occitanæ nunc nomen eſt). Lu
douicus ãdegauus caroli frater poſitus a rege gubernator. Cuius noĩe cum ob bellum
quod in ea regione gerebatur penſum magiſtratus exigerent: ſeditione facta: ſanguina
rii ciues eos trucidarunt. deiectis in altos puteos cadaueribus occiſorũ. Tam deteſtabi
le flagitiũ non prætererunt impune. Nam armatis inſtructus dux ad montẽpeſſulanũ
cũ aduenſſet: oĩs populus fletu mœrore lachrymiſq; cõfectus: urbe egreſſus: & loci cõ
ſules funes ex canapi collo tanq̃ morti obnoxios geſtantes: per uias proſtrati: duci ob/
uiã pergunt: miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitantes. Aſſiſtebant duci cardinalis ar/
uerniæ cum pontificis clementis oratoribus: qui eo placandi ducis cauſa conuenerant

Cædis uindicta.

Poſtridie aduentus ducis in urbem: ipſe in tabulatũ quod ei in foro editum erat: cõplu
ribus præcipua dignitate uiris comitatus: conſcendit. Ex quo ab omni plebe conſpect⁹
cũ grauem admodum in ciues ſententiam tuliſſet: ſublato rurſus clamore populus ue
niam frequenter repetebat quorum flebilibus uotis cardinalis oratoreſq; pontificis
accedentes animum tandem ducis inflexerunt: ſententiæ ſeueritatem rigoremq; mo/
derantes: habuit igitur locum miſeratio. Nam cum ſexcenti necis iudiciũ excepiſſent:



ſoli cædis auctores: & qui operam ſceleri nauaſſent regis arbitrio reſeruati ſunt. Cumq;
omniũ incolarum bona fiſco deputata forẽt: dimidium remiſſum eſt: armis omnibus
quæ apud illos extabant deditis: penſata inſuper ad plenum impenſa quam dux ob hu
iuſmodi cædem ſuſtinuiſſet. Erant etiam tum per linguam occitanã ex reliquiis ſu/
periorum bellorum aliquot populatores qui regionem quottidianis prædis uexabãt.
Aduerſum hos incolæ a carolo auxilium petunt: duplicatum uectigal ad belli onera
pollicentes. Miſſus cum copiis gueſcluinus cum ad nouum caſtrum non longe a belca

Gueſcluinus morit᷑

ro quod ab hoſte tenebatur: obſidione deſtinetur: morbo occupatus octauo poſt die
defunctus eſt. Nihilominus tamen qui in præſidio erant caſtellum ſponte dedidere.
Nõ qeuit ꝑ hos dies richard⁹ edouardi filius nouellus angliæ rex: ſed traiecto ex ãglia
calliſium exercitu: thomas edouardi filius octo circiter hominũ milibus ſtipat⁹: arthe/
ſium: uiromãdos: ſueſſiones: cathalaunos: trecenſes: ſenones: uaſtiniũ: bleſiam: perq;

Excurſiones ab anglis

bonãuallem incurſantes: abductis aliquot claris equitibus: ad britones contenderunt
quos iohãnes montiforteñ. alacriter excepit. Fuit a flandrẽſibus in ſuum comitẽ belli
motus: quem non magno negocio comes repreſſit: captis ypris ſupplicioq; affectis q
rebellionem excitarãt. Sed interim caroli mors multorum incommodorũ cauſam

Carol⁹ quit⁹ moritur

francis importauit. Nam pace et bello cum reipublicæ fuiſſet accommodatiſſimus: in
ſequens tempus beniuolentiam unanimitatẽ charitatemq; diſcordiis & grauiſſimis ĩi
micitiis commutauit. Enĩuero prouidus rex ubi ſe mala ualitudine eſſe ſenſit: liberos
quos iuniore ætate duos carolum & ludouicum relinquebat philippi burgũdiæ ducis
& ludouici borboniẽſis tutelæ commiſit. Regni uero gubernacula ludouicum andega
uorum ducem moderari conſtituit: donec carolus cui ex primogenitura regnũ debe/
batur annũ quartũdecimum ageret. At ſapiẽte rege apud beautam defuncto (ſapiẽtis
enim appellationẽ emeruit) aliud atq; aliud decretum eſt. Mortuus aũt apud uicẽnas
ad diuum antonium. Campeſtrem delatus eſt: ibi aliquot dies aſſeruatus: dum fratres
eius tres aduenſſent. Dũ ex æde diui antonii funus effertur: ſcholaſtici ſtudii pariſien

Scholaſticorũ tumultus

ſis q ſpectãdi cauſa frequentes aderant: a ſeruiẽtibus hugonis aubrioti pariſiaci præto
ris: quia forte præcedentem pompam impedirent propulſi: in prætorem atq; in ſeruiẽ
tes tumultuati ſunt. Quorum aliquot qui depræhendi potuerũt in uinculis habiti ſunt
Sed paulo poſt regis filiis reſtituti. Caroli cor rothomagi: reliquum corpus apud ſan/
ctum dyoniſium. Anno dominicæ pietatis Milleſimo trecenteſimo octogeſimo
ſepelitur.

d E ſucceſſore tametſi minime dubitaretur: quia tamen maiori natu Carolo
qui ſextus appellatus eſt: ætas nondum idonea erat: et regno rectores: tu/
toreſq; liberis pater inſtituiſſet: neq; de ipſa inſtitutione inter principes be
ne conueniret: acciti ex toto regno proceres pariſii coierunt de ſacrando
nouello rege conſilium capturi. Dicebant enim principes conſultore Petro dorge/

Conſiliũ capit᷑ de carolo ſacrando

monto: neq; ſacrari ante annum quartũdecimum regem oportere: neq; conducere rei
publicæ: ut tantillæ ætatis adoleſcens rerum curam ſuſciperet. Ita carolum patrem ar/
bitratum eſſe & lege firmaſſe. Fuere cõtra pleriq; ætate & doctrina ſpectatiſſimi homi/
nes uoluentes animo cum præſentium rerum: tum futurarum calamitatem: ſi multis
rectoribus regnum ageretur: breui & cito finituro ſuſceptæ adminiſtrationis tempo/
re: quenq; ſibi potius q̃ rebus cõmunibus conſulere: opes cumulare: amplificare prin/
cipatus: emulari inuicem: & inde factiones gigni. Raro quidem euenire: ut multi ſine
contentione rem quãpiam ſimul adminiſtrent. Quod ſi unius regis nomine atq; impe
rio reſpublica gubernetur facile eſſe: ut ad unum omnes concordibus animis reſpiciãt
Eapropter operæprecium fore: carolum natu priorem ſacratum iri: & oĩa ſuis auſpi/
ciis atq; nomine geri. Neq; obſtare patris legem quam ſi ad perniciem inclinare conie
ctaſſet: ipſe tollendam in primis cenſuiſſet. Legibus dum populo conueniũt utendum
dum officiunt abſtinendum. Hec ſententia cum multorum: tum iohannis de mareſiis
fuit in quam facile uenit ludouicus andegauus. Reliqui uero fratres (adnitente petro

dorgemonto)legem a patre latam magnopere tuebantur. Nec parum abfuit: quin
ad diſſenſionem bellumq; irritati prope animi ſpectarent. Nam ex eo tempore quiſq;
ſibi armatos parabat: & hoſtis anglus nunc ad aquitaniam: nunc ad britones: inde in
normanniam artheſiumq; & per omnes maris oras copias ſuas dimittebat. Dum inter
tam repugnantes ſententias nihil decerni poſſet: contio diſſoluta eſt. Sed interceden/
Arbitri electi
tibus nonnullis optimis & ſapientibus uiris: arbitri de principum uoluntate delecti
ſunt: qui examinato diligenter negocio tantam rem componerent. Arbitris conueni
entibus dictum eſt carolum ſacrandum eſſe & regem appellandũ: ſuoq; nomine gerẽ
da agendaq; omnia eſſe: fidem illi a proceribus & ſubditis præſtandam: bellum non'ni
ſi ſuis auſpiciis parandum. Adoleſcentulos carolum & eius fratrem ludouicum curæ &
prouidentiæ burgundorum & borbonii ducum credendos: qui eos ut regios liberos
decet: educarent ad tempus uſq; pubertatis & docerẽt. Omnem regium fiſcum in æra/
rio regio deponendum: ſupellectilem uero omnẽ & quicquid carolus mortis ſuæ tem
pore: auri argentiq; poſſidebat: aſſignata regi iuſta portione: ludouico andegauo com
mittendam: qui interim dum rex adoleſceret regentis tantum nomine uteretur: & re
bus cõmunibus gerendis uocatus adeſſet. His ita ab arbitris definitis principes aſſen/
ſerunt & lex ipſa in vulgus promulgata. Quietis compoſitiſq; regni primoribus cum
ſtipendia militibus nulla ſoluerẽtur: non ſecus ac hoſtis prædis ſtupriſq; populum mi/
Milites ſine ſtipẽdiis oĩa populant
lites uexabant. Quãobrem rura uicoſq; agricolæ deſerentes: in oppida arceſq; fortu/
nas ſuas contrahebant. Nec aduerſus militum crudelitatem ualuit regentis auctoritas
q̃q̃ uocatos ad ſe præfectos militum ſæpenumero minis terrere tentaſſet. Hinc plæriſ/
q; locis tumultuatus populus eſt: & ſeditiones exortæ. Pariſianos tamen benignitate
atq; modeſtia ſua regens ſedauit. Non erat his diebus ad militiam (mortuo bertran/
do) coneſtabilis. Hunc magiſtratum inſtituendum a ſe regens dictitabat: contra ſen/
De coneſta/ bili inſtituen do cõtentio
tientibus burgundiæ borboniiq; ducibus: eum quidem regentem nomine tenus eſſe:
ſed ad regem omnia referri oportere. Erat tunc melduni carolus: ubi armamentũ pa/
tris erat & magna ſupellectilis pars. Enimuero adoleſcentulus rex armis delectabatur
Magni ani/ mi in rege iu dicium
ſpecioſis & de re ipſa patri aliquando ſpecimen præbuerat. Nã proferente illi patre co
ronam & caſſidem rogatus utrum mallet: caſſidem optauit. Cui non diſſimile mox fa/
ctum ſuis aulicis exhibuit. Itaq; propoſitis coram precioſiſſima patris ſupellectili: atq;
diuerſorum armorum generibus: arma ſibi pluris q̃ diuitias eſſe reſpõdit. Futurorum
ut ipſe auguror incommodorum omen. Nam nulla ſuperiorum regum ætate propius
ad excidium reſpublica francorum propendit q̃ huius & filii ipſius temporibus. Dedit
et aliud magni animi ſignum. Erat cardinalis quidam romanus Ambianenſis appella
tus qui autor fuerat augendi cenſus & tributi. Et ſeuere aliquando carolum dum ad/
huc uiueret pater: tractauerat. Quam rem tunc recordatus carolus ad ſauoſium qui ꝓ/
pe aſtabat. Ecce iam inquit ſauoſi de hoc ſacerdote liberi erimus. Quo uerbo territus
ambianenſis confeſtim per duacum auinionem ſe recepit: exportaro ingenti theſau/
to quem ſibi ex publico contraxerat. Illud ſiquidem nõnunq̃ compertum eſt inter frã
cos plus damni in rempublicam inuehi dum ſacerdotis conſilio res agitur q̃ cum pru/
dens aliquis ex ſeculi nobilitate rebus gerendis præficitur. Ille enim neſcio qua inſa/
tiabili ambitione omnia ſibi uendicat. Hic populi miſertus & cõmunitatis detrimen/
tum ſuum eſſe ratus: reipublicæ bene ut poteſt conſulit. Ille faſtum & pompam ex di/
gnitate metiens: eo audacius diuitias congerit: quo minus ultionem timet eccleſia/
ſtica libertate protectus. Hic autem opes ſuas cum republica coniũctas eſſe non igna/
rus: ex publico incommodo priuatum quoq; auguratur. Sed ad coneſtabilem re/
deo. Erant omnino duo apud regem ſtrenui & magni ad bellum nominis proceres.
Sancerrus comes: & Cliſſonus britonicæ nobilitatis clarus eques. Interrogatus ſan/
cerrus an coneſtabilis magiſtratum gerere uellet. Reſpondit in eo magiſtratu gueſ/
Oliueriꝰ cliſ/ ſonꝰ coneſta bilis
cluinum ita ſe geſſiſſe: ut nemo poſt illum memoria dignum quicq̃ exhibiturus eſſe
facile uideretur. Igitur ad Oliuerium cliſſonum dignitas (rege tribuente) delata eſt.



Cui mox negocium fuit: contractis copiis regem in remos (quo ſacræ unctionis cauſa
profecturus erat) præcedere. Hunc rex multorum ducum procerumq; frequentia ſti/
patus: protenus ſecutus eſt. Præerat regio ærario ſauoſius raræ probitatis homo.
Hunc abeunte melduno rege: andegauus regens: compræhẽſum reuelare regium the
ſaurum mortem cominatus cogit. Erant in ærario auri ſolidi laminæ: & aliarum preci
oſarum rerum ingens copia: quæ pariter æſtimata centies octogeſies centena millia
aureorum nũmum efficiebant: quæ (ſupputatione francorum more facta) decem et
Theſaurũ re giũ ludouicꝰ andegauꝰ ac/ cipit
octo milliones conſtituunt. Theſauro recepto ludouicus andegauus remos petit.
Rege conſecrato: cum ad conuiuii locum uentum eſt: id enim in ædibus archiepi/
ſcopi apparatum erat: principibus incidit de ſeſſionis ordine atq; prælatione contro/
uerſia. Nam andegauus ætate grãdior philippo anteire cõtendebat. Philippus parem
et parium decanum ſe eſſe: atq; propterea primam ſibi poſt regem deberi ſedem argu
Cõtẽtio ĩter principes de ordine ſeſſio nis
mẽtabatur. Eam litem conſultatione procerum habita rex diremit & philippo recubi/
tum primum: quatenus ad præſens negocium attinebat: decernit. Qua re offenſus an
degauus regi proximum nihilominus locum uſurpat. At philippus nihil cunctatus: me
dius inter regem andegauumq; inſilit: recubuitq;. Quo uel facto uel audaci temeritate
audacis cognomen adeptus eſt. Reuerſo ex remis pariſium carolo: ſancti pauli co/
mes in perfidiæ ſuſpitionem incidit q̃ rege inconſulto richardi angliæ regis filiam ſibi
uxorem deſponſaſſet. Sed prætenſis excuſationibus utcunq; purgato: rex ueniam co/
miti dedit. Qui mox in bureum riuarium liuorem exercens eum detulit: ad anglos lit
Liuor
teras dediſſe ut eos in franciam acciret. Quãobrem a curia bureus abſtinens: Cliſſono
rem patefacit. Qui cum amicus eſſet regem conueniens bureum q̃ maxime poteſt ex/
Miles graſſatur
cuſat: & q̃q̃ multi aulicorum aduerſarentur: gratiam tamen amico impetrauit. In/
terim milites per agros populum grauare non deſinebant: & duces fratres ludouicus
Simultas in/ ter fratres
philippuſq; ſimulate agebant clam alioquin furentes: & alter alteri detrahentes. Itaq;
ludouico dolebat: regentis tantum nomine ſine ullo dignitatis commodo potiri. Cõ/
tra autem philippus querebatur: illum regiam ſupellectilem theſaurumq; uſurpaſſe:
& nullam inde regi portõnem impartiſſe. Hinc timor omnibus erat ne principum ira
belli flammas excitaret. Ibant propterea inter utrũq; ſuaſores ad beniuolentiam & ca
ritatem prælati: & qui inter proceres pacati animi erant: in amicitia fratres continere
Iohãnes mareſius
ſtudioſe conabantur: de qua re orationem ad principes habuit iohannes mareſius do/
ctrina & facundia ſpectatus. Tandem ſopitis odiis in mutuam fratres caritatem rediere
Cõciliatis principibus: humilis quædam ex pariſiani plebecula nouis furiis acta eſt:
Motus a plebe pariſieñ.
querẽs ſe uectigalium magnitudine premi. Itaq; præpoſitum mercatorum aggrediẽs
ad contionem uenire hominem cogit: ubi unus e plebe audentior uice multitudinis
petit: penſiones uectigaliaq; tolli. Quod quãdoquidem olim poſtulaſſent nec fuiſſent
exauditi iam adeſſe tempus cum ſatis illis factum eſſe oporteat. Concitatæ multitudi/
ni plæriq; ſobrie obſiſtere cupientes: rati ſi res in craſtinum deferretur compeſci furo
rem poſſe: in poſteram diem negocium remittebant. Quod intelligens quidam uete
rum calceorum ſutor: temere exurgens: pompa inquit aulicorum & faſtus in hume/
ros populi recidunt: et quæ ab illis per luxum profunduntur: damna noſtra & calami/
tates ſunt. Hanc uilis opificis temeritatem arguere auſus eſt iohannes dormannus re/
gius cancellarius: obtinuitq; in alteram diem poſtulata transferri. Non reſtinxit mo/
ra furorem. Enimuero rediit poſtridie concitatior plebs & petita ex regis ꝓximorũq; eiꝰ
ſententia reportauit: Et ut ſedatior domũ plebs repeteret: ad illam adhuc frementem
cõtionari iohãnẽ mareſiũ carolus impat atq; cauſas memorare q̃obrẽ cẽſus & uectiga/
lia reipublicæ moderatoribus pẽdant. Oportere eos qui præſunt multa onera ſubire.
Bella plurima a carolo patre geſta. & itẽ a filio gerẽda eẽ quæ ſine populari ope bene
ꝓcedere nõ poſſint. Regios prouentus & fiſcũ anglorũ iniquitate ĩminutos eſſe. Regẽ
publicæ libertatis & populi tutorẽ: populũ coadiutorẽ eſſe debere: æquo animo ferre
ſi quid nõnunq̃ durius per neceſſitatem imperetur. Nihilominus tñ gratũ nũc regi eẽ
uectigalia tolli. Abeant ipſi domũ: quieſcãt tumultuari. Ad hanc iohannis orationẽ

cum ſedata turba eſſe ſperaretur:ſublato clamore. Volumus inquiũt iudeos urbe ex-
pelli. Quibus reſpõdente iohanne de re ipſa ad regem relaturum ſe procurrens confe
ſtim quiq; plebeius:publicanorum ædes aggredit᷑:atq; effractis pixidibus ubi repoſita
de uectigalibus pecunia erat:nummos in uias diſpargit: libelloſq; rationum carpit et
laniat miniſtris interfectis. Iudeorum domos aliquot & bõa diripit. Quæ tãetſi reddi

*Anglorũ incurſiones*

reſtituiq; rex iuſſiſſet:nequaq̃ tamen obtemperatũ eſt. Hec cum pariſii gerunt᷑ angli
cognito francoꝝ ex aquitania diſceſſu:turonos andegauos cenomãnoſq; iniectis paſ-
ſim ignibus incurſant:moxq; ad britones(nõ impediente duce amico)ſe recipiũt. Id
poſtq̃ ad regem perlatum eſt:carnotẽſium epiſcopũ & arnoldum corbiũ parlamẽteũ
præſidem ad ducem iter facere iubet:cum ſyngraphis præteritorũ fœderum quæ cum
regibus francis & britonum duce olim icta eſſent. Hec (audiente duce) cum oratores
recitaſſent:dux(inuitus ne,an uolẽs incertum eſt) fœdera ipſa innouauit: & obſeruare
ſe iureiurando adegit. Quãobrem irritati angli nauetam urbem circũuallare pergunt
Ciuitati tum præfectus erat almaricus cliſſonus qui ſumma ui & diligẽtia aduerſus ho
ſtem reſtitit. At non ſatis ciuium perſeuerantiæ credens:ad regem ſubſidiũ petere mit
tit. Nec cunctatur rex almatico ſuppetiari. Nam magnis itineribus copiæ in hoſtium
conſpectum citius uenere q̃ anglus ſubolere aduentum potuerit. Quarum primũ im-
petum cum ægre ſuſtinere anglos:eorum præfectus animaduertit(iam eñ ſigniferſi
gno amiſſo oppetierat mortem)eos increpans:uah inquit milites: quis ueſtros ani-
mos pauor inuaſit: ſuperamus enim numero francos:quare non dubium eſt ſi animo

*Pertinax pugna*

non defeceritis:uirtute quoq; ſuperiores fore. His ductoris uerbis animatus anglus:i-
credibili pertinacia reſtitit:tanta ſagittarum multitudine agẽs ut æther ipſe ſagittis nõ
ſecus ac nubibꝰ tegi uideretur. Itaq; diu fuit pugna anceps utriſq; acerrime pugnãtibus
Tandem multis ſauciis:multiſq; occiſis & captis:franco anglus ceſſit: breſtumq; fuga
petens præſidio impoſito & vulneratis qui ſe illic curarent relictis:in angliam traiecit.

*Cõſilium de uectigalibus exigendis*

Inter hec animaduertẽtes principes ærarii tenuitatem & regios cenſus eſſe exiguos
uocatis ad ſe ciuium pariſienſium primoribus:de uectigali exigendo conſultant. Cum
uero placuiſſet ex quaq; uenientium rerum libra ſolidum unum exigi. Idq; pariſii ro-
thomagi pariter & ambianis promulgari rex imperaſſet:plebs uniuerſa uectigal pẽde

*Ceruꝰ iuẽtus*

re pernegauit. Accidit per hos dies res cognitu digna. Siluanectum carolus uenãdi
cauſa ſe contulerat. Canum latratibus excitatus in fugam ceruus:æneum torquem col
lo gerere uiſus eſt:quem uenabulis aut ferro appeti rex prohibẽs in caſſes & rethia cõ-
pellit. Erat in torque litteris latinis inſcriptum. hoc me cæſar donauit. Ex eo tempore
carolus ceruum allatum auream coronam collo geſtãtem pro inſigni habuit:& regiis
inſignibus que liliis aureis tribus conſtant:hinc atq; hinc cerui duo apponi conſueue-
runt. Per eos dies cum de romano pontifice controuerſia agitaretur:acceſſere ad re
gem bohemiæ caſtellæq; oratores urbani partes aduerſus clemẽtem ſeptimum quem
rex ſequebatur defenſuri. Quibus per andegauorum ducem reſponſum eſt: regem nõ
ita affectum clementi eſſe:quin ueritatem ſequi uelit. Daturũ operam ut eccleſiæ pax
(ſedata diſcordium pontificũ cõtentione)reddatur. Reſpõſo accepto oratores abie-

*Ambitio cardinaliũ*

re. Hec reuera de romano pontificatu altercatio multis incommodis cum alias natio
nes tum gentem gallicam uexauit. Nam cardinales triginta clementis cauſam ſecuti:
exploratores per franciam conſtituerãt qui eccleſiarum opulentiores prouẽtus inqui
rerent: quas rectoribus uacuas mox ſibi a clemente obtinebant. Tulit quoq; clemens
de uacaturis eccleſiis legem quam expectatiuam gratiam appellauit:qua ad adipiſcen

*Auarus pontifex*

das morte poſſeſſorum eccleſias:fas iuſq; expectanti per pontificem deſignato erat.
Solis ex hac lege cardinalibus & potentioribus uiris eccleſiæ contingebant. Exigeban

*Iohãnes ronceus mittitur ad regẽ contra exactiões pontificis*

tur præterea a clero decimæ:et de maioribus eccleſiis dnm paſtore orbatæ erãt primi
anni prouentus legebantur. Id annatam uocant quã cameræ apoſtolicæ deberi roma
ni contendunt. Neq; id ſine ducis andegaui conſcientia fieri rumor erat:exactionis ſi-
quidem partem capientis. Eas ob res cum ſcholaſtici non pauci ſcholam relinquerent
ſtudii pariſienſis rector contione aduocata:ex cõſilio doctorum iohannem ronceum



picardum deputat qui de huiuſmodi diſpendiis ad regem:andegauũq; ducem oratio-
nem habeat. Habita oratione:tanta ira parcitus andegauus eſt:ut ſatellitibus noctu ad
cubiculum iohãnis roncei miſſis hominẽ effractis foribus abductum in uincula cõiici
mandauerit. Nec aliter:repetente eũ rectore excẽptus eſt q̃ ut clemẽti auditurũ ſe polli
ceretur. Niſus quoq; dux eſt rectorẽ depræhendere:ſed re ꝑ amicos cognita:rector au-
fugit. Depræhendẽdi rectoris cauſam afferebat dux ꝙ ab urbano exceptas litteras re-
gi non exhibuiſſet.

*Ludouicꝰ biturignm dux cõtẽtionẽ excitat*

Acceſſit & nouus a ludouico biturigum duce contẽtionis turbo
reputante ſecum male agi ꝙ andegauo regendi autoritas:philippo burgũdo caroloq;
borbonio regis tutela obuenerat:ſibi uero nihil præter pictauiam collatum eſſet. Pe-
tit ergo liguæ occitanæ atq; aquitaniæ ſibi gubernacula committi. Idq; adiutore ande
gauo fratre impetrat. Sed fuxi comes eius prouiciæ miniſtrator ſe in magiſtratu tueri
omnino ſtudebat:ita ut iubenti regi prouincia non cederet. Ludouicus propterea col-
lecta militum manu in tholoſates profectus:prælium cum comite ſuis diſſuadentibus
conſerit & uincitur. Sed reputans animo comes his decertationibus regionem perdi:
atq; populum aggrauari:ad ludouicum mittit:ſeq; magiſtratu abdicat:ludouico cedẽs

*Hugonis arbrioti hæreſis*

Per id tempus hugonis aubrioti pariſiorum præſidis falſa religio & iniqui mores in
lucem prodiere. Nam iudeorum ſectator cum eſſet:clerum exoſum & ſacroſanctæ eu
chariſtiæ dignitatem contemptui habebat. Scholaſticos ĩ primis aſpernabat᷑:ſtupri &
omnis generis libidinis reus. Ob quorum flagitiorum execrationẽ ad publicũ ſpecta-
culum loco edito in atrio diuæ mariæ poſitus:poſt ſuæ hæreſis manifeſtatam a cõtio
natore perfidiam. perpetui carceris damnationem a pariſiorum antiſtite excepit. Hic
aubriotus cum publicæ pecuniæ adminiſtratõnem diuturnam geſſiſſet:publica opera
nõ parũ illuſtria pariſii extruxit. Baſtildam ad diui antonii portã munitiſſimũ ꝓpugna
culum:diui michaelis ſupra ſequanam pontem: & aduerſus ſcholaſticorũ pariſianorũ
iniurias & nocturnos motus paruũ caſtelletũ.

*Flamingorũ ſeditio*

Quieſcebant his diebus flamingi a bel
lo paululum reſpirantes:niſi eorum comes ludouicus noua illos pecuniæ exactione la
ceſſiſſet. Eñuero ſiue egens ſiue pecuniæ auidus a gandẽſibus qui propter oppidi ma-
gnitudinem & populi frequẽtiam primi inter flandrẽſes habent᷑:grandem pecuniã ar-
rogantiſſime petens:cum ea ſibi cõſtanter negaret᷑:loco diſcedẽs:& ego inqꝛ huic cõ-
tumaci populo me principẽ & dñm eſſe monſtrabo. Erat comiti nothus halius nomĩe
homo militaris atq; magnanimus. Huic attributis copiis & angloꝝ manu mãdat:gan-
denſibus bellũ inferre. Qui patri audiẽs:mox gandẽſem agrum quottidianis incurſio
nibus uexat. Ibant nihilominus gandẽſes armis inſtructi:ſeq; uiriliter tuebant᷑:incom
modis multis hoſtẽ afficiẽtes. Recordati tñ debitæ ſuo comiti ſubiectõis:petũt ab illo
ſe audiri. Admiſit eos comes:quoꝝ hec breuis oratio fuit. Tui inquiũt comes ſumus.
Tu nobis es princeps & comes. Tibi cum rõne parere nos decet:tu nos tueri debes. Si
quid in te peccauimus quod tibi moleſtũ ſit:id nobis cõdonari ſuppliciter flagitamus.
Tantũ ne libertatẽ tollas quã a maioribus acceptã gandẽſis populus tueri iſtituit. Co-
gi ſe uectigalibus neſcit. Si rebus tuis ꝑ aliquã neceſſitatẽ opus eſt pecuniariũ ſubſidiũ
id tibi nõ coactione ſed ſua ſe ſpõte daturũ liber populus offert. His comitẽ uerbis pla
caſſe rati:ab aulicis imprudẽtibus & ꝑ ætatẽ rerũ impitis iniurias accẽperũt. Iactãtibus
in comitis ptãte eſſe:illorũ obſtinatã rebellionẽ flectere:calcaribus ꝑinde ac ſtimulis
illos agi oportere & oĩmodo iugum illis imponere. Quo accepto cõuitio:gandenſes
abiere. Comes uero magnopere ſtudebat illos rerũ & cõmeatus pœnuria affligtari:ut
egẽtes poteſtati eius ſe crederẽt. At gãdenſes animo erecti uim propulſare cõſtituunt
Itaq; philippũ arteuellã filium eius quem in geſtis philippi uallesii a gandenſibus occi
ſum diximus belli ducem ſibi præficiũt. Qui cõtractis utcũq; armatis:oppido egreſſus
in uicinum agrum ducit. Conſpectis procul gandẽſibus:comes prælii appetens ſuos in
arteuellam progredi iubet. Telis primum & ſcorpionibus:deinde diſtrictis gladiis pu
gnatum eſt. A duerſa comiti fortuna extitit:amiſſis quinq; hominũ millibus:atq; ita ſe
brugis recepit. Arteuella ex uictoria ſpem ſibi meliorem accipiens:ſuos hortat᷑ animis

*Comes uicit*

non tabeſcere. ſi in armis perſeuerent:facile factu eſſe:grande parare imperiũ. etiam ſi

comiti franci ſuppetient: quorum neq; faſtus neq; laſciuia bello ydonea eſſet: plus illis
iactantiæ q̄ roboris ineſſe. Talibus ſuaſi uerbis gandenſes: regnum inſuper ſibi affecta/
re audent. Qua ſpe quoq; illecti agricolæ: relictis agris belli ſe ſocios gandenſibus iun
gunt. Cura omnis arteuellæ erat: comiti incommodari. Mos eſt brugenſi populo q̄ue
tuſtiſſimus ob dominici ſanguinis reuerentiam (cuius partem ſe brugēſes habere glo
riantur) ſupplicationem quotannis facere: ad quam ſolennitatem ex uicino agro fre/
quentes coloni conueniunt. Cuius rei non ignarus arteuella: duo ex ſuis millia docet
arma ſumere quæ uſitatis ueſtibus occultent: & ita quaterni uel quini ad celebritatem
ſimulata religione ſe conferant: ut die ſupplicationi ſtatuto dum populus rei diuinæ in
tentum animū habet: mercatum occupent: atq; incautū comitē inuadant. Implēt mili
tes arteuellæ præceptum: & in foro ſine ulla ſuſpitione cōuenientes: dum comitē ꝓce/
dere uidēt: arma arma inquiūt o ſocii exerite. Clamore ſublato pterri tus comes: ſuos
gandēſibus opponit. Sed cadētibus multis: ipſe domū q̄uelociſſime poteſt ꝓfectus: cū
illum arteuella perſequitur per feneſtram in mulieris uetulæ proximam ædē dilapſus
inde ſclusam ſe recepit. At comitis fugam arteuella in brugenſes referens eos popula/
tur: compluribus trucidatis. Atq; inde cum ingenti præda gandauum profectus eſt.

Defectōis cauſam comes hanc ab initio dedit. Gandauū em̄ ciuem autore iohanne
leone trucidauerat: & parricidam a gandauēſibus proſcriptū ad ſe fugientē receperat:
poſtq; aliquot ꝓſcriptionis annos cōtra oppidanoꝝ leges reſtitutū nautarū præfectu/
ra donauerat. Eſt em̄ huius negociationis & miniſterii apud gandēſes multitudo & po
teſtas nō mediocris quæ in ſeditione dum forte inſurgit plurimū ualet. Eſt quoq; hu/
ius præfecturæ officium nō paruæ apud illos auctoritatis atq; emolumēti. Quāobrem
excitata in iohannē leonem inuidia unus ex nautarū ordine de matheorum familia
giſebertus: aſſumptis ſecum ſex quos habebat fratribus: occidere leonē cogitauit. Sed
comitis reuerētia ꝓpoſito deſtitit. Subīde cauſas quærēs quomodo a beniuolētia prī
cipis iohannē abduceret. Igitur inſinuat ſe in cubiculalioꝝ comitis familiaritatē. Quā
poſtq̄ ſatis ſibi firmatam putat: miror inquit principē noſtrū nōdum aīaduertiſſe gran
de uectigal quod ex mercibus quæ nauigio ad nos inferunt̄ pendi ſibi quotānis poſſit
Itaq; ſi id curare uolet: iohānem leonem unū ſatis eſſe cuius opera uectigal a nautis &
negociatoribus facile exigat̄. Re ad comitē per cubiculariū relata: comes leonē ad ſe
uocat: deq; exigendo uectigali hoīem admonet. Qui tametſi id fruſtra ſe tētaturū nō
ignoraret: cōuenire tamen de re ipſa nautas reſpōdit. Interim giſebertus clam fratres
hortat̄ contraria comitis poſtulatis ſentire: q̄nquidē publicæ libertati nequaq̄ cōgrue
rent. Ipſe uero apud principem iohannē inſimularet negligētiæ: quia ſuſceptū a comi
te negociū nō curaret ſatis ex hmōi cauſa odium principis in iohānē leonē excitatum
iri. ſeq; in eius locum ſuffici poſſe ſperabat. Hac ſpe erectis matheoꝝ animis cōuenien
tibus ad iohannis edictū nautis: poſtq̄ de portitorio pendēdo conſulit̄ fratres magno
pere reſtitere uenīētibus ī eoꝝ ſententiā eiuſdem miniſterii ꝓfeſſoribus. Quod ubi re
ferente iohanne reſciuit comes iam a giſiberto perſuaſus credidit culpam eē iohannis
ꝙ petita ſibi negarent̄. Quare ablatā iohāni nautarū præfecturam giſeberto dat. Idq;
non ægre ferre iohannes præ ſe tulit: domi ſe cōtinens donec fortunam tempus cōmu
taret. Nec interceſſere plurimi dies cum brugenſes ad quos nullus nauigabilis fluuius
euoluit̄: per comitis aſſenſum foſſam grandē ex amne liſa deriuare ad ſe incœptant: cō
ſtituto ad has opas magno foſſoꝝ numero quos præterea deputati a brugēſibus mili/
tes protegerēt. Nam ea fluuii acceſſione ſicut brugēſibus magnum incrementum: ita
gandēſibus multū detrimenti poterat afferri. Tumultuant̄ ꝓpterea gandauenſes & rei
nouæ occurrere cōſultant. Accerſuntq; iohannē leonem qui cōi neceſſitati auxilietur.
Qui licet accitum ſe gauderet: nullū tñ exultationis initiū dat. Sed ad conſilium intro
miſſus: rogatuſq; ſniam. Viri inqt gādēſes palā uobis oib⁹ ē quā reb⁹ ueſtris iacturā bru
gēſiū hec uſurpatio allatura ſit. Haud tñ puo negocio illis reſiſtere poteritis niſi relictā
iamdiu alboꝝ capucioꝝ inſtitutionē reſtitueritis. Cum em̄ maioribus noſtris repenti/
no ad res īſuetas præſidio opus eēt: deſignatos hēbāt ex ſuis milites q capuciolis albis



ab aliis diſcreti ueſtris ſe periculis obiiciebant. Id armatorū genus cenſeo cōfeſtim in/
nouādum eiſq; præfectum inſtituēdum. Vix hec iohānes dixerat cum uox oīm exaudi
tur conclamantiū reſtituant̄ capucia. Conficiunt̄ ſtatim publica impenſa capucia diſtri
buunt̄q; quibuſuis parui pēſi hoībus quibus nihil magis q̄ urbana quies odioſum erat
quorum præfecturam cōi oīm decreto iohannes leo recepit: cupientiſſimus infenſos
maxime efficere gādenſes aduerſus comitem. Poſtq̄ præfectura donatus eſt iohannes
magnam capuciatoꝝ multitudinē in brugenſiū foſſores ducit. Qui de illorū aduentu
nūtio accepto mox ſe brugas receperāt. Ad hūc modū fruſtrat⁹ ſua expectatōe ioānes
capuciatos gandauū reduxit. Per eos dies quidam ex nautarū collegio a comitis præ/
tore quem balliuū uocant in cuſtodia tenebatur. Quem repetitū liberare gandenſes
non poterant. Igit̄ arbitrati his tot offenſionibus ſuā libertatē tolli hortante iohanne
leone mittitur ad comitē giſebertus cum aliquot bonæ æſtimatōis ciuibus: q captiuū
conciuem carcere emitti & ſuas leges illibatas ſeruari a comite impetrent. Hoc pacto
iohannes ſperabat giſebertū ab irato comite aliquid quod moleſtum ciuibus eſſet re/
laturum. Profecti gandēſes principem apud mallā inuenerunt. Quos hūane acceptos
comes remiſit reſtituto illis nauta captiuo: eorūq; cōſuetis legibus cōfirmatis. Optare
ſe tm̄ dixit capuciatos tollerent. Reuerſi ad ſuos legati comitis liberalitatem cū enar
raſſent tum de tollēdis capuciis aīm comitis explicarūt. Quo uerbo offēſus populus
cum ſileret. Vos inqt iohānes leo cōciues compertū habetis q̄ commode capuciatos
reſtituiſtis a quibus nūc ueſtra libertas in tuto eſt. Alioqn abſq; illis oīa periclitabātur
Nunc ſi eos ut princeps ſuadet abrogabitis de ueſtra quiete & honeſtiſſimis legibus
actum eſſe iudico. Agite ergo & quod a maioribus accepiſtis ſeruatote. Ad hanc iohā
nis orationē cum quiq; diuerſi abiiſſent aliis illum laudantibus: aliis in neutrā partem
loquentibus iohannes uicarios quos ſingulis capuciatoꝝ turmis præfecerat cohortat̄
ſuos moneant interdiu noctuq; ad repētinos caſus paratos eſſe: & ad ſe ꝓtenus conue/
nire ſi quid ſeditionis aut tumultus excitari norint: ſatius fore obtrūcare in ſeſe inſultā
tes q̄ ab illis occidi. Nec incaſſum id ſibi præſagire iohannes uidebatur. Nam comitis
balliuus rogerus dauteruius paucis poſt diebus cum ducētis eqtibus explicato prīcipis
ut in bello ſolet uexillo gādauū ingreſſus in medio rerū uenaliū foro conſtitit: ad quē
mox giſebertus cū ſuis fratribus & iis qui eū frequēter ſequebant̄ ad balliuū cōcurrāt.
Qui a principe iuſſi in iohānis ædes irrūpere eūq; trucidare cōiurauerāt. At iohannes
caſuū humanoꝝ ꝓuidus cōuenīētibus ad ſe capuciatis ad foꝝ nullo tumultu facto pro/
gredit̄. Quo cōſpecto giſebert⁹ cū fratrib⁹ ſenſim dilabit̄ & balliuū deſeruit. Capuciati
uero quaſi ſpectaturi q̄d balliuus inceptaret ꝓxime eum cōſidentes in terrā confeſtim
deturbatū necāt: fruſtrati dilaniato comitis quod ꝑ ſe ferebat uexillo. Nec ex ſtipatori
bus quiſpiā fuit qui ꝓcūbenti auxiliū ferret. Solus em̄ balliuus occubuit: a ſuis ꝑ igna/
uiā turpiter deſertus. Liberati hoſtibus capucionati ædes geſiberti ceteroꝝq; ſuæ factō
nis ædes inuadūt & ſpoliāt. Eam balliui inopinatā fortunā geſiberto referēte poſtq̄ co
mes accepit: ira ꝑculſus iurat de necis autoribus ultionē ſe nouo exemplo ſumpturum
Cui⁹ rei nō īprouidi gādēſes duodecim ex ſuis nō obſcuros ciues ad principē legāt mi
tigaturos principis quoad poſſent indignationē: polliciturosq; ſatiſfactionē delictorū
Veniētes ad comitē legati ægre admiſſi ſunt: ſed interceſſione quorūdam aulicorum
cum benignior factus eſſe comes ſperaret̄ nouus a gandenſibus furor excitatur. Nam
iohannes leo timens re apud principem compoſita detrimentū ſibi ſuccedere: augere
hoc modo comitis furorē pergit primoribus ſuæ factiōis ſuadet: utile eē coactos quos
haberēt reipublicæ defenſores oppido educere & recognoſcere quibus uiribus aduer/
ſus futurū forte hoſtē reſiſtere poſſent. Itaq; egredit̄ ad portā quæ brugēſis appellatur
capuciatoꝝ & alioꝝ facinoroſoꝝ hoīm turba milliū decem. Quos cum iohānes perlu
ſtraſſet laudatis omnibus. Eſt inquit ab hinc non procul principis noſtri palatium
quod recenter miro opere extruxit: procedamus ædes uidere. Munitiſſimus em̄ ſicuti
ego accepi locus eſt ita ut inſurgente bello nobis incommodare poſſit. Poſtq̄ incon/
dita plebs andreghemum acceſſit (ea enim eſt loci appellatio) ædes ſpoliat immiſſo

multis ædium partibus igni. Inde aũt cum abirent cõuerſus ad palatiũ iohannes ut fla
grantem locum uidit quaſi id ſibi doleret percontãť unde hoc incendium erupiſſet q̃q̃
nullam loci curam habere oportet qui in excidium noſtrũ ædificatus inſtructuſq; erat
Hac ædiũ direptiõe comes nihil magis ægre tulit: quippe q̃ eas ad uoluptatẽ & deliti/
as accuratiſſime excoleret. Quãobrẽ uocatos ad ſe gãdauẽſiũ oratores atroci vultu et
aſpera oratione allocutus. Ite inquit ſeditioſa gens. prope eſt ut pœnas uniuerſi detis
offenſionum in me ueſtrarum. Cum nõ concederetur a legatis excuſatio trepidi gan/
dauum petiuere. Ex huiuſmodi cauſis atrox & longum bellum cõflatum eſt. Iohãnes
autem leo brugas quas ſuarũ partium effecerat linquens ardenburgi moriť ueneno
ut q̃dã tradũt ĩpetit⁹. Fuit quidẽ huius flandrẽſis belli uaria & anceps fortuna quam ſi/
gillatim explicare lõgioris eſſet negocii. Vnũ quod maxime inhumanum dici poteſt
operæprecium erit ad flagitii deteſtationem ſcripto commendaſſe. Deficientibus a
comite yprenſibus cum aduerſus eos copias ducere comes inſtituiſſet: gandauenſes
de ea expeditione certiores facti nouẽ hominũ milibus collectis curtracũ prodeuntes
yprenſibus ſignificãt ſe ad eos defendẽdos aduenire: ꝓpterea mittant ex ſuis armatos
ut iunctis copiis paribus ſtudiis & uirtute comiti reſiſtant. Parant confeſtim yprenſes
& ductoribus iohanne bouleo & arnulpho clerico octo oppidanoꝝ ſuoꝝ millia ad gan
denſes qui apud rolerum caſtra fecerãt proficiſci iubent. Hac ꝓfectione ad comitem
relata inſidias duobus locis qua yprenſes iter facturos ueriſſimile erat ponit. Inceden/
tibus uero yprẽſibus obtulit ſe biceps uia una rolerum altera tourotum ducebat. Qua
re conſiſtere illic agmen militum ductores imperãt: dubii utram ingrederenť. Præua/
luit iohannis boulei ſententia & tourotũ uerſus proficiſcunť: ubi deliteſcebãt comitis
inſidiæ in quas dum inopinato incidiſſent uiſo hoſte proditos ſe a bouleo eſſe concla
mitant: nec fuit illis animus ſe tutandi niſi quatenus fuga eripere ſe potuerũt. Alteris
igitur ypras: alteris ad gandenſiũ caſtra diffugiẽtibus: comitis milites quadringentos
ſupra duo millia in fuga trucidarũt. Reliqui ad gandauos dilapſi mox ubi curtracum
militari ordine profecti ſunt. Iohannẽ bouleum plebeio furore accuſantes quaſi inſidi
arum & proditionis conſcium in uiam publicam protractum minutatim concidũt: par
tem ex cadauere quibuſq; ſibi rapiẽtibus. Tam beluina natura eſt plebs ſemel furiis in
citata: nec furoris ullum habet modum: præſertim in flamingoꝝ gente quæ præter re
liquos gallos ſeditioſa ſemper fuit: q̃uis uel grandi ære ob factas iniurias mulctata uel
miſerabili cæde ob rebellionẽ afflicta. Sed de his hactenus. Hæc dum in flandria ge
runtur mareſcallus ſancerrus ſubterranã in lemouicibus capit: dedẽtibus oppidum an
glis: qui relicto loco dum per regionẽ graſſatur ſancerrus eos ſecut⁹ quottidianis fere
ꝓliis & cædibus afficit. Coiere ꝑ id tẽpus apud belingueriũ agri bolonienſis uicum ora
tores franci: ut cum anglis de pace tractareť. Sed nihil inde præter uanam ſpem rela/
tum. At britonum dux meliore in regem animo: fidem repromittit. Seq; cũ brito/
num comitatu carolo ſubditum interpoſito ſacramẽto profitetur. Non poteſt ſuos
ignes celare ambitio. Andegauus dux regens: alii item principes & regii plæriq; cõſul/
tores qui rebus gerendis præerant: ærarium fiſcũq; ſublatis uectigalibus imminutũ iri
cõtemplantes: ſuæq; auaritiæ nõ ſatis alimenti ſupereſſe: nouum tributi genus inſtitue
re cõtẽdunt. Habitis aliquot cõtionibus: nunc blandis interdũ ſuaſiũculis: nũc amico/
rum interuẽtu adducere nõ paucos in ſuam ſententiã ſtudebant. Obſiſtebat tamen po
pulus: nec petro dillerio nec iohanni mareſio (qui maxime populares erant) aures ac
commodabat: tametſi dicerent ex ea pertinacia regem irritatum iri & hinc periculum
grauioris alicuius pœnæ impẽdere. Itaq; diſcedẽs a principibus populus arma capit: de
canos quadragenarioſq; & quinquagenarios per ciuitatẽ ponens. Cathenas quæ ad cõ
pita uiarum intra urbem erant prætẽdebat: poſitis contra nocturnas inſidias excubiis
cuſtodibus præterea ad portas ordinatis. Idq; facere incipiẽtibus pariſianis: reliquæ fe
re regni urbes ſubſequunť. Itaq; ducenti ex rothomagẽſibus plebei hoĩes hoc exẽplũ
imitati: quẽdam obeſum ciuem qui ob craſſam corpulentiã craſſus uocabať: alioquin
renitentẽ ſibi regem præficiũt: curruq; impoſitum per urbem circũferẽtes: tandem in

Auari princi/
pes nouũ tri/
buti gen⁹ co/
gitant

Rotomagẽ/
ſiũ ſtultitia



rerum uenalium foro conſtitutũ de abolẽdis uectigalibus legem ferre & eam ꝓmulga
re compellũt a cæde nõ abſtinẽtes. Sæuitum enim eſt in uectigalium quæſtores: & ex/
pilatum diui audonei cœnobium: propterea ꝙ in eo priuilegia quædam repoſita eſſe
audierant quæ libertati ciuitatis non cõgruerent. Arcem quoq; oppugnare adorti. ĩde
a præſidio repulſi ſunt aliquot interemptis. Dum hæc rothomagi geruntur: ludouic⁹ an
degauus regẽs poſt quartũ menſem cum pariſiacæ plebis ſeditionẽ ſedatam eſſe putat
Legem de uectigalibus exigendis tulit: & in foro iudiciali apud caſtelletũ promulga/
re iubet: inſtitutis miniſtris qui legendi uectigalis officium exequerenť. Ad calendas
martias cum eius officii cauſa quæſtor ad mercatum apud fallas adueniſſet obolumq;
pro naſturcio a muliercula cui perota morela nomen erat exigeret: queſta & uocife/
rans anus mercatores aliquot in quæſtorẽ excitauit: qui hoĩem multis vulneribus cõ/
foſſum trucidauerũt. Eius facinoris fama ubi per ciuitatẽ vulgata eſt: protenus uilium
artium miniſtri arma capiunt perq; ciuitatis uias circũcurſant: ad cædem perpetrãdam
animati: quibus cum perditi plæriq; & nullius æſtimationis homĩes facile accedebant
Et ut inermibus arma nõ deeſſent: publicas ciuitatis ædes adoriunť. Vbi emotis euul/
ſiſq; poſtibus comunia arma rapiunt & ea induunť. Fuere ex prudẽtioribus nõnulli: et
inter illos pariſianus antiſtes qui tot malis inſurgẽtibus coactas clam fortunas ſuas ci/
uitate exportarent: tutiore ſe loco cõmittẽtes: Inter arma quæ furibunda plebs deſum
ꝓſerat erant plumbei mallei quibus obuios quoſq; ſubſidii pecuniarii exactores truci/
dabant: domos eorum fortunis oĩbus ſpoliantes: nec ad eccleſiam ꝓfugiẽtibus immu
nitas præſtabať Vnum eñi in diui iacobi hoſpitalis æde diuæ mariæ ſimulachrũ ample
xãtem protenus necauerũt. Simile aũt ad diuũ germanũ de pratis quo nõnulli confu/
gerant cum facere molirenť: defendẽtibus ſe incolis: inanes in urbem reuerſi. Caſtel/
leti & epiſchopi carcere recluſo captiuos omnes & hugonẽ aubriotum (cui⁹ paulo ſu/
pra mentionẽ feci) ſoluerũt hunc ſibi ducem præficiẽtes. Sed cõſcius quid penſi furiis
incitata plebs haberet: noctu ſe ex urbe proripuit: quo inſequẽti luce domi nõ inuento
ſæuius furere oẽs cœperũt: cõſtituerunṫq; charẽtonũ pontẽ petere & proſternere. Sed
deſtiterũt a iohanne mareſio admoniti: tumq; frigeſcere illis cœpit heſternus furor &
mentis inſania. Per eos dies nõ procul a ſancto dyoniſio uiſum eſt monſtrum biceps
tris oculos & lĩguas duas habẽs. Dedit præterea ſuũ prodigiũ æther. Nam ex cardina
lis monachi collegio per ſummã cæli ſerenitatem uiſus eſt ignis ſupra ciuitatẽ pariſioꝝ
a porta in portam circũferri. Pariſiana ſeditione ad carolũ perlata: autores ſupplicio
grauiſſimo plectere conſtituit. Sed regis indignationẽ quidã ex ciuibus & ſchola pari/
ſienſi delecti ſapiẽtes mitigauerũt. De his tñ pœna ſumpta ẽ qui caſtelletũ uiolauerãt
ſubſidio pecuniario abrogato. De quo poſtea quia pecunia opus erat rex conuentum
ex primoribus habuit: ratus publica neceſſitate cognita: neminẽ nõ impartiturũ rebus
miſeris opem. At qui cõuenerant nullum a ſuis mandatum niſi audiendi atq; referẽdi
ſe habere reſponderũt. Idcirco rex illis imperat ad ſuos cum feſtinatione reuertantur:
moxq; ad eum pontiſarã quo abiturus erat exploratã ſuoꝝ uoluntatẽ perferant. Fuit ꝓ
fecto una oĩm ſentẽtia mortis potius ſe periculis obiicere q̃ uectigalium tributa & ſer/
uilem perpeti ſeruitutẽ. Ea reſpõſione habita: rex cum pariſiẽſibus malefactoꝝ ueniam
dediſſet: per legatos egit: ut ipſi ad conferendũ ſubſidiũ animos inclinarent. Apud ſan
ctum dyoniſium cõueniẽtibus utrinq; oratoribus centũ millia francoꝝ: iohanne mare
ſio auctore regi conceſſa ſunt. Per hanc publicã frãcis tempeſtatẽ ludouicus andega
uus a clemente ſeptimo regni neapolitani dyademate ſuſcepto: prouinciã armis occu
pat: atq; per alpes ducens quas nõ ſine ſuorũ cæde ſuperauit in appuliam profectus eſt.

Et ludouicus flandriæ comes ad priorem brugis acceptam a gandauẽſibus ignomi/
niam alteram adiecit impatiens uinci. Nam prælio aduerſus arteuellã gandauenſium
ductorem malo euentu geſto: decem millibus ſuoꝝ fuſis: per ſaltus & ſiluam ad inſulã
ægre ſe recepit: aliis brugas: aliis qui ex francis erant: aldenardũ petẽtibus. Tam ꝓſpe/
ra fortuna uſus arteuella quadraginta hominũ millibus potẽs: aldenardum obſidere
conſtituit. Quem irruptione facta excipiẽtes franci: cæde multorum eum affecerunt.

Monſtrum
Prodigium

De pecunia,
iterũ cõſuliť

Fuga comitiſ
flandriæ

Aldenardũ a
flamingis ob
ſeſſum

Sed quia militum numero hoſtis erat ſuperior:intra oppidum ſe recipientes frãci lo/
cum magnis munitionibus roborauerũt:fortunam experturi. Arteuella autẽ id quod
uero ſimile erat cogitans:francorum regem comiti ſuiſq; auxilia miſſurum: equitem
caducei ueſte indutũ cum litteris ad regem legat. Petebat arteuella ne ſe rex huic bel/
lo commiſceat:quod libertatis cauſa aduerſus comitis tyrannidẽ a gandenſibus gere
batur. Alioquin ab anglis acceſſiturum auxilium. Tabellario nullum reſponſum datũ
eſt. Interim ludouicus flandrẽſis per generum ſuum burgũdiæ ducem deinde ꝑ ſemet
carolum cõueniẽs: quid a flamingis perpeſſus eſſet exponit. oratq; aduerſus rebellem
populum ſibi auxilietur. Id ne rex faceret & ſi una cauſa dehortabatur:ꝙ ſcilicet ludo/
uicus cum anglis cõuentiones plæraſq; clam habuiſſet. quia tamẽ comes francæ ditio
nis erat:& flamingi aſſueta contumacia crebros belli motus excitabant:opem comiti
liberaliſſime pollicetur. Inſtructis nõ procul ab attrebate ingentibus copiis:rex auri/
flamma a dyoniſiano abbate more maiorum deſumpta:illam petro dillerio equiti au
Expeditio in flandriã reæ militiæ ferendam dat. Hec agente rege:franci qui aldenardi erant:urgente ar/
teuella cum crebris oppugnationibus fatigati commeatu quoq; deficerent:ad philip
pum burgundiæ ducem delata eorum conditione:orant ſibi ſubſidium mitti:ſi deferã
tur:deditionem hoſti ſe facturos. Nec fuit incurius philippus petitionis obſeſſorum.
In ea commeatꝰ pœnuria: res commoda obſeſſis obtigit. Ducebat ruſticus quidã por
corum gregem. Quo cõſpecto franci turma facta inter oppidum hoſtemq; aliquot eq
tes peditesq; locant. mox ex peditibus pauci ad gregem cõcedentes tris ex eo numero
porcos cum in oppidum raptos & grũniẽtes trahũt. reliquus grex (ut eſt eius pecoris
natura) clamantes porcos ſecutus eſt. Nec impedire hoſtis potuit quin omnes in op/
pidũ cõſequerent:reſiſtẽtibus francis q ſubſidio pediti aſtabãt. Ad finẽ octobris caro
lus ad exercitũ q in attrebatibus caſtra habebat ꝓgit:eoq; ludouicus flandrẽſiũ comes
ꝓfectꝰ ob artheſii comitatũ:qa eiꝰ mater mortẽ obierat:carolo fidẽ repromittit. Inter
hec arteuella cognito ꝗ ingẽti exercitu rex adueniret:ad anglos nũtios mittit: cauſatꝰ
ante oĩa pecuniã ſibi a rege anglo deberi:quã pater eius iacobus ad bellũ quod in phi
lippũ ualleſiũ geſſerat mutuo illi tribuiſſet. Sed id agebat arteuella magis ſpe auxiliũ
impetrandi. Nec latuit carolũ qd flamingus hoſtis pararet feſtinat ꝓpterea iter facere
& marquetã (id monaſteriũ eſt uirginũ ultra inſulã) petit. Præmittunt ante omnem
exercitũ mille ſeptingẽti ſexaginta foſſores cũ ligonibus atq; ſecuribus qui amputatis
arbuſtis uias æquarent:qbus præpoſiti erant Iodocus haluynus & rãburus. In reliquo
agmine tribus ordinibus incedebant equitũ millia uiginti:ſagittarioꝝ atq; baliſtarioꝝ
duo millia ſeptingenti præter peditũ ingentẽ multitudinẽ. Erant ad aldenardũ itinera
duo: unũ per ariam & ſanctũ audomarũ unde liza flumen oritur longum & difficile.
Alterũ per cominarũ pontẽ quẽ flamingi occupabant:dirutis ꝑ eũ fluminis tractũ reli
quis põtibus. In hos irrũpere cupiẽtibus aliquot militibus qui apud inſulã ſtationẽ ha
bebant duce halſo comitis flandriæ notho ꝑ menini pontem harlam inuadunt:ubi oc
ciſis incolis & bonorum direptione facta:cum per finitimos uicos claſſicum ſicut in cõ
muni periculo in eccleſiis pulſare halſus audiſſet:receptui canit. Sed iam magna inco/
larum uis ad pontem cõueniens:pontem per partes effractum fimo & fragili materia
contexerat. Eo properantes franci ruſticorum turba conſpecta:ſeſe colligentes ꝑ me/
dium hoſtem uiam aperiunt:& ita ponti ſe credentes primi quidem euadunt:qui uero
proxime ſequebantur ſuo & quorum pondere pontem diſſoluerunt in flumen prote/
nus demerſi. Nec poſtremis melius obtigit:fluuio ſe committentibus. Cum eñ emi/
nẽtionibus ripis alueꝰ lizæ ferẽ:inde euadere ĩfœlix miles nõ poterat:iactitãtibꝰ ĩ eos
tela ruſticis. Halſus tñ cũ triginta ſuoꝝ iter primos ſe ꝑiculo exemit. Igiẽ ꝑ cominarũ
potẽ:q exercitũ traducere rex:cõſtituiſſet:cliſſonũ coneſtabilẽ & ſancerrũ mareſcallũ
hoſtẽ loco extẽdere mittit. Cognito frãcorũ aduẽtu:flamĩgi unã põtis arcẽ diruũt ĩ ad
uerſa ripa ſtationẽ habẽteſq;. Sed ĩſequẽti eiꝰ diei nocte ñ ĩuecto uado:cũ põs reſiſtẽtibꝰ
flamĩgis nõ facile reſtitui poſſet: Sãpꝰ auratꝰ eques & aliquot ei amicitia cõſuetudieq;
cõiũcti nauibꝰ ex inſula aduectis lizã paulatĩ trãſmiſere. Nec ex alueto qd ripæ ꝓximũ



erat priꝰ ꝓdireũt ꝗ paulo plꝰ ꝗdrĩgẽtis una cõueniſſẽt. uiri qdẽ genere nõ obſcuri & aĩo
couſtantes. Igitur ſecus littus fluminis incedẽtes:hoſtem dum petunt. petrus de boſco
flamingorum ꝓfectꝰ eos conſpicatus cum aduesperaſſet ſuos cõtinuit: donec craſtino
crepuſculo eos adoriretur paluſtri loco impeditos et lõga feſſos uigilia. Interea dum
hec aguntur cliſſonus anxius ualde ꝗ temere ſui admodum pauci periculo ſe commit/
terent ut hoſtem qui ponti defenſando aſſidebat diſtineret: iubet ſagittariis pontem
inſtaurent. qui poſtꝗ comperit partem militum flumen enauigaſſe:liberam dat ut cui
q; commodum foret pontem tranſmittẽdi. Per eam noctem ſampus & qui cum eo in
palude armati & uigiles ſine ullo ſomno hoſtem expectabant: condixerunt non prius
in hoſtem irrumpere ꝗ inuaderent. Hoſtis igitur clãculo ſub diei crepuſculum magno
ſilentio mouens francos adoritur. A quibus acerrime exceptus (petro grauiter vulne/
rato) cedere loco cepit:moxq; in oppidũ ſe recipiẽs aliquot ædes incendit uel ut fran
cos inde amoueret uel ſuos ad ſe diſperſos reuocaret. Interim cliſſonus liberũ factum
pontem reſtituere imperat:traiicitq; reliquum exercitũ. Multas ex cominis opes fran
cus abſtulit quibus ditatus eſt maxime. Eſt eñ regiõis illius plebs lanificii peritiſſima
pannos ex eo artificio textos cum in ſuos conterraneos atq; indigetes tum in exteros
diſpartiẽs. Quæ omnia in poteſtatẽ irruentium militum conceſſere poſtꝗ tria ex illis
millia periiſſent. Superato ponte carolus rex cum reliquis copiis flandriam ingreſſus
ad montem yprenſem caſtra fecit. Quãobrem ueriti yprenſes caroli poteſtatem duos
ex ordine prædicatoꝝ fratres ad eum mittunt de pace uiam tentaturos. Audiuit beni/
gne carolus nũtios. Nec morantꝰ yprenſes duodecim ex ſuis optimos ciues ad regem
delegare:qui urbem ſe ſuaq; dederent. Deditos carolus recepit quadraginta francorũ
millibus in ſtipendium militi mulctatos. Acceſſere quoq; omnis illius oræ flãdriæ ma
ritimæ populꝰ:q uinctos ducentes ꝓfectos quos ab arteuella acceperant:regi tradiderẽt
quo facto regis gratiam demererentꝰ:ſimulq; ſexaginta millia nũmum perſoluentes:
ne agri uiciq; eorum urerentur:impetrarunt. Præfectis in ponte yprenſi ceruices cæſæ
ſunt. Ingreſſus ypras carolus quinto poſt die certus factus arteuellã relicto aldenardo
cum ſexaginta millibus ad ſe aduentare:Cliſſonũ coneſtabilem & mareſcallos præire
iubet. Ipſe ꝗꝗ continuo ymbre itinera lutoſiora eſſent cum ſecunda & tertia acie ſubſe
quitur:atq; inter rolerum & roſebequã caſtra faciens:flamingos operiebatꝰ. Ad quem
ſe conuertere cum brugenſes cogitarent. petrus de boſco & petrus muttus quos arte/
uella brugis præfectos poſuerat ne id facerent ſpe futuræ uictoriæ diſtinuerũt. Tanta
ſiquidem animi elatione turba illa plebis flandrenſium ferebatur:ut parui admodum
haberet francos. Nam ut ex ſuis pagis uiciſq; turmatim ad gandenſes confluxerant ita
erant uariis inſignibus & ueſtium genere diſtincti:ſui ductoris imperio quaſi explora/
ta uictoria parentes. Cognito ex frumentatoribus ꝙ arteuella tribus hinc tantũ millia
ribus a roſebequa caſtra haberet:Cliſſonus mattheuſq; uiennẽſis & guillermus picta/
uus caſtris caroli edicto progreſſi:hoſtium agmen adequitant:& poſtꝗ ſatis explora/
tum habent:qui illorum modus ordoq; incedendo eſſet:ad carolum protenus renun
tiant hoſtium numerum ingẽtem eſſe:denſos progredi:& gradu moderato nõ aliter
ꝗſi in conſpectu hoſtem intuerentur: ſed non ita inſtructos quin a peritis armorum
uinci fortiter poſſint. Id poſtꝗ cliſſonus locutus eſt ecce hoſtium agmen conſpicitur:
nec franci pigritantes quãdoquidem in acie parati ſtabant flamingos duriſſime exci/
piunt. Priuſꝗ bellum committeretur tanta coruorum nubes ſupra utrunq; exercitum
uolitauit ut multis admirationi eſſent. Tanta quoq; caligo cælum obſcurauit: ut ſeſe
uix acies conſpicerent. At poſtꝗ in hoſtem ſuos procedere carolus iubet:atq; auriflam
mam ſignifer explicauit:diſcuſſa mox caligine ſerenitas reddita eſt. Quæ res ut francis
ſpem:ita hoſti animos extulit:utriſq; credentibus propitiari ſibi deũ. Cõmiſſo ꝓlio tan
ta ferocitate flamingi pugnauerunt:ut loco parumper cedere francus cogeretꝰ:donec
unus qui in fronte erat ſublata uoce clamãs. O maria uirgo ĩquit & uos commilitones
procedite & præliemini. Quod exemplum imitati complures: mutuis ſe & clamoribꝰ
et exhortationibus ad fortiter agendũ excitarunt. Itaq; ferocibus & obſtinatis animis

pugnatum eſt & flandrenſes ſuperant̃. Ex quibus mortem oppetierũt millia quadra/
ginta præter eos quos in fuga apud reſebecam. Anno ſalutis. M.ccc. uno & octogeſi/
mo: quĩto calendas decẽbres dominus de albreto & cõciac⁹ interemere: præterq; eos
qui in ſiluis & paluſtribus locis latitantes a flandriæ comitis militib⁹ necati ſunt. Hac
cæde ad eos qui apud aldenardum in obſidione perſeuerabant perlata: nullo ordine
fugæ ſe commiſerũt. In quos aldenardo egreſſi franci impetu facto incurrunt: obuios
Caroli ſexti ad flãdriæ comitem uerba
quoſq; paſſim obtruncantes. Tam glorioſa diuinitus prope habita uictoria rex accitis
exercitus primoribus gratias deo ſoluit. Et flandrenſis comes regi principibuſq; grati/
ficatus: ſe perpetuæ illis gratiæ debitorem eſſe profeſſus eſt. Cui reſpondens carolus.
Conſobrine inquit comes tuis deſperatis rebus opitulati ſumus. Habes uictum ꝓſtra/
tumq; rebellem tibi populum. Non me latet: te dum meus uiueret pater: cũ iimicis no
ſtris anglis ſocietatẽ occultam habuiſſe. Poſt hac integra ĩ me fide eſto. In te beniuol⁹
eẽ nõ deſinam. Poſt hec carolus arteuellam inquiri (uiuat ne an oppetierit mortem)
iubet. Erat inter ſaucios flamĩgus unus ex arteuellæ præfectis: qui illũ necatũ eſſe (cũ
iuxta illum pugnat) affirmaret. Perductuſq; in campum ubi fuerat præliatum: arteuel
læ cadauer oſtendit nullo vulnere perculſum. ſed inter cadentem ſuorum turbã ruina
& mole cæſorum oppreſſum. Ob id ipm carolus cum ſaucium captiuum curare impe/
raſſet & ſeruari: flamingus medicamenta recuſans: uolo inquit una cum meis commi
litonibus mori: & ita per vulnera ꝑfluente ſanguine exanimat⁹ ẽ. Hec uictrix pugna
cum nõ procul a curtraco commiſſa fuiſſet: carol⁹ curtracũ ꝓficiſcit̃ ubi cũ cognouiſſet
quingenta calcaria aurata ſeruari eorum ſcilicet qui cum roberto artheſienſi olim in/
terierant oppidi portas ſine ulla oppidanorum cæde deiici ĩperauit. Sed miles francus
non oblitus ſuperioris ignominiæ quam illic aliquãdo accepiſſet: dirutis portis com
pluribuſq; occiſis atq; ſpoliatis: curtracum tandem incendit. A gente adhuc curtraci re
ge brugenſes miſſis oratoribus ueniam impetrant uiginti & cẽtum francorum millia
pœnæ loco pendentes. Petrus autem de boſco inde ad gandauos ſe recipiẽs eos obſti
natiores reddit. Iu curtraci publicis ædibus litteræ repertæ ſunt pariſiacæ factiõis quas
illis de ſeditione pariſienſes dediſſe ſubſcripto annotabat. Id carolus ægerrime admo
dum tulit: nec cũctatus impoſito fortioribus locis præſidio primo uere ad dyoniſianũ
cœnobium uoti & religionis cauſa profectus: poſtq̃ uoto ſatiſfecit: animũ conuertit ut
pariſiorum contumaciam retunderet. Quod ſubolens mercatorum præpoſitus: comi
tatus aliquot ciuitatis primoribus ad regem conceſſit. Offerens liberum in ciuitatem
aditum populum a furia reſipuiſſe: præteritorum ipe obliuiſcatur: nec deſpiciat pœni/
tentes. Hec ſi ſuo aut populi nomine præpoſitus dixerit incertum eſt. Rex tamen ſe
ingreſſurum reſpondit. Aduenĩẽti carolo præibant acies inſtructæ tres: primam cliſſo
nus ſancerruſq; ducebant: in ſecunda rex ibat equo inſigni uectus: reliqui omnes pedi/
tes incedunt. Quæ ante dyoniſianam portam lignea propugnacula erant effracta ſũt
& porta ciuitatis diruta. Pergenti ad hunc modum regi præpoſitus magna ciuiũ mul/
titudine ſtipatus humilis pronuſq; occurrens: cum loqui cœpiſſet rex audire noluit.
Sed præteriens ad diuæ mariæ templum profectus: ſupplicatione abſoluta palatiũ pe/
tit. Erant per compita & diuerſoria urbis diſpoſiti ad cuſtodiã milites: prohibiti ne po
pulo & ne militi populus iniuriam faceret. Edicti tamen contemptores duo ex plebe
fuere. Qui mox compræhenſi a ſuis feneſtris illaqueati ſtrangulatiq; pependerunt. In
ceſſerunt eo die per urbem biturigum & burgundiæ duces: magna armatorum manu
uallati & ſeditionis inſigniores auctores trecentum in uincula primum coniectos: pau
lo poſt carnifex capite mulctauit. Inter quos fuerunt guillermus ſenonenſis: iohannes
filiolus & martinus doublus: Et paucis interiectis diebus nicolaus flamingus. Suppli/
cio reorum expleto cathenæ omnes ex compitis euulſæ: in arcem uicennarum. Arma
Præpoſitura mercatorũ apud pariſioſ ſuppreſſa
per quaſq; domos ĩuenta: partim in luparã: partim in palatium deportata ſũt. Scabini:
præpoſituſq; mercatorum magiſtratibus amoti & ciuitatis regimen prætori pariſieuſi
attributum. Vectigalia & pecuniarum ex rerum uenalium precio ſubſidium: decretũ
atq; exactum. Iohannes mareſius homo populo gratus: delatus q̃ inter ſeditioſos ſu/



renti plebi fauiſſet: adnitentibus maxime biturige & burgundo principibus: indicta
cauſa dãnatus: & cum eo duodecim capite puniti. Inter hec ad grad⁹ palatinos ubi
philippi pulchri ſimulachrum uiſitur: extructo throno: Carolus patruelibus & aulico/
rum nobilitate circũſeſſus: petrum dorgemontem cancellarium affari qui cõuenerat
populum iubet: qui a carolo quinto ad præſentia tempora orbem deducens: præteri/
tas ſeditiones & populi flagitia: regis præterea geſta & ex flamingis habitas uictorias
prolixa oratione memorauit. Non mirari eos oportere: ſi de tot ſcelerum autoribus
ſupplicium ſumere rex ſtatuiſſet: qui in reliquos pœnam commeritam irrogare iure
optimo poterat. Hec poſtq̃ locutus eſt cancellarius ad carolum conuerſus. Hec ne ſũt
inquit sereniſſime rex quæ mihi dicenda commiſeras. Aſſentiente rege: patrueles ei⁹
ad genua caroli procliues populo indulgeri orant: nobilitate quoq; atq; fortunis inſi/
gnes fœminæ: paſſis crinibus lachrymantes: procumbente humi populo regis miſera
tionem expectabant. Mouit regem omniũ miſerabilis clamor: & mortis ſuppliciũ pe/
cuniaria mulcta commutauit. Nam dimidiam fortunarum omnium partem reus qui/
q; redimendi ſui cauſa pendit: quæ militi ad ſtipendium diſtributa eſt. Pariſienſiũ edo/ Mulctat̃ po/pul⁹ pariſieñ.
mita pertinacia: rothomagenſes ſuperant qui punirent̃. Miſſo ad eos iohanne uiẽnẽſi
admiraldo cum iohanne paſtorello & iohanne mercerio quaſdã ciuitatis portas erue
re et factionis conſcios compræhendere & ſupplicio affici rex mandat. At quia prope
diem dominicæ reſurrectionis ſolennitas erat: remiſſo capitali ſupplicio nõ pauci ſuis
bonis priuati ſoluti ſunt. Nec ad fiſcum mulcta: ſed ad quorundam ſingulare commo/
dum uenit. Quãuis enim reipublicæ titulo principes agant: miniſtrorum tamen lucrũ
eſt quod exigitur. Itaq; bona huius exactæ pecuniæ pars ad biturigum & burgundorũ
duces peruenit. Cum hec in francia geruntur angli de inferendo francis bello lõdo Angli de bel
niis conſultant. Clerus uero non ignarus richardum ſuum regem quietis atq; ocii pa/ lo conſultãt.
tientem eſſe bellũ diſſuadebat: & in primis cantuarienſis archipræſul: quem alterius fa
ctionis ſectatores necauerunt. Porro urbanus ſextus decimam regi richardo conceſſe
rat ut in franciam copias traiiceret ad opprimendum eos qui clementẽ compeditorẽ
eius tuebantur. Eius decimæ atq; expeditionis coactor & princeps fuit hẽricus diſpẽſa/
rius norduicus antiſtes uehementis animi iuuenis. Cui attributi ſunt quingẽti equites
& quingenti ſupra mille pedites: præter magnum ſacerdotum concurſum qui urbano
aſſentiebantur. Qui caliſium tempeſtate primo impediti: nacta mox ſerenitate tranſ/
fretarũt: atq; inde flandriam migrauerunt excepti aliquot locis liberaliter & commea
tu adiuti. Quorum aduentus cum regem lateret: carnutum religionis gratia profici/
ſcens: templo diuæ mariæ uiſitato: aurelianum ubi ſeditionem populus mouerat per/
git. Supplicio de flagitioſis ſumpto protenus pariſium reuertitur. Ibiq; primũ de ãglis
nuntio accepto copias contrahit. Quod audientes gãdaui quoſdam ex ſuis primorib⁹
ad carolum mittunt. Sed eos ad ſuum conſpectum carolus non admiſit: non neſci⁹ qd
ſocietatis cum anglis iniuiſſent. Coacto exercitu in quo trecẽta equorum millia fuiſſe
froſſardus tradit. Venerat enim ad regem ex germania federicus dux bauarus et alii
auxiliares multi cum de ſufficienda annona atq; inuehendo commeatu præfecti mili
tum conſulerent. Colinus boulardus pariſianus ciuis quadrimeſtrem commeatum ſi
precium ſibi ſoluatur miniſtrare ſe pollicetur. Cõſtituta illi mercede carolus ex ſancti
dyoniſii æde auriflamma recepta eaq; guidoni de trimoula aſſignata mouet. Iter agẽ
ti nuntiatur anglos ex gandenſium ſententia ypras circũſediſſe. Sed illi aduenientẽ ca
rolum formidantes obſidione ſoluta ſuburbia cremant. Atq; inde caſletum ducentes
oppidum circũuallant. Sed cliſſono cum britonum duce illos perſequente incenſis ca
ſtris buburgum & grauelingam uerſus abierunt. Et robinus canollus arrogans & iacta
bũdus anglorũ ductor tametſi quottidiano fere ſermõe parui ſe facere frãcorũ potẽtiã
diceret. Dunas quo ſe receperat procedentibus in eum francis reliquit grauelingam
petens. Quam item a carolo circunſeptam dimiſit: per portam quæ nondum armatis
cincta erat dilapſus. Deſerti anglis oppidani cum ſe acerrime defenderent: expugnati
tamẽ partim occubuere: partim in ſeruitutem acti: donec magna ſe pecunia redimerẽt

Grauelinga relicta:q̃ burburgum anglus occupauerat:eo ſe franci contulerũt. Prius
tamen q̃ ullum obſidionis aut oppugnationis ſignum darent cliſſonus anglorum præ
fectos in colloquium uenire petit ut illos aliqua forte ratione adducere poſſet ãgliam
repetere. Sed cliſſoni uerbis:elatior factus hoſtis:timoris hec indicia eſſe ratus ſtatim
eruptione facta francos adoritur:edito demum acri prælio in oppidum repulſus. Con
cluſus obſidione eſt. Ad primam oppugnationem in qua philppus artheſieſis augi co/
mes egregiam operam nauauit:in muros cum regio uexillo conſcendens angli brito
num ducem affari poſtulant. Accedentem ducem orant: burburgo abire illis incolu/
mibus liceat. In eo ſpem ſuam repoſuiſſe q̄ memoria teneret anglorum ope ſe britan
nia potiri. Predeceſſores eius anglis regibus obſequẽtes fuiſſe: eorumq; amicitiã ſem/
per coluiſſe. Ad hec dux reſpondit regem ſe conuenturũ. Adiens igitur carolum brito
quæ ab hoſte accepiſſet ei patefecit. Additq; belli fortunã ancipitem eẽ:dei nutu nõ
hoĩm uirtute uictoriam dari. Si oppugnare illos pergat:cum ipſi plurimi intra oppidũ
pugnent occiſuros facile aliquot ex proceribus francis quorum mors non ſatis com/
penſari poſſit. Hyemẽ præterea inſtare quæ illis locis horridior ſoleat eſſe atq; aſpior
Ergo opæpreciũ fore ſi diſcedat hoſtis oppido in regis poteſtate relicto. Huic ducis ſen
tentiæ q̃q̃ multi aduerſarent̃:& in primis petrus dillerius præcipua ſtrẽnuitate auratus
eques:aſſerens facile expugnari anglos poſſe ſi continẽter oppugnent̃. Non audiẽdũ
ducem qui ſuo more anglis non inimicaret̃ eoſq; armorum & belli ſocios quondam
habuiſſet. Vicit ducis ſententia. Datuſq; eſt hoſti liber egreſſus. Qui burburgo milita
ri ornatu exiens:regi gratias ob receptam libertatem egit. Dum hec agunt̃ franciſcus
acremenus gandauus aldenardum noctu ſcalis ĩ muros oppidi erectis capit & exturba/
tis inde oppidanis gandenſes loco imponit. Oppido burburgo recepto:un⁹ ex fran
cis ſacrorum cõtemptor templi foribus effractis:dum diui iohannis argenteum ſimu
lachrum rapere contendit:ſimulachrũ auerſa facie dorſum illi uerſat:nec mora ſacri/
legus fit mentis inops:atq; in ſemet inſaniẽs:in proprios artus deſæuit. Cæteri milites
hoc euentu exterriti templo abſtinuerũt. His rebus burburgi confectis:poſtq̃ rex pa/
riſium remeaſſet:auditis plurimorum querelis qui in britonum ducem ob dimiſſos
anglos obloquebant̃:rem diſſimulat. Quem perpaucis poſt diebus ſecutus brito: quã
dam a bello uacationem ab anglis conceſſam regi renũtiat: atq; ita nihil cunctatus in
britanniam ſe proripit. Spe autem pacis cum anglis accepta:Carolus biturigum du
cem caliſium legat. Quo lencaſtriæ dux anglus conuẽturus erat. Multorum dierũ hĩc
atq; inde habita coitio nihil præter interituras inducias importauit. Per id tempus
flandrenſis comes ludouicus moritur:cuius ſepulchrum uiſitur in templo diui petri in
ſulani. Et in aquitania hominũ perditorum qui nouis rebus animũ intendebant nõ
parua manus ſancerrum mareſcallum propter inducias quietũ & nihil ab hoſte timen
tem inuadit. Sed ſua cautione (ut prouidus erat) protectus graſſatoribus reſtitit. Nec
propterea deſtiterunt prædatores: arces utcunq; poterãt furto atq; inſidiis occupare:
admonentibus anglis quorum in francos nulla erat ſincera uel fœderis uel induciarũ
A ruſticis ui/ fides. Eadem quoq; tempeſtate aruerni adiunctis ſibi lemouicenſibus atq; pictauis
olentia grauiſſimam ſeditionem excitarunt. ducem ſibi quẽdam petrum bruerium inſtituen/
tes atq; ita per nequiſſimam licentiam graſſantes:nobilem quẽq;: clerum item & ali/
cuius penſi hominem ſibi obuium ſine miſeratione obtruncabant. Nam depræhenſi
forte per uiam ſcoti equitis capiti ignitum caſſidem imponunt. Sacerdoti amputatis
digitis:capitis uerticem deglubunt:deinde cremant: Religioſum hoſpitalis ordinis p
alas proceræ arbori appenſum ſagittis teliſq; confoſſum necant. Nec modus illis erat
ullus ſæuiendi. Pluris inter illos habebatur qui ditiora flagitia committeret. Huius tã
deteſtandæ inhumanitatis nuntio accepto: biturigum dux qui auinionem ſalutandi
pontificis cauſa petebat delecto nobilium exercitu in ſeditioſos mouet:quos non diſ/
cili prælio multis occiſis:multiſq; laqueo ſtrangulatis ſuperauit. Inter hec ludouicus
andegauus qui appuliæ regnum uẽdicabat:rerum omniũ egenus petrum craonum ad
De neapoli uxorem in franciam mittit:pecuniam quam illi diſcedens crediderat accepturus & ad



eum mox perlaturus. Sed perfidus in dominũ craonus pecunia accepta ſegniter agẽs
laſciuiæ ſuæ prius q̃ domino obſecutus eſt. Nam dum per uenetos iter facit:ludouicus
expeditionis ſuæ in italiam ſero pœnitens:animo æger:& fortunarum omniũ inops:
moritur. Hunc exitum habuit temerariæ & longinquæ militiæ belli incautus ductor:
quo defuncto quiſq; qui eum ſecutus fuerat miles bacillo contentus uili ſordidoq; ha
bitu domum uix reuiſit. Sub id tempus biturigum dux & lencaſtriæ princeps caliſiũ
conueniũt. Cauſa conuẽtionis ſpes pacis fuit:quæ irrita habita eſt: q̃q̃ plurimas opti/
mæ pacis leges biturix anglo proponeret. Manifeſtata anglorũ aduerſus francos ini/
micitia quandoquidem carolo conducebat amicitias comparare niuernenſis comes
hannoniæ comitis filiam uxorem duxit:iureiurando pollicente patre partium Caroli
fore. Cameraci nuptiæ factæ ſunt. Vbi carolus equeſtre certamen quod haſtiludium
franci dicunt: exercitationis gratia cum collardo deſpineo non ſine laude habuit.
Nondum per eos dies nauarri regis inuidens francis animus quieuerat:biturigum
burgundumq; ducem ueneno tollere cogitans. Itaq; confectum letiferum puluerem Nauarri neq
iohanni cuidam anglo dat:quam pecunia a nauarro accepta ducibus cõferat. Anglus tia
receptum facinus dum exequi parat popinam ducum crebro ingreſſus a cocis depræ/
henditur:quem ſcelus confeſſum lictor capite plectit. Inter hec complures ex fran Van⁹ belli in
ca nobilitate quibus dolebat anglos tam frequentibus bellis franciam impetere: de angliã appa/
expeditione in angliam ducenda aſſidue colloquebant̃. Qua re a carolo animaduer/ ratus.
ſa cum florenti ætate animoq; excelſo eſſet:de ipſa expeditione conſilium capit. Inue
nit facile factu eſſe angliam uinci. Dacos olim & præterea ſaxones illam occupaſſe:
ea conditione gentem eſſe quæ intra ſuos fines bellum diu ferre non poſſit. Vno aut
ad ſummũ ſecundo prælio uel uinci uel uincere ſolitam:nec unius hominis principa/
tum longo tempore perpeti: ſuos reges aut necandi aut pellendi conſuetudinem fe/
ciſſe. His rationibus perſuaſus carolus bellum anglis indicit. Nauibus undiq; contra/
ctis ingentem claſſem armat. Tam grandibus cœptis cum pecunia quæritur:tributum
rex inauditum uixq; ferendum exegit. Quam ob rem permulti francia relicta nouas
ſedes quæſiuere. Claſſe uiris armis commeatuq; affatim inſtructa:maximus ille naua/
lis apparatus:non ſecus ac in arente ſtipula crepitans atq; æſtuans ignis euanuit. Nec
dubia fama erat. prĩcipum culpa id accidiſſe:qui exactam ad expeditionem pecuniam
inter ſe corripuerant. Improba ſiquidem auri cupido publica utilitate neglecta ſui tm̃
curam habet. Vnus tantum iohannes uiennenſis amiraldus nauibus ſexaginta inſtru/ Iohãnes uiẽ/
ctis:ſcotos petere auſus eſt:ut inde bellum anglis inferret. Viſus eſt rex ſcotus iohan/ nenſis in an/
nis aduentum moleſte tuliſſe: & quoad per eum fieri potuit tranſitus in angliam tar/ gliam ducit
datus eſt. Interim tamen dum delectum militum facit:frãcos commeatu iuuat. Nam
inter anglum ſcotumq; graues tum belli cauſæ erant. Paratis copiis ſcotus iohãni tria
armatorum millia ex ſuis attribuit. Ingreſſi eum ſcotorum manu angliam franci:om/
nia hoſtiliter incurſant & depopulantur nullo illis occurrente anglo. Atq; ita ad droar
tum arcem peruenientes:eam oppugnare cum amiraldus decreuiſſet:ſcoti id ne face/
ret dehortabantur:perſuaſum ſibi habentes illam inexpugnabilem eſſe. At iohannes
loci naturam atq; munitiones diligenter contemplatus: unam partem animaduertit
qua arx expugnari poſſet. Igitur dato oppugnandi ſigno:franci (ſpectantibus quaſi p
ocium ſcotis) in arcem irrumpunt. Ceperunt præterea alias munitiones: donec rex
anglus arma in illos deſumpſit:tanto quidem numero ut iohannes paucitate militum
inferior:cum intelligeret ſcotos remiſſo animo eſſe: in ſcotiam copias reduxit. Vbi
fœminæ cuiuſdam regiæ nobilitatis amoribus captus:ammonitus tandem ab ea ſco/
tia diſcedere:q̄ ſuſpectum eum rex haberet. Conſcenſa clam naui in franciam ſe con/
tulit. Perrarum eſt francos aliena in gẽte gloriam comparaſſe: quam arrogantia uel
libido non obſcurauerit. Ex claſſe quæ ad expeditionem aduerſus anglos fruſtra com
parata erat:quota pars inſcluſæ portu ſtationem habebat. Quam incendere per fran/
ciſcum attremen humilis conditionis hominem gandenſes inſtituerunt. Quod ubi a
ſcluſæ præfecto certis indiciis animaduerſum eſt dum autores perquirit:damũ aufuge

runt. Duodecim tamen depræhenſi capite puniti ſunt. Vbi erat aliquot anglorum præſidium. Fugientes carolus perſecutus damum circũcingit: præter eam partem quã palus eſt. Circumſidenti franco oppidani conuitia dicunt quaſi ad eos ſuperandos imbelles eſſent. Sed poſtq̃ ſe oppugnari circũſpiciunt: mox de deditione conſultant. Atq; interim angli aliquot per paludem ſalutem petere uiſi ſunt. Eapropter ad paludis exitum miles poſitus: qui hoſtem tranſitu prohiberet. Mox ad muros machinis admotis: & muri parte deiecta: franci locum expugnant. In ea opes permultæ precioſæq; inuentæ. Franciſcus uero qui urendarum nauium negocium in ſe receperat gandauum ſe recepit. At rex ad nauium præſidium turrim munitiſſimam apud ſcluſam extruxit. Tum enim a regibus francis ſcluſa tenebatur. Sed eam philippo burgundionum duci cum carolus poſtea dediſſet: illam flamingi comites ab illo tempore hactenus poſſederunt: non ſine francorum damno. Nam cum edito mediocriter iugo arx munitiſſima ſit in mare longiſſimum ꝓſpectum habens: pelagi illius & terræ flandriæ imperium quaſi ſibi arrogaſſe facile credi poteſt. Scio froſſardum ſcripſiſſe ſcluſam priuſq̃ arce muniretur fuiſſe guillermi de namurco qui philippi burgundi cognatus erat. eamq; a guillermo comparaſſe: data illi bethunia cum agro adiacenti. Moxq; in colle qui ſcluſæ eminet arcem exædificaſſe. Eſt pene inſula zelandia quam renus in mare influens efficit. A cuius incolis angli gandenſeſq; plærunq; iuuabantur. Eos rex adoriri iubet. Capti occiſiq; ex illis multi fuere. Captiuis aliquot cum mortem carolus remitteret mori maluerunt. Quorum unus qui tametſi ſanguinis gradu alios contingeret: eos tamen ſupplicio afficere ſi ſaluus euaderet ſe obtulit. Itaq; immanis carnifex concaptiuos conſanguineoſq; necauit. Deteſtatus autem rex hominis impietatem pari eum pœna plecti iubet. Per id tempus ſedente apud auinionem innocentio ſeptimo: qui raram niſi ex franciæ regno obedientiam erat conſecutus: & cardinales triginta ordinauerat: quibus grandis ſumptus opus eſſet: diui nichaſii remenſis abbate in frãciam miſſo dimidiatam omnium eccleſiarum partem exigere conabatur. Cui cœpto ſcholaſtici achademiæ pariſienſis reſtiterunt: miſſis ad carolum oratoribus qui pontificis edictum haud æquum eſſe perſuaderent. Audita ſcholaſticorum querela: rex exportari regno pecuniam uetat: & eccleſiarum prouentus in tris partes diſtribui iubet. Vnam in eccleſiarum inſtaurationem: alteram diſſoluendis earum obligationibus & debitis. Tertiam quottidianis miniſtrorum uſibus aſſignauit. Simulq; de his rebus arnoldum corbium ad pontificem legat. Pontifex autem edicti pœnitens ab exactione deſtitit. Poſtq̃ ex flandria carolus pariſium remeaſſet brugenſes & qui ypras incolunt interceſſore iohanne dello aurato equite autores fuere pacis: quæ a carolo gandenſibus tornaci data eſt: philippo burgundorum duce qui in comitatu flandriæ ſucceſſerat aſſiſtente. Per id tempus rex yſabellam bauari ducis filiam ambianis uxorẽ accepit. Venerat paucis ſupra diebus ex armenia in franciam turcos deuitans leo armeniæ rex qui ſollicitiſſime curabat francorum anglorumq; controuerſiam componere: ut duorum potentiſſimorum regum conciliatione parta: ipſi in turcos expeditionem ducere non recuſarent. Eam ob rem caroli aſſenſu in angliam profectus ita egit: ut de mittendis ex huiuſmodi cauſa oratoribus conueniret. Itaq; caliſium angli: boloniam franci ſe contulerunt. In ea legatione diebus quinquaginta fruſtra conſumptis: cum anglus præter honeſtæ pacis leges nulla non ſibi arrogaret: diſceſſum eſt. Contrahit ob eam rem Carolus numeroſam claſſem: ſeq; ad anglicanam expeditionem inſtruit: pecunia a clero mutuo accepta: a populo uero ſine modo exacta.

Erat carolo ſoror catherina quam biturigum ducis filio deſpondet: cognationis legem pontifice laxante. Paratis apud ſcluſam ad expeditionem nõgentis nauibus: cunctanti attrebati carolo: præfecti claſſis ſignificant tempus nauigationi accommodum eſſe. Qui ducis biturigum moram cauſatus: tandem ducem qui pariſii delitiis operam dabat: accerſiri iubet. At ille carolum litteris admonet: uitam in tuto & ſine triſti

Sclusa arx francoꝶ fuit

Zelandia

Nota

Pontificis romani exactio

Armeniæ rex

Andegauẽſ ducis ignauia



ſollicitudine agere: nec in angliam traiicere feſtinet. Venit tamẽ ad Carolum dux nõ ſecus ac ludens: ne in ſe militum odium conuerteret. At cum ſcluſam ueniſſet: ſimulat quidem traiicere in angliam. Sed pigre iocularíterq; omnia agens: ortis tandem grauibus procellis expeditionem diſſuaſit. Dimiſſa claſſe: cum omni belli inſtrumento: ea omnia in anglorum poteſtatem uenere. Credidit patrueli nepos: & quam incredibili impenſa claſſem militemq; contraxerat repente dimittit: nulla publicæ utilitatis ratione habita. Plæriq; enim rerum adminiſtrationem pro ludo principes habent. & quanti ſuæ libidines conſtent non conſiderant: quod euenire iis ſolet: quibus populi marſupia ærarium ſunt. Fuit nimirum huius claſſis non facile ſupputanda impenſa. Quippe ingentem commeatum cum ſupra modum haberet: naues quoq; ipſæ uariis picturis decoratæ erant. Et auro mali ornabantur: ita ut certarent proceres: quis ditiore naui ueheretur. Milites uero & numero nauium & tanto apparatu exultantes atq; iactabundi: angliam iamiam uictam deſolatamq; eſſe inter ſeſe gloriabantur. Eiſdẽ diebus regina filium enixa eſt. Cui patris nomen inditum: quem immatura mors abſtulit. Fato quoq; ſuo functus eſt nauarrus rex Carolus euentu admiratione digno. Cũ longe ſenex eſſet: & calore defectus: lintheo illum inſuendum & aqua quæ uiua dicitur perfundendum quidam ſuaſerunt. Eã enim aquã efficacem calefaciendi uim habere conſtans opinio eſt. Hoc ſuendi miniſterium dum ſutor noctu exequitur: filum (eius abrupendi cauſa) ad lucernam admouens: exceptam filo flammã: ad lintheum priuſq̃ aĩaduerteret ſutor raptim delabi uidet. Nec mora lintheũ omne ſubito exurit: miſerabiliter uociferante nauarro. Qui die tertio poſt continuo dolore maceratus extinctus eſt: plæriſq; conſtanter affirmãtibus: diuinam eſſe iram quæ perfidũ regem digna ſuis ſceleribus pœna cruciaſſet. Fuit eodem tẽpore nauale aduerſus anglos bellum: qui duce hugone diſpenſario nauibus amiſſis: a francis ſupati ſunt: hugone capto.

Per eam tempeſtatem duo ex familía petri alenconii ducis proceres iaquetus griſus: & iohannes carongius ſingulari certamine pariſii dimicarunt. Dimicandi hæc cauſa fuit. Erat iohannes eques multa cognoſcendi auidus: ob id incidit illi animus aliquorſum peregrinãdi. Relicta igitur argentolii in perſico uxore: ut conſtituerat abiit. Iaquetus autem griſus uel ꝙ mulierem quæ formoſa erat amabat: uel ꝙ iohanni nocuiſſe aliquando gauderet: diluculo ſurgens argentolium mira feſtinatione cõtendit. ubi liberaliter exceptus: dicit uidendæ arcis cauſa aduenisse quam longe ſpecioſam eſſe acceperat. Iohannis uxor amicum uiro ſuo hominem reſerato oſtio in arcem ſola intromittit. At griſus ſolitudine loci audacior factus: renitentem fœminam ſtuprauit. ſtatimq; libidine expleta abeũti griſo: tu inquit uxor fœdiſſime adultẽr ſtupri pœnas aliquando lues. Flagitium autem in aduentum mariti cælauit mulier. Cui tandem reuerſo iaqueti uiolentiam mœrẽs detexit. Qua re turbatus iohannes: aſſumptis ſecũ aliquot ex ſuis & uxoris amicis ad ducem alenconium rem omnem defert. petitq; aut adulterum corripi: aut in certamen deſcendere pugnæ ſortem experturus. Id ubi dux non admittit ad regium parlamẽtum querelam rettulit. Diem certamini ſenatus edicit. Carolus rex ex edito ſolio duellum ſpectauit. Venerat quoq; iohannis uxor curru uecta. Ad quam uir accedens: Tu inquit mulier unica teſtis ades illati in te ſtupri: cuius gratia duellum hoc ipſe aſſumo. Dic palam: ſi iuſte depugnare adulterum aggredior. Mi uir ait uxor: meæ in te fidei ſecurus accede: nihil tibi mentita ſum. Ad hæc uerba oſculo uxori dato carongius in duellum procedit. Qui equeſtri cõgreſſu mox in fœmore vulneratus: nec propterea ſegnior factus: in pedes deſiliens adulterum humo proſternit: atq; occidit. Quem carnifex ad patibulum tractum ſublime illaqueat. Carongium autem mille francis: & annuo ducentorum francorum ſtipendio carolus donat. Hac ſorte interiit fœdus adulter. At britonum dux iohannes de montefortí accepto Cliſſonum coneſtabilem contrahendi nauigii cauſa in britanniam aduenire eum ad prãdium inuitatũ remotis epulis in uincula coniici mãdat: neq; exemit donec

Nauarri regis mors.

ea q̃ in britãnia cliſſonus loca habebat: eius ptãti pmiſerit: ſolutis inſup centũ francorꝫ
milibus. Oderat eñ cliſſonũ dux ob id maxime ꝙ iohannẽ britãnicũ caroli bleſeñ fi/
liũ ex anglia ubi annos qnq; & triginta patris loco obſes extiterat liberauit: eiq; filiã de
ſponſarat. Cuius gratia timebat dux iohannẽ britãniæ ducatum quẽ ei⁹ pater amiſerat
aliquando armis uendicaturum. Inde liberati cliſſoni vultũ dux intuitus: hæc inquit
cliſſoni dimiſſio mihi patriæq; olim dãni non nihil importabit. Poſtq̃ ducis in cliſſo/
num dolos pſidiãq; carolus accepit: ad eũ mittit q illũ in iudiciũ aureliam uocent. Die
cõſtituto nõ adueniente duce: cliſſonus ad regis genua procũbens: cõtumaciã inquit
iniquiſſimi ducis rex iuſtiſſime non ignoras. Tuũ eſt mihi iniuriã paſſo iuſticiã accom
modes. Ecce ducẽ ad ſingulare certamen appello. & hæc dicens pignus duelli exhibet.
Vbi hæc a cliſſono dicta geſtaq; dux cognouit: ueritus ne inſtigante cliſſono Carolus
bellũ aduerſus eũ ſuſciperet: p nuncios carolũ orat: ne ſibi ſuccenſeat: ꝙ aureliã uocat⁹
nõ affuerit. Fuiſſe arduis tũ negociis occupatũ. Iam uero ociũ eſſe: ſi p regis uoluntatẽ
liceat: bleſas aduentare. Ibiq; corã regiis legatis purgatũ ſe facere de iis q̃ regi ab aduer
ſario delata eſſent. Continuit diu carolus reſponſum. Deniq; placuit patrueles ſuos bi
turigũ & burgundiæ duces bleſas mittere. Poſtq̃ conuenere: britonẽ arguunt eorũ q̃
in cliſſonũ cõmiſiſſet. Nullã illi gratiã dari poſſe: niſi ad regẽ concederet. Non dubita
uit brito ducũ pſentia atq; auctoritate fretus regẽ adire. Corã poſitũ cliſſonus magno/
pere accuſat: ꝙ ſe regio magiſtratu illuſtrẽ: & reipublicæ cauſa in britãnia ex regis iuſſu
agentẽ: p ſimulatã beniuolentiã ad epulas inuitatũ compræhenderit: tãdiu in dura cu/
ſtodia habitũ donec arces & q̃ ſua erant eius poteſtati dimiſiſſet. q anglo hoſti amicus
& fautor habebatur. iuſtũ eſſe: aut illũ duelli pignus recipere: aut pœnas ſubire debitas
proditori. Ad hunc modũ excandentẽ ira cliſſonũ duces ad modeſtiã reduxerunt. Nã
in cõi regis conſilio cauſam agi & prudentũ ſententia eam diffiniri cliſſonus acquieuit
Acta cauſa eſt ab utraq; parte magno certamine. Demũ dicente ius cancellario dux ar/
ces rupis arianæ: & ioſſelini cum tota ablata inde ſupellectili cliſſono reſtituere dãna/
tus eſt centũ miliũ francorũ pœna adiecta. Per hanc tempeſtatẽ iohannes monteſo
nus ordinis diui dñici: theologus magni noĩs doctor: ad populũ de diuæ mariæ uirgi/
nis puritate contionatus: eam originali cõtaminatione: reliquæ humanæ ꝓpaginis in/
ſtar fuiſſe infectã diſſeruit. Quẽ alter eiuſdẽ ordinis theologus imitatus: cũ rothoma/
gi de re ipa ſermonẽ haberet. Ego inquit niſi palã oſtendero chriſti matrẽ paternæ ori
ginis labẽ dũ conciperet: contraxiſſe: huetus appellari non recuſo. Eſt eñi id apud frã
cos nomen ridiculũ. Eam ob rẽ diu in conſuetudine fuit: ut eius ordinis fratres hueti
a pueris paſſim uocarent. Diſcuſſa in pſentia pontificis innocentii. vii. ueritate: ꝓcuran
te maxime pariſieñ. ſchola: monteſonus pariſiũ redire: & q̃ de uirgine temere prædica
uerat retractare cõpellitur. Erat in lemouicibus anglus nigrũ caput appellatus: q ex
arce chaluceto incurſiones crebro faciens aruernos uexabat. Hic quadringentis dele/
ctis militibus contractis monferrandũ noctu ducit: ſciens oppidum nullo præſidio te
neri. Ibi per obſcurum noctis poſitis q̃ proxime muros inſidiis: aliquot equites ſimu/
lare ſe mercatores docet. & cũ oneratis iumentis ſub initio lucis monferrandũ profici
ſci. Itaq; milites ut iuſſi erant ad pontẽ q ante portã eſt progreſſi: patefieri ſibi aditum
orant. Ianitores nihil de inſidiis conſcii: ponte demiſſo pſeudo mercatores in ſuã per/
niciem admittunt. Nã porta occupata: milites diſtrictis mox gladiis eos necauerunt.
Nec mora q in inſidiis erant oppidũ inuadunt oĩa in mortẽ atq; in prædã conuertẽtes
Ea re ad ſancerrũ mareſcallũ q tum in aruernia agebat plata: dũ illũ copias monferran
dũ mouere hoſtis accepit. Curribus præda raptim impoſita & captiuis abductis: chalu
cetũ ꝓpere remeauit. Venerat in curiã eo tpe anachorita qdam portans in dextera
rubrã crucẽ: uir auſteræ & religioſæ cõuerſatõis. Hic regẽ affari cũ peteret: ab aulicis ſæ
penumero prohibitus eſt: uerentibus ne uel dolo regẽ circũueniret: uel reuera ſpecie
aliqua ſanctitatis regium aĩm alιorſum traduceret. Perſeueranter tamen agens ad re/
gem introducitur. Cui ſe deſup admonitũ eſſe dicit: ut illum de uectigalibus tributiſq;
annuis tollendis conueniret. Ni faciat: dei iram in proximo eſſe: q renitẽtem puniret.

De btẽ ma/
riæ cõceptio
ne cõtra præ
dicatores.

Nota milita
rẽ aſtutiam.

Admonitio
de uectigali/
bus tollẽdis.



Sed neq; liberos ullos habiturum. Tunc enim temporis regina cum filiam genuiſſet:
ea uita deceſſerat. His anachoritæ cõminantionibus rex paululũ perterritus: uectiga/
lia demere cogitauit. Sed utroq; patruele biturige dico atq; burgundo dehortantibus
cogitatis abſtinuit. Scribunt hyſtorici gheldriæ ducẽ nullis interuenientibus cau/
ſis ad bellum prouocaſſe. Idcirco carolum in ducem mouiſſe: quem agripinẽſis archi/
præſul: & iuliaci dux a temeritate reſipiſcentem regi conciliauerunt. Remis deinde
conuentu habito: quandoquidẽ rex adoleuiſſet haberetq; ætatis & prudentiæ ſatis: ut
regnũ ſine alterius tutela adminiſtraret: uiſum eſt conſilii aſſeſſoribus ex reipublicæ cõ
modo fore: ſi uno principe regnũ gubernaretur. Igitur ad carolum oĩa relata ſunt & pa
truelibus regimẽ interdictũ. Egit tñ illis gratias carolus: ꝙ eius negocia bene geſſiſſẽt
precatuſq; eos eſt fidi in eũ poſtea pmanerẽt. Illi magnis a nepote rege donati muneri
bus: carolo ualedicentes: alter in linguã occitanã cuius adminiſtrationẽ gerebat: alter in
burgundiã profectus eſt. Rex uero pariſios petens ueteres regni inſtitutiones recen
ſere iubet. Recenſitas præcipit obſeruare. Inter eas inſtitutiones (carolo ex flandria
ut ſupradictũ eſt reuertente) mercatorũ præpoſito ſcabiniſq; pariſianis: ciuitatis admi/
niſtratione fuerat interdictũ: & prætori utraq; gubernacula aſſignata. Quẽ magiſtratũ
cum iohannes foleuillus homo ſine controuerſia eruditus & iuſtus geſſiſſet: nõ inſcius
quãtæ ſollicitudinis erat utriq; officio inſeruire: regẽ adit curas enarrans q̃ bino magi/
ſtratui incũberent. Alteri uix ſe ſatis eſſe poſſe. Orare ut uno ſe abdicare poſſit. Depu/
tatur in eius locũ iohannes iuuenellus inter parlamenteos aduocatos boni noĩs & pro
bitatis uir. Quẽ non præpoſitũ ſed cuſtodẽ præfecturæ mercatorũ rex appellare inſti/
tuit. Quo noĩe pariſian⁹ præſes etiã nũc appellatur. Hic iuuenellus patre iuuenello de
urſinis natus: ex urſinorũ nobili in latio familia genus duxit. Quẽ neapolinus metten
ſiũ epſ eius frater in galliã: ꝙ ſtrennuus & belli ſciens eques eſſet: illexerat. Qui aduer
ſus anglos præclara militiæ opera geſſit. Deinde quieſcente paulo a bellis frãcia: arma
in turcos tulit. Ibiq; glorioſa morte interiit. Iohannes autẽ iuuenellus cuſtodia præpo
ſituræ accepta: cũ pariſiorũ libertates & priuilegia imminuta cõperiſſet: rothomagen/
ſes imprimis in iudiciũ adduxit. Atq; ita redintegrata priore libertate: flumina quoq;
ſublatis impedimentis nauigabilia fecit. Extruxerant eñ plæriq; in materna amne mo
lendina q̃ alueũ anguſtiorẽ ad naues deducendas efficiebant. Hos iuuenellus deiecit:
cõpenſatione poſſeſſoribus facta. Dum hæc geruntur clemens pontifex carolũ per
litteras orat ad ſe auinionẽ uenire: ut de neapolitanis rebus una conſulerent. Cui ſe id
curaturũ carolus reſpondit. Huius ad pontificẽ ꝓfectionis cauſa. Rex tributa exactio/
neſq; auxit: clerũ ſine modo premens. Nã cũ plus iuſto liberaliſſimus ipe ꝓfuſiſſimuſq;
donator natura eſſet: nulla illi ꝓfundendæ pecuniæ ratio inerat: ita ut q ratiociniorum
magiſtratus gerebant: uenientibus ad ſe fiſci & publicæ pecuniæ q̃ſtoribus: dũ indiſcre
tas largitiones libris annotatas ꝓdunt: hæc margini uerba addebant. Nimis accepit: re
cuperetur. Et ſpes qdem populo fuit leuandæ ĩmoderatæ exactionis p reginæ aduẽ
tum: q̃ tum coronanda pariſii erat. Sed ab ambitioſiſſimis & præter menſurã largitori
bus: tributi remiſſionẽ fruſtra expectes. Non eñ tantũ non diminutũ uectigal eſt: ſed
ſali maius adiectũ. Et patris monetã nullo illi inſtituto precio carolus ſuſtulit: & nouã
magno populi diſpendio cudit. Deinde auinionem profectus clementem reuerenter
adiit. Apud quem aliquot dies communicato conſilio: cum Ludouicum regni ſiciliæ
dyademate pontifex decoraſſet: Carolus in linguam occitanam uenit. Cui per tholo/
ſates iter facienti fuxi comes apud meſieram quæ prima eſt fuxenſium ciuitas: fidelita
tis ſacramenta præſtitit: & quia ſine liberis erat: hæredẽ comes carolum inſcripſit. Fue
rat autem comiti filius quem ex nauarri regis ſorore ſuſceperat. Hic poſtq̃ adoleuit:
patri detrahere cœpit: propterea ꝙ parce atq; illiberaliter eũ ut ipſe cauſabat̃ haberet.
Accedebat ad ĩdignationẽ ꝙ eius mater comitis ſæuitiã intuens e nauarria quo ſe cõ/
tulerat ad uicũ redire formidabat. Quare ad auũculũ in nauarrũ pfugiẽs: cõſultore na
uarro: patri uenenũ parat. nõ qdẽ ut auũcul⁹ dicebat letiferũ: ſed qđ pr̃is cibo admixtũ
diſſidẽtẽ mariti aĩm uxori recõciliaret: atq; ita domũ reuerſus: dũ pter morẽ popinam

Nota de præ
tura pariſieñ

Cõtra ſupflu
as largitiões
regum.

Filii ĩ patrem
dolus.

ingreditur:uenenatos pulueres cibis inſparſurus:uaſculū ubi uirus condiderat illi exci/
dit.Quod receptū unꝰ ex comitis miſtris medicinæ ꝓfeſſoribꝰ exhibet:q mox id mor
tiferū eſſe iudicantes:filiū patri deferunt. Depræhenſus filius crimen uenenū & uene/
ni auctores non celat.Quē capite dānatū ꝑ tortorē necare pr̄ iubet. Ex hmōi cauſa or/
bus liberis comes in regem quæq̃ poſſidebat teſtamenti lege tranſtulit. Reuerſo in
franciā rege cū de biturige duce frequentes nuncii ad eū uenirent auariciæ illū accuſan
tes:eximere ducē a linguæ occitanæ gubernaculo nō tardat:miſſo tholoſam petro ca/
Genuēſes ad prenſo nobili equite:q magiſtratu amotū ducē populo ſignificet. Suaſus præterea
uerſus mau/ a genuenſibus carolus ſuppetias aduerſus mauros illis dare pollicet̃.Eam expeditōem
ros opem pe borbonii dux libens excepit Qui præter pedites contractis mille qngentis equitibꝰ tā/
tunt. to diligentius ꝓfectus eſt:q̃to ad ciuilē quandā diſcordiā francos pricipes inclinare co
gnoſcebat.Sub duce militauerūt haricuriæ comes:admiraldus uiennenſis: cōciacus:
& alii cōplures magni generis hoīes.Quibus ſe ex anglia ueniens comes darbius con/
iunxit. Incidit ꝑ idem tp̄s iohāni caſtellæ regi bellū aduerſus portugalliæ regem:&
ducē lencaſtriæ.Quāobrem borbonius a carolo in caſtellā cū exercitu mittit̃ q iohan
ni ſuppetias ferat.Qui borbonius auiniōnē primū ut pontifici gratularet̃ deinde ꝑ nar
bonenſem ꝓuinciā:barchinorā ꝓfectus eſt.ubi yolanta barrenſis aragonū regina cum
ſuo uiro rege agebat.Itaq̃ tā longis itineribus in caſtellā uenit:ut poſt bellū adueneri t
Francis em̄ fere mos eſt citū auxiliū promptūq̃ polliceri:facto tardos eſſe. Borboniū
Florentini. tamen iohannes letiſſime honorificeq̃ excepit. Florentinis ꝑ id tp̄s opem aduerſus
mediolanenſiū ducem petentibus:ſeq̃ caroli poteſtati dedentibus reſponſum eſt. In/
ter regē ducēq̃ amicitiā eſſe quā(nō intercedente iuſta cauſa)diſſoluere indecorū ex/
titiſſet.At ſi mediolanenſis iniurias illis facere pergat:ſubſidiū ſe miſſurū carolus dixit
Expectatione ſua fruſtrati florētini:ad armygniacū comitē ſe cōtulerūt:eadē q̃ a caro
lo poſtulantes.Armygniacus tametſi poſtulata primū recuſaret:ſibi tamen uiſum eſt:
utile reipublicæ fore:ſi militū ꝑ franciā palantiū multitudinē in lōginquā militiā duce
ret.Collecta igitur ualida manu florentinis auxiliari cōſtituit.Superatis alpibus: alexā
driam mediolanenſis ditionis ciuitatē obſidet. Vbi audito comitis aduentu dux præſi
diū poſuerat.Et in inſidiis alterā armatorū turmā non procul ab alexandria eſſe ipera
uit.Circūſedēte urbē comite:inſidiatores quoſdā ex ſuis leuis armaturæ laceſſitū obſi
dētes alexādrini mittūt.In quos emiſſi armygniaci milites aliquot:dū longius eos ꝑ/
ſequunt̃ hoſtis ex inſidiis prodit.Quod ubi aīaduertit comes:laborantibus ſuis dū ſuc
currit: alexādrini eruptiōe facta comitē inter ſe atq̃ inſidiantes circūuentū intercipiūt
Multis occiſis ip̄e octo uulneribus acceptis nō multo poſt:clamans in manus tuas dn̄e
cōmendo ſpiritū meū aīam efflauit.Scribit froſſardus comitē ſudore inter præliādū
æſtuantē in aluetū proximū ſeceſſiſſe:ubi dū ex riuo fluētis aquæ largius bibit uoce ꝑde
feciſſe:atq̃ ita ab hoſte fuiſſe captū. De leproſis ꝑ eoſdē dies puteos iterū ueneno
contaminare conſpirantibus ſuppliciū ſumptū eſt. Et cū uectigaliū aut tributoꝝ nul
lus eſſet modus:oīa ꝑ franciā in rixa & contētione gerebantur.Et quod inexplebiliter
tollebat̃:non ī cōem uſum:ſed ī priuatorū quorūdam auidiſſimā auariciam ueniebat.
Quāobrem nulli non aīo coniectabant q̃ ſupuenerūt incōmoda.Augebant p̄terea ti/
morē iauditæ ꝑ illos dies cæli tēpeſtates:& magna uētoꝝ ui agitati ī mari fluctus:q in
littora piſces euomebant.Auulſæ quoq̃ magnæ craſſitudinis arbores:& per aera loco
tranſlatæ mentes humanas territabant. Inter hæc cum aurelianenſis ducatus ad caro
lum mortuo philippo perueniſſet:eum ludouico fratri ſuo aſſignauit q̃q̃ ciuibus iureiu
rando ſe adegiſſet:ducatum ſibi ſeruaturum:& regno perpetua poſſeſſione coniunctu
rum. Obeunte eodem tempore mortem dum manus abluit gaſtone fuxi comite: q̃
uis hæredē ſibi carolum teſtamento inſtituiſſet:ad quēdam tamen comitis nothū ex/
celſi animi uirum hæreditas cū tota ſupellectili rege aſſentiente uenit.Qui fide carolo
præſtita:comes appellatus eſt.Paulo ſupra hos dies uantadoꝝ in lemouicibus admo/
dū munitiſſimum caſtrum a biturigū duce recipitur.Id em̄ cū gaufridus teſtanorus lō
go tp̄e occupaſſet duobus ſuis nepotibus alano & petro moriens reliq̄t.Qui frequēter



a guillermo bontilierio & iohanne bolonanſo uexati ſimulant ſe caſtrum relicturos ſi
millia francorū decem eis ſoluerentur.Quod poſtq̃ dux guillermo referente cogno/
uit:nummos protenus adnumerat guillermus adhortatꝰ a fraude caueat.Accepta pe/
cunia alano guillermus ſignificat ſe cū pecunia aduenire.Eſt in caſtro turris fortiſſima
in qua alanus triginta ex ſuis armatos locauerat ut uenientes francos ſimul cum pecu/
nia interciperet.At guillermus doli prouidus partem bonā ſuoꝝ in inſidiis non longe
a caſtro ſtatuēs:cū aliquot armatis caſtrum ingreſſus portam aſſeruare iubet:& turrim
quæ clauſa erat ſibi referari petit:alioquin pecuniam non ſe ſoluturū. Id poſtq̃ alanus
diu recuſat:ubi uim ſibi afferri timet claues dat.Patēte in turrem aditu:iis qui intus la/
tebant ſi arma ponant uita ſalua promittitur.Qua conditione accepta inermes omnes
prodeunt captiui effecti.Alanus autem & petrus ad biturigem primum: deinde ad re/
gem perducti capite puniunt̃.Huiuſmodi dolo dolus improbi hoſtis retuſus eſt. Sed
ad britonū ducē iterū narratio noſtra cōuertat̃:q ꝑ oīa ꝑfidus & contumax:parlamen
teo edicto(quod de cliſſoni īiuriis ut ſupra diximus latū erat)parere cōtēnebat. Nec
carolo(q̃q̃ frequēter admonitus)gerebat morē. Vnde incādeſcēs cliſſonus acerrimū
duci bellū infert.Dānis q̃ plurimis britones afficiens.Ne uero tanta odia latius ſe pro
ferrent:Carolus biturigē ducē cū aliquot iurecōſultis ad britonē legat.Qui hoīem in/
ducant ne monetā aureā ut cœperat cudat:quod ei nō licere ſecundū regū cōſtitutōes
ip̄e nō ignoraret.Pareret p̄terea parlamēteo decreto q̃tenus ad cliſſoni cām attinebat
& ea reſtitueret q̃ ui a cliſſono extorſiſſet:bello quoq̃ abſtineret.His ab oratoribꝰ ex/
poſitis:ꝓceres q conſilio aderant:regē iuſta petere arbitrati:ducē orant mādatis obtē/
peret.Ille duratus aīo aurē recta ſuadentibus auertebat:diſcedenſq̃ domū:Et ego inq̄t
iſtos oratores in uincula coniiciā.Erat cū eo petrus nauarrꝰ uxoris ducis frater.Qui du
cis temeritatē intelligens:ſororē illico orat:uiri ferociā cōpeſcat.Dehorteturq̃ legatis
iniuriā facere:q̃ in eius perniciē facile redūdet.Benigna mulier audito fratre ducē adit
liberos ſecū ducens.Quorū cōſpectu & uxoris prudentia māſuetior factus: morē inq̄t
o uxor tibi gerā.Cōuenientibus poſtera die in eccleſia ducibus:brito ſe ad regē nō mul
to poſt ꝓfecturū rn̄dit.Eo reſponſo cōtentus biturix:dimiſſo duce in franciā reuerſus
eſt.Brito aūt magno apparatu paucis interiectis diebus ut ꝓmiſerat ad regē uenit.Mul
tis ꝑ eū ad excuſandū ꝓpalatis:rex decernit:ea oīa expleri a duce oportere:q̃ parlamē
tei iudices diffiniſſent.Id ita ſe facturos brito cliſſonuſq̃ ꝓmittētes:a rege dimiſſi ſunt
Natus eſt ſub his diebus regi filius carolus quē ſeptimū ætas noſtra appellauit. Et
richardus anglus rex pacē ſimulans leucaſtriæ ducē pariſiū ad carolū mittit.Auditꝰ eſt
in cōuentu regio anglꝰ q pecuniā richardo diſſolui:q̃ pro iohannis regis redēptione re
ſtabat:aquitaniā inſup oēm aureliano tenus reſtitui petebat.Hæc ſi abſoluant̃:pacē in
prōptu eſſe q̃ ꝑpetuo firma haberet̃.His ad inſequentē modū reſponſum eſt. Reddat
rex āglus iohānē regē:obſideſq̃:q ſua culpa in āglia mortui perierūt.Cōpēſet inſup dā
na prædaſq̃ a ſuis poſt fœdus initū ꝑ franciā factas.Quo fœdere richardus militē oēm
ſuū ad ſe reuocare ꝓmiſerat.Pro his detrimētis carolū petere trigeſies centū milia nū
mum aureorū.His ſi ſatis richardus faceret:regē ducis poſtulatis reſpōſurū.Lencaſtriæ
dux hæc q̃ accepiſſet ſuo regi relaturū dixit. Inter ludouici aurelianoꝝ ducis aulicos
multū autoritatis habebat petrus craonus clarus & potens eques.Qui fama q̃ de ludo
uico circunferebat̃ adductus(Magiæ ſiquidē & ſortilegiorū ſtudio ducē teneri plæri/
q̃ inſimulabant)rem ſuo principi prodit.Ea re indignatus ludouicus:q craonū id de
ſe indiciū facere arbitraret̃:eū domo emittit.Ratus itaq̃ craonus tā inſignē(ꝓcuran/
te cliſſono)ignominiā accepiſſe(erat em̄ inter illos uetus ſimultas)aptam in cliſſonū
irā uertit.Nā die feſto chriſti euchariſtiæ:reuertentē a rege cliſſonum craoni ſatellites
equo deiiciūt:occidiſſentq̃ niſi in proximā domū(tribus per nates acceptis vulneri/
bus)ſe proripuiſſet.Dilapſi fuga ſatellites appræhendi præter tris non potuerūt. Qui
iudiciū capitis ſubiere.Craono dies dictus cum eſſet neq̃ compareret: exilio damna/
tus eſt:& bona eius publicata.Aedes enim quas non longe a templo diui Iohannis in
grauia hēbat ſpecioſas āplaſq̃ diruere rex iubet:& ī fūdo ſepulturā fieri parochianorū

Ipſe uero ad britonũ ducẽ q cõſcius illi erat ꝑfugit. Quæ res carolo indigniſſima uiſa
eſt. Accedebat ad indignatõem ꝙ cliſſono ſecundũ parlamẽti ſentẽtiã dux non ſatiſfe
ciſſet. His regis aĩm aſperantibus: conſilio cũ ſuis capto: arma carolus parat. patrueleſ/
q; ſuos biturigũ & burgundionũ duces acceſſit: cauſam indicans belli in britonẽ ſuſce/
pti. Illi repentinũ motũ admirati ægre ferunt. ꝙ ipis abſentibus tã difficilẽ expeditio/
nem conſulere quis auſus eſſet. Idq; in cliſſonũ riueriũq; & nouiantũ imprimis refere/
bant: q reuera tũ imperitabant: deducentes regẽ quocũq; libuiſſet. Cliſſonũ ingentes
opes inuiſum ducibus faciebãt. Nam cũ ex uulnere accepto mori ſe iudicaret: teſtamẽ
to cognitũ eſt decẽ & ſeptingenta francorũ milia hæredibus relinq̃re. Mirati ergo du
ces unde hæc ſibi niſi ex præda cliſſonus cõparaſſet. Hanc ob rẽ regii conſultores opti
mis qbuſq; cũ graues & infenſi haberent: Carolũ ad ſanctũ germanũ de laya relicta pa

Scholaſtici pariſienſes

riſio educunt: rati ſiluestri loco liberius q̃ uellent actitare. Scholaſtici nihilominus pa/
riſiaci ſtudii quorũ priuilegiis crebro derogabat: miſſo cũ prudentibus ſuæ cõitatis re
ctore: ad ſanctũ germanũ cũ ꝑueniſſent: cancellariũ orant dari ſibi aditũ ad regẽ: man/
datũ illis eſſe q̃ neceſſario patefaciant regiæ maieſtati. Hæc cũ ſæpenumero fruſtra po
ſtulaſſent: tandẽ cancellarius reſpõdit: Arduis ꝓ republica negociis regẽ diſtineri. Cæ/
terũ de eoꝝ priuilegiis non neceſſe eſſe anxiã gerere ſollicitudinẽ: q̃nquidẽ regi curæ
erat ſtudii libertas & quies. Atq; ita nihil ꝑter ſummã indignationẽ reportantes orato

Carol⁹ ad cenomanos ꝑgit.

res domũ reuerterunt. Non poſthabebat carolus in britones expeditionẽ: idcirco
principio æſtatis cenomanos petere copias iubet. Cuius cognito aduẽtu: ſimulator be
niuolentiæ brito: mox ad eũ oratores legat. mirari ſe dicens: ꝙ armis inſtructus ad ſe
ueniret: nihil rebellionis in eo eſſe: ciuitates caſtra arces gentẽq; britonũ mandatis pa
riturã. Illũ regẽ ſe ſubditũ eſſe. Erat tũ carolo mens nõ admodũ ſana: ita ut male cohæ
rentibus uerbis febricula uexatus interdũ loqueret. Nullo igit dato britonis nunciis
reſponſo: cõfeſtim in liberũ campũ paucis comitãtibus egreſſus: dũ ꝑ ſiluã q̃ cenomã/
niæ proxima eſt ꝓcedit: obuiũ habet pannoſum hoĩem mẽdico ſimilẽ. Qui carolum
intuitus: quo inquit o rex ꝓgrederis? Caue ultra pergas proditus es. Et in poteſtatem
hoſtis: te tradituri ſunt domeſtici tui. Ad hanc uiliſſimi hominis uocem: Carolus co/
gitabundus & triſti ſimilis muſſitare cœpit. Regẽ ſequebant adoleſcẽtes duo ferentes
lanceã alter: alter caſſidẽ. Qui lanceã geſtabat dormitans forte lanceã in caſſidẽ ſubſe/
quentis procidere permiſit. Quo tinnitu ꝑterritus rex furia mox actus non ſecus ac in
hoſtẽ incidiſſet diſtricto gladio obuios quoſq; ꝑcutiens quattuor interemit. Cõfeſtim
igitur cõpræhenſus: ad diuerſoriũ perducitur: ubi mortuo non impar diu decubuit: iu
dicantibus medicis: eũ interiiſſe. Votis tñ & piis cleri plebiſq; ſupplicationibus deo re
ligioſiſſime exhibitis: paululũ reſpirauit: & pariſiũ reuerſus eſt. Atq; ita cũ non ſatis bo
na ualitudine eſſet: patrueles eius duces biturix & burgundus rerũ adminiſtrationẽ ſi/
bi uindicarunt: ꝑſequentes nouiantũ q regii ærarii cuſtodiã lõgo tꝑe habuiſſet. Ingre/
diens em̃ burgundus regis palatiũ: nouiantũ offendit: eũq; noĩe appellans: Opus inq̃t
mihi eſt pecunia: Tu centũ milia francorũ mihi ex regiis opibus exprome. Nouiantus
reſpondit ſe pecuniæ dñm nõ eſſe: ſed ſi ita regi collibuiſſet: libẽter deprõpturũ. Ergo
inquit burgundus morẽ mihi gerere negas? Tuæ illiberalitatis te ꝓpe diẽ pœnitebit.
Hinc ſumpta occaſione: nouiãtus atq; riuerius poſt aliquot dierũ carcerẽ regia domo:
& cõione abſtinere iuſſi ſunt. Cliſſonus coneſtabilatu amotus. Comite philippo duẽſi
in eius locũ ſuffecto. Per eos dies male habenti regi aliquid ſemꝑ ludi iocorũq; (tri
ſtitiæ leuandæ cauſa) excogitabat. In ædibus q̃ blanchæ reginæ in ſuburbio diui mar/
celli erant huiuſmodi ludi nõ ſine quorũdã exitio facti ſunt. Aliquot non ultimæ nobi
litatis aulici. (Inter quos ipſe carolus fuit) uilloſas ſibi ex tenuiſſimo lino ueſtes confi
ciunt: quas ad nudam cutẽ pice ſibi agglutinantes: & quo fulgentiores eſſent pinguitu
dinis aliquid cõmiſcentes: ſiluestriũ hoĩm ſpeciem non inepte repræſentabant. Nihil
enim de oĩ corpore præter faciem illis apparebat: quippe q undiq; pendente inſtar uil
lorum lino tecti erant. Igitur ad hũc modũ ꝑſonati: cœnaculũ facibus (quia nox erat)
accenſis. ingreſſi: cũ choreas agunt flamma (caſu ne an cuiuſpiam dolo incertum eſt)



in perſonatorũ ueſtes incidens omnes momẽto cruciauit. Inter nobiles fœminas quæ
ludos ſpectabãt una aderat q̃ ampliſſima qua induta erat chlamide regẽ cõplexa incẽ/
dium reſtrinxit: reliquis uel aduſtis: uel in puteos: uel in fluentũ ſe præcipitãtib⁹. Nec
compertum eſt cuius culpa tantum flagitium acciderit. In ſolas reginæ ædes ultio pro
ceſſit q̃ ſolo tenus æquatæ ſunt. Eodem tempore regi ſiciliæ neoplitanũ regnum re
petenti clemens pontifex roman⁹ decimã in clerũ ipartiuit. A cuius exactoribus q̃q̃ pa
riſienſis ſchola prouocaſſet: ſe tamen a tributo eximere non potuit. De copiis uero

Decima pro neapoli recuperanda.

militũ q̃ ſeſe in turmas quas ſocietates uocabant, rapina uiuentes cõſtitutũ eſt: ut bouſ
ſicandus mareſcallus partem in aquitaniã abduceret: pars comiti ſancti pauli attribue/
retur ad bellum quod apud lucẽburgum aduerſus bohemoꝝ regem geſturus erat: qui
cum obæratus comiti eſſet: debitum diſſoluere recuſabat. Interea conuentus princi
pum franciæ atq; angliæ apud abbatiſuillam habitus aliquid ſperatæ pacis attulit: ita ut
eius confirmandæ gratia cum carolus abbatiſuillam: anglus uero caliſium petiiſſet: ca
rolum ſolita furia corripuit. propterea re infecta diſceſſum eſt. Recepit in gratiam ꝑ
id tempus cliſſonũ biturix dux. At cum inter aulicos uariæ factiones eſſent: pro ſua mo
deſtia iuuenellus mercatorũ ꝑpoſituræ cuſtos occurrebat: odientibus eũ multis: quos
in alteram partẽ nouarũ rerũ ſpes abducebat: nec ab illorũ mente philippus burgund⁹
abhorrere putabatur. Itaq; ex burgundia delatores ꝓdiere: qui iuuenellum multis cri/
minibus accuſarunt. De quibus burgundionũ dux inquiri iubet. Inuenti ſunt corrupti
teſtes triginta iuuenellũ uno & pari teſtimonio accuſantes. Inquiſitione ad ducẽ dela/
ta: cũ philippus reſpõdiſſet: ſuperſatis ad hoĩs dãnationem eſſe: ſi crimina ab ipis inq̃ſi
toribus quos caſtelleti cõmiſſarios franci uocant: ſummatim ſcriberent: Inſcriptis cri/
minibus cõmiſſarii abeuntes in cauponã uinariã dũ uino indulgẽt: libellus inq̃ſitorius
ad extremam menſam negligenter ab illis dũ compotant relictus: in pauimentũ cum
cecidiſſet: adueniens domeſticus canis libellum mandens: in hoſpitis cubile deporta/
uit. Quem cauponis uxor cubitũ pergens: pede offendit: maritoq; oſtendit. Ille inſcri/
ptione perlecta: ad iuuenellum protenus profert. Cui poſtridie dictus dies erat ad ui/
cennas iudicio ſe ſiſtendi. Admiratus iuuenellus falſas in eũ delationes: innocẽtiæ ſuæ
ſecurus ad regẽ cũ quadringẽtis pariſianis ciuibus pergit. Erat em̃ integritate optimis
quibuſq; cõmendatiſſimus: ita ut regius parlamẽtei ſenatus aduocatus cauſam in eum
dicere rogatus recuſauerit: q̃q̃ a burgundo duce ut id faceret delectus fuiſſet. Cauſam
egit aduerſus innocentẽ iohannes androguetus aruernus: magnopere poſtulans iuue
nellum in carcerẽ mitti. Contra iuuenellus conſtanti animo reſpondens: poſtq̃ de ſua
innocentia nonnulla pro tꝑe diſſeruit: non inquit æquũ eſt ſine inquiſitiõis libello ho
minem in uincula rapi. Cui androguetus mox intulit: accuſationes teſteſq; præſto eſſe
atq; inquiſitores qui pone illũ aſtabant conſpiciens libellũ petit. Illi ſe uiciſſim inter/
rogantes: quis eorũ haberet: rubore perfuſi: obſtupuere uehementer. Rex (cui eo die
melior mens erat) confictos in iuuenellũ dolos intelligens. Abi inquit iuuenelle: te ſa
tis purgatũ habemus. Miſſis per illos dies in britãniam oratoribus: qui ducẽ cliſſo/
nũq; ad concordiã inducerent: cum inanes reuertiſſent: burgũdiæ dux in britãniam ſe
contulit: cõtrouerſiãq; oẽm ita cõpoſuit: ut dux in franciã profecturus britonũ guber/
nacula cliſſono credidit. In iudeos rurſus aĩaduerſum eſt q chriſtianã pietatẽ aſper/
nantes opprobriis chriſtianos laceſſebant. Aliquot ex illis ꝑ ciuitatis cõpita fuſtigatis:
milia ſcutoꝝ. xviii. in fiſcũ rettulerunt. Quæ ad pontẽ q paruus appellat extruendũ im
penſa ſunt. Et cũ a turcis impetitus hungaroꝝ rex henricus caroli auxiliũ petiuit: miſ
ſus ad eũ eſt cũ magnis copiis coneſtabilis duenſis comes. Qui hũgariã ducẽs: cogni/
to quia turci relicto bello ſe in turciã recepiſſent: in bohemos impetũ facit q de religi/
one & fide chriſti nõ recte ſapiebant. Habita de bohemis uictoria prædis ditatũ militẽ
in franciam reduxit. De pace iterum apud boloniam franci angliq; conuenietes: in
ducias quattuor tantũ annorum poſuere. Interea exercitũ uolens reddere militem
omne ludorũ genus ꝑter ſagittandi: carolus prohibet: ut ad induciarũ finẽ ſi anglus ne
gligens pacis eſſet: miles nõ emollitus ocio: robuſtior ad bellũ cõſtantiorq; haberet.

Exercet mi/les.

Sagittariorum ſiquidem atq; baliſtariorũ tanta poſt paucos mẽſes exercitatio atq; copia fuit: ut principibus uiris timori eſſent: quare hoc exercitii genus non paſſim ſed per inſigniores tantũ regni urbes permiſſum eſt. His diebus cum pariſii ageret cardinalis lunenſis a pontifice legatus: hi qui iuuenellum falſis delationibus offenderãt ſacerdotis eorũ conſilio ad cardinalem profecti: culpæ remiſſionẽ mœſti gemẽteſq; efflagitãt. Qui pœnitentiã illorũ non aſpernatus: eos a iuuenello quẽ offenderant ueniam petere iuſſit. Venere ſiquidem lintheis ne agnoſcerẽtur tecti ad iuuenelli ædes: a quo humaniſſime excepti poſtq̃ noĩatim ſingulos deſignauit uenia donantur. Fuit ſcholaſticorũ pariſienſis academiæ aduerſus cardinalẽ de eccleſiaſtico ſciſmate grauis contentio: ita ut illi non reuerenter de pontifice uerba facere auderent. Execrabilibus demum pœnis a cardinale prohibiti ægre abſtinuerunt. Obeunte paulo poſt innocẽtio patres qui auinione erant petrũ lunam pontificem ordinarunt benediſtũ illum appellantes. Ad quẽ miſſis a rege: & pariſienſi ſchola oratoribus: qui de ſciſmate tollẽdo illum hortarentur. poſtq̃ uacui rediiſſent conſilio pariſii habito cum nulla ad unionẽ ſanctior pateret uia q̃ ſi uterq; de pontificatu contendens ſe dignitate abdicaret: duces biturix & burgundus ad benedictũ auinionẽ legantur. Mittunt quoq; a ſcholaſticis pariſienſibus eadem cauſa nuncii. Hi benedictũ conueniẽtes: memorant q̃ incõmoda ex ſciſmate contigiſſent: & q̃ poſthac euentura timebantur niſi tantũ ab eccleſia diſcidiũ tolleretur. Vnicũ huic malo remediũ afferri poſſe: ſi ip̃e atq; aduerſarius eius pontificatui cederent. Benedictus ad hæc oratorũ uerba cum ſe rite electũ pontificem eſſe reſpondiſſet: nec ſpem de ſe faceret pacis: perſeuerantibus in propoſito oratoribus: ego inquit quandoquidẽ ad unitatẽ ceſſio conducere uidetur: cedam ſi idem fecerit cõpetitor angelus corarius. hic eñ uenetus erat: & gregorius duodecimus a ſuis ſectatorib⁹ uocabatur. In hoc benedicti ancipiti reſponſo oratores incerti: idẽtidem conſultant q̃ ratione hoĩs pertinaciã euincerent. Sed eorum frequens conuẽtio benedicto ſuſpecta occaſionem dedit ut auinione clam relicta: ſe in cataloniã propere contulerit. Erat eñ ex ea gente prognatus. Igitur duces benedicti abſceſſu irritati ad regẽ remearunt. Qui relatiõe geſtorũ accepta: ad diuerſos chriſtiani noĩs reges de auferẽdo ab eccleſia ſciſmate nuncios mittit. Id poſtq̃ benedictus intelligit placandi regis cauſa decimã illi eccleſiaſticã nullo procurante donauit. Quam inuito & reclamante clero rex exigere nõ cunctatus eſt.

Yſabella ſeptennis regi anglorũ deſponſatur.

Per ſuperiores proxime exactos annos. Cõuenientibus francis angliſq; oratoribus cum fuiſſet de yſabella caroli filia regi anglorũ deſponſanda prolocutũ: & annorum triginta cõfirmatæ eſſent induciæ: pariſium ob eam cauſam uenere ab anglo rege rolandus corbienſis anglus admiraldus: & monthion mareſchallus: guillot⁹ quoq; ſtropus legationis principes. Et rolando quidem regis angli uicario data eſt cõiunx yſabella ſeptimũ annũ agens: & cum in normannia chereburgũ: & in britãnia breſtum hactenus angli occupaſſent: utrũq; carolo reliquere.

Prodigia.

De prodigiis eius temporis hæc relata: ex lingua occitana fuere. Viſam ſtellam eſſe grandem: quam quinq; minores ſtellæ hoſtili more perſequi uiderentur: & præterea iuxta aſtare ære armatum hominem: manu lanceam geſtantem: ignemq; mittentẽ: qui ſtella percuſſa mox euanuerit. In aquitania auditas per cælum uoces: & armorum ſtrepitus: uelut præliãtium hominũ.

Genuenſes.

Quo tp̃e bouſſiquandus mareſcallus gennueſiũ adminiſtrationem regis nomine ſuſcepit papiamq; atq; placentiã inſubriũ urbes duodecim equitũ milibus inſtructus cepit: & demũ aduerſus turcos conſtantinopolim duxit: ubi egregia militiæ opera edidit.

Reditus armygniacorũ ab italia.

Redeuntibus ex infœlici apud alexandriam cõmiſſa pugna ſexcentis militibus: qui ſub armygniaco comite militauerant: tranſmiſſa ſabaudia cũ ad dalphinat⁹ anguſtias duce almerico feneraco perueniſſent: oĩm rerum indigentes: peteretq; ſibi ab incolis alimenta miniſtrari: q̃dam regionis illius proceres: contractis raptim copiis in illos non ſecus ac in hoſtes arma parant. Ea re ad almericũ perlata: ad dalphinates miſſis nunciis orat: liceat ſibi ſuiſq; per illorum fines iter facere: diſtributis quantũ ipſi decernerent moderatis alimentis. Reiectis nunciis: negant dalphinates illis ſubuenturos. Igitur almericus conuocatis ad ſe militonibus. Ecce inquit o ſocii omni ope atq;



humanitate deſtituimur. procurrunt in nos armati dalphinates: & ſi in eorũ manus incidimus: non aliter q̃ latrones iugulabunt. Si uiri ſumus: præſtat p vulnera glorioſe p̃liando occumbere: q̃ more reorũ ſtrangulari. Inſidiemur illis: & intercipiamus incautos. Mouentes dalphinates cũ nox ultra progredi illos impediret: magnis ignibus incenſis: male cõſtitutis excubiis obdormiũt. Vigil aũt almericus ubi p exploratores de dalphinatiũ ſtatu cognouit: ordinatis ſuis ſub diei lucẽ in hoſtem irrupit: & cæde facta aliquot ex illis nobiliores uiuos capit. Inter quos fuere auraycenſis princeps: ualentinianus comes: & uiennenſis præſul. Victor almericus ueritus ne ex fuga dalphinates ſe reciperent: & uiarũ fauces intercluderent: captiuos liberaliter habuit. Impetratiſq; dũ tranſiturus eſſet alimentis: a principibus q̃tum ip̃i pro eorũ redemptione iudicarent: a cæteris uero ſingulis argenti marcham accepit. Eſt eñ marcha apud gallos libræ pars dimidia.

Fœdus inter reges frãciæ & angliæ.

Nondũ per hos dies inter franciæ & angliæ reges de cõditionibus pacis cõuenerat. Idcirco ad idip̃m Carolus arderam: anglus guynas uenit. Arderã uero conuenientibus regibus: pacis fœdus ictum eſt. De quo aliud ſcribere non poſſum: qñ quidẽ eius tp̃is ſcriptor id ſe neſcire confeſſus eſt. Indicia multa regũ beniuolentiæ uiſa: qualia ſunt oſcula: dexterarũ tactus: mutui amplexus: amiciſſimæ appellatões. Carolũ eñ anglus patrem: Carolus anglũ generũ uocabat: alternis precioſiſſimis munerib⁹ ſe donantes. Dum apud arderam reges conſultant: non uiſi ante id tp̃s imbres: grãdoq; frequens cum uehementi uento irruentes quattuor ſine intermiſſione horas principes ĩ tentorio caroli continuerunt. Altera quoq; inſequẽtis diei nocte inſurgens ſubito imbrium & uenti uiolentia: franci regis tentorii centũ & quattuor funes & tigna q̃ tabernaculum ſuſtentabant: Anglicæ uero manſionis quia demiſſiore loco diſtenta erat: q̃ttuor tantũ funes abrupit. Interea yſabella ad anglũ deducit̃: & inde ab anglis inſignib⁹ fœminis q̃ ob idip̃m ex anglia conuenerant ſuſcepta: caliſium profecta eſt. Reges uero cũ ſe conuiuio apud anglum recreaſſent: datis atq; acceptis inuicẽ donis: alter franciã: alter angliam petit.

Expeditio ĩ hungariam.

Paulo ſupra hos dies rex hungarus de turcis inſignẽ uictoriã rettulerat: cuius rei memores turci renouato bello expeditionẽ in hungariã parant. Quã obrem ſibi conſulens hungarus ad carolũ miſſis oratoribus ſuppetias orat. Miſſi ſunt cum ingentibus copiis philippus artheſienſi coneſtabilis: Iohannes niuernenſis philippi audacis filius: Iohannes bouſſicaudus: Iohannes uienneñ. Conciacus: & alii francæ nobilitatis proceres armorũq; belliq; non expertes. Tranſmiſſo danubio ad hungarũ regem franci galterũ de rupibus equitẽ burgundum mittunt: petentes quid illos commodius facere liceret: quo ue itinere in turcos ducerẽt. Hungarus cui francorũ mores cogniti erant: timens ne per arrogantiam temere quicq̃ cõmitterent: turcorũ in bello gerendo conditiones modũq; galtero explanat. Nihil feſtinandũ eſſe. Hungaros qui proxime turcos incolerẽt: ſe aſſuetos habere: quos primos hoſti obiicere oportebat. Hungari regis conſiliũ parui habentes franci primas ſibi pugnandi partes arrogant. Et lubrici per oẽs uoluptates: uino ludoq; indulgentes: bonis oĩbus horrori habebantur ita ut dicere illis incolæ non dubitarent male illis aliq̃n propter eorũ iniquitatẽ cõceſſurum. Vbi ingentẽ turcorũ multitudinem non longe a caſtello richo in armis eſſe cognouerunt franci ductore conciaco in eos nihil metuentes incurrunt: cæduntq;. Et caſtellũ adueniente in adiutoriũ hungaro expugnant. Deinde nichopolim munitiſſimã ciuitatẽ obſident. Vbi cũ dies octodecim conſediſſent: quotidianis oppugnationibus obſeſſos uexantes: nunciũ accipiunt de turcorũ aduentu qui inſtructis militariter aciebus in eos p̄cederent. Igitur cũ hungaro rege de genere & modo præliandi conſultãt. Atq; imprimis gloriæ cupidi primã ſibi aciem (renuente hungaro) depoſcunt. id maxime contendente coneſtabili qui grauiter ferebat conciacũ ſuperiore prælio ſe p̃termiſſo uictoriam de turcis habuiſſe. Itaq; in prima ſe fronte collocant franci: quam ſibi deberi rex cõtendebat. ob eas maxime cauſas quas ſupra expoſui: tum etiã q; hũgarus ſuorũ mores ſpectatos habebat: audaciores fore dũ frãcos poſt ſe pugnaturos confiderent: neq; terga daturos: metuentes a francis ſequentibus cogi. Si contra fiat & ab iis q primã aciem ducerent male depugnet̃: hungaros ſtatim fugæ ſe cõmiſſuros. Sano cõ

filio inſani franci non acquieuerũt. Igitur dũ quid in caſtris turcorũ fieret exploratum
hungarus mittit acies inſtruunt: francis primã ſibi arrogantibus. Erant in caſtris fran/
corũ ex priore uictoria turci captiui cõplures: qbus tametſi (fide a frãcis accepta) ſpes
eſſet ſui redimẽdi: eos tamen illico franci necant. Conſtitutis in mutuo conſpectu acie
bus: ſigno dato atrox pugna cõmittitur: pliabantur acerrime chriſtiani: nec minus fe/
rox turcus depugnabat. Conciacus & iohannes uiennenſis primariã in ea pugna laudẽ
meruere. Sed in francos irrũpens turcus cũ noſtrorũ ordinẽ turbaſſet: multitudine mi

Cæduntur a turcis franci.

litum ſuperior: chriſtianũ exercitũ fudit: fugientibus hungaris qui in poſteriore acie
conſtiterant. Capti ſunt ex francis & ad turcorũ ducẽ perducti trecentũ non mediocris
conditionis uiri: inter quos iohannes comes Niuernenſis. Conciacus bouſſicaudus &
iohannes uiennenſis. Ducebat conciacus interiore tantũ tunica ueſtitutus: & uerberi/
bus inter ducẽdũ afficiebat. Cui ſic afflicto nudoq; chlamys (diuina ne an humana ne/
ſcitur ope) iniecta eſt: q̃ ad tegumentũ illi fuit. Corã poſitis captiuis: turcorũ tyrannus
eos mox occidi in præſentiarũ iubet. Bouſſicaudo tantũ & iohanni niuernenſi cũ aliis
duobus & uiginti proceribus parcitũ eſt. Illi propterea q turcis in pari fortuna quando
q; pepercíſſet. Huic q magus qdam inter turcos: eũ aſſereret auctorẽ futurũ maximæ
chriſtianorũ cædis. Nã hic Iohannes burgundiæ ducatũ poſtea adeptus mirabiles in
francia diſſenſiones & ciuilia bella morteſq; excitauit. Poſt tã male geſtũ præliũ: cum
chriſtianorũ cadauera iubente turco anno & menſe uno humi inſepulta iacuiſſent: nec
a fera ulla: nec ab auibus contacta ſunt: arbitrantibus hoſtibus id alimentũ feras deſpu
iſſe. Iohannis & ſuorũ concaptiuorũ redẽptio ducentorũ miliũ aureorũ nummũ fuit.
Philippus uero coneſtabilis in ipa captiuitate: atq; itẽ Cõciacus interiit priuſq̃ de redẽ
ptionis precio conueniſſet. Eius philippi cadauer aromatibus conditũ in franciã rela
tũ in diui laurẽtii templo in oppido deu ſepultũ. Guido trimolus rhodi defunctus eſt
uita: & in eo loco ſepulchro inhumatus. Henricus barrenſis orta in uenetiis peſtilẽtia
mortuus eſt. Sub his diebus ducis britãniæ filius Caroli filiã deſponſauit: cui milia
francorũ trecenta in dotẽ promiſſa ſunt. Sed non multo poſt exactis menſibus uirgo
defuncta eſt. Et francorũ regina p eos dies filiũ peperit ludouicũ: cui in baptiſmate lu/
douicus aurelianorũ dux nomen dedit. Nauarro rege ut ſupra memoraui defuncto
filius pacti memor quod cũ carolo pater inierat pãpilonenſem epm ad regẽ legat: ter/
ras repetens q̃ illi ex paterna hæreditate in normãnia ptinebant. Conſultante de hoc
rege: poſt diuerſas ſententias ea uicit: q̃ reſtituendas nauarro terras: aut ei alioquin ſa/
tiſfaciendũ dicebat. Itaq; in uaſtinio nemoſum datũ: & cũ antea comitatus eſſet: in du
catus dignitatẽ eſt ſublimatũ. Et in cãpania locis ſeparatis milia librarũ decẽ nauarro
aſſignata. Venere eodem tpe a conſtantinopolitano imperatore ad carolum legati
aduerſus turcos opem poſtulantes. Quibus aſſenſum eſt: orante ludouico aurelianorũ
duce hanc ſibi expeditionẽ cõmitti. Et baaſacus turcorũ princeps miſſo militiæ ſuæ p/
fecto Carolũ magnis muneribus donat. Venit quoq; (carolo remis agente) bohemo
rũ rex: uidendi caroli tantũ cauſa. Quẽ liberaliter exceptũ & donis cumulatum rex ha/
buit. Benedictus uero cui franci in pontificatu fauebant: licet põtificatui cædere cre
bris legationibus admoneret: ptinax tñ contra pſtabat. Quare cõuentu ſacerdotũ p/
cerũq; pariſii contracto: a benedicto ſecedendũ eſſe decretũ eſt. neq; admittẽdas poſt
hac gratias ad beneficia adipiſcẽda quas romani expectatiuas dicunt. Eccleſias q̃ recto
re carerent a collatoribus petendas: electiones cõfirmandas etiã exemptarũ eccleſiarũ
ſalua exẽptionis libertate. Ea a benedicto diſceſſione cognita: cardinales q cũ eo auini
one erant: ad nouãuillã ſex milibus paſſuũ ab auinione diſtantẽ ſe contulerũt: ſuo põ

Pſeudo medici.

tifice deſerto. Carolo ut eſt a nobis memoratũ mentis impoti duo ex ordine augu/
ſtinenſiũ fratres mederi ſe poſſe iactauerunt. Quod quia gratũ q̃plurimis erat: ad uali/
tudinariũ regẽ introducti: capiti aliquot inciſionibus factis ex impotente moribundũ
reddiderunt. Idcirco cõpræhẽſi cũ ſe medicinæ prorſus neſcios eſſe cõfiterent: ex pru/
dentũ conſilio ſacerdotii dignitate exutos: carnifex capite trũcauit. Quos ad id ſcelus
excitaſſe philippũ burgundũ fama vulgauit: propterea q ludouicus aurelianus iohẽm



barrenſem (q burgundi ſtudio ducebat: & magus erat) igne cõburi pcuraſſet. Ortis
eodẽ tpe in anglia ppter ducis lencaſtriæ necẽ ſeditiõibus: Henricus eius ducis nepos
cũ in ſuſpitionẽ aduerſus richardũ cõiurationis ueniſſet: in franciã ſe recepit: & a Caro/
lo honorifice eſt habitus. Et p id tps auctore iohanne cremaldo alexandrino patri/
archa: decimã clerus pſoluit. Supatis pterea alueis adeo flumina exundauerũt: ut ædes
cũ iis q eas incolebant efferrent: pditis diluuio ſegetibus. Laboratũ eſt etiã grauiſſima
p oẽm francrã peſtilentia: labente anno ſalutis. M. ccc. nonageſimonono. Viſus quo/
q; eſt cometes inſolitæ magnitudinis & uehementer ignitus. Superuenere præterea

Diſſenſio inter anglos.

anglis ſuæ calamitates rebellantibus wallis. In quos dũ richardus anglorũ rex copias
ducit: non pauci ex nobilitate in eũ conſpirant: & yſabellã reginã imprimis in arcẽ mu
nitiſſimã abducunt duobus ex oĩ eius gallica familia obſequio quotidiano relictis. Se
ditione anglorũ cognita: henricus quẽ ad carolum confugiſſe diximus animum intẽ/
dẽs: ſpem cepit res nouas moliendi. Clam igitur e francia abiens: ad anglos fertur. Al/
lexit protenus in ſuas partes richardi amicos: datiſq; ad ciuitates litteris: qbus regem ĩ
multis criminabat: paucis diebus magno ſatellitũ numero ſtipatus inceſſit: ſupplicio
quoſdã pceres afficiens: ita ut partim metu: partim richardi odio: populi magna pars

Produnt angli richardũ regẽ ſuum.

henrico obtemperaret. Vbi res apud anglos innouari richardus accepit: wallia relicta
a ſuis quoq; relictus eſt: qui eũ in henrici poteſtatẽ prodidere. Non ob aliã cauſam: ma
gis q̃ q cũ francis amicitia contracta caroli filiam uxorẽ duxiſſet: chereburgũq; & bre/
ſtum reſtituiſſet: pace præter populi uoluntatem cõceſſa. His rationibus in publico an
glorũ conuentu diffinitũ eſt alio rege opus eſſe: henricũ magnis laudibus plæriq; effe
rebant: & ante oẽs cantuarienſis archipræſul: ut factionis iniquitatem aliqua religione
palliaret: fialam promit liquoris plenã quã ad diuum thomã cantuarienſem ad ſacran

Figmentũ ſacerdotale.

dos reges anglos cælo allatam aſſeuerat. Henrico p ſimulatam religionẽ fauere: & cõ
ciliatum ſibi populum reddere ſacerdotem uoluiſſe credo. Eam fialã Henricus poſtea
nunciis quos ad eũ carolus miſerat oſtendit. Nec differt richardũ tollere. Nam accitis
quos richardo fidiſſimos fuiſſe nouerat p eos richardum necat: ſeq; regem fauentibus
anglis inſtituit. Conſcius tamẽ q̃ indigne richardi mortem carolus ferret: oratores ad
eum legat: qui de pace certo loco & tempore cõponẽda conuenirẽt. Boloniã carolus
caliſium henricus ſuos miſit. Qui de pace fruſtra diſceptantes paucorũ dierũ inducias
edixerunt. Acceptus eſt eodem tpe a carolo honorificentiſſime conſtãtinopoleos
imperator: q uiſendi regis cã pariſiũ aduenerat. Quẽ apud luparam diuerſatũ tantum
auctores ſcribunt: eius cauſam aduentus aliã non ponentes: non eſt tamẽ diſſimile ue
ro ea cauſa ueniſſe: ut in turcos græciæ minitantes francos cõmoueret. De yſabella

Oratores a Henrico anglo captiui.

q̃ richardo nupſerat carolus pater ſollicitus: gueuillũ & iohannẽ blanchetũ ad henricũ
mittit: q eam ad ſe reducerent. Qui dũ reginæ cauſam diligenter cõſtanterq; agunt: an
glus in carcerẽ illos aſſeruari iubet. Vbi blanchetus ægritudine cõtracta morit: gueuil
lus poſt diuturnã ualitudinẽ cruenti uomitus: ſanitatẽ recuperat. Eo ex anglia reuerten
te: henricus yſabellã caliſiũ mittit. Vbi receptam franci ad patrẽ perduxerunt. Circi/
ter id tẽporis menſe mayo p bellouacorũ agrum grando frequens ad anſerini oui ma

Cæli tempeſtas.

gnitudinẽ: tonante cælo ſegetes quatit. Et cæleſtis ignis apud uicennas in reginæ puer
peræ cubiculo decidens thori cortinas concremauit. Sequẽti menſe iunio p dies nun
dinarũ dyoniſiani edicti par grando tabernas atq; officinas mercatorũ cõplures cum
bona publicarũ ædiũ parte: quas hallas vulgus uocat diruit atq; pculcat. Carolo non

Simultas inter principes francos.

cõualeſcẽte: duces ludouic⁹ aurelianẽ. biturix & burgũd⁹ de admiſtrãdis regni nego
ciis ſimultates exercebant: & burgũdus ludouico maxime inuidebat. Iram inſup auxit
aurelianus dux q amicitia cũ duce gheldrenſi neſcientibus principibus cõparata: ghel/
drẽſem qngentis equitibus ſtipatũ in pariſiorũ agrũ deduxerat. Nec inferiores copias
burgundus contraxit: ita ut in apertas ĩimicitias odiũ prodire nemo dubitaret. Bituri/
gum tamen dux tanto occurrens malo temporariũ remediũ attulit reconciliatis ad tẽ
pus furentibus principibus. Apparuit per eos dies a ſeptentrione ardentiſſimus co/

Cometa.

metes: qui timori multis fuit: non ignorantibus id pronoſticon eſſe grauioris in repu/

blica calamitatiſ. Eniuero non multo poſt aurelianus dux publicis gubernaculis a Ca
rolo qui tum meliuſculus erat p̄fectus eſt. Quam dignitatem conſecutus: mox ad rapi
nas ſe cõuertit: quoſuis ad ſoluẽda uectigalia & tributũ compellens: clero ad eam ſerui
tutem cõpulſo. Re cognita remorũ archip̄ſul ducis auariciæ occurrit. At contra ſeno/
nenſis archieps excõicatione feriebat aureliano non parentes: tam diuerſa erant hoim
ſtudia: ut non lege nõ caritate ſed cõcupiſcentia ſua & ſacerdos & p̄ceres in diuerſa tra/
herentur. Fauebat maxime benedicto aurelianus: & ab eo factã eſſe diſceſſionẽ mole/
ſte ferebat. Quã ob rem ſcholæ pariſienſis odiũ in ſe cõtraxit. Nec diu poſt rebus p̄fuit
cõibus: conſtituto burgundionũ duce qui regnum adminiſtraret. Recepto magiſtratu
nouã mox exigẽdæ pecuniæ formã philippus excogitauit: ſed ab antiſtite remenſi ad/
monitus deſtitit. Aurelianus poſtq̃ magiſtratu amotus eſt: ad lucẽburgum cõtẽdit.
Et cũ lothoringiæ dux: mettenſeſq; bello decertarent: ſollicitã nauauit operã pacẽ cõ/
Vxor ducis ponere: honore inde muneraq; non parua referens. Apud britones defuncto duce:
britonũ uiro uxor eius uidua henrico anglo nubit. Quæ dũ traiicere in angliã: cũ tribus quos habe/
mortuo: hen bat liberis parat: philippus burgundus magnis itineribus in britãniã pergens receptos
rico ãglo nu filios ad regem p̄duxit: iohannẽ dico richardũ & arturũ. Auinione uero cũ benedi/
bit. ctus palatio non egrederetur: tametſi obſidione liberatus eſſet: ueritus tamen inimico
rum inſidias ſe in arce continebat. Sed cum id carceris ſpeciem eſſe reputaret: roberti
braquemontis ope clam inde educit̃. Naſcitur hoc tp̄e anni. M.cccc. ſecundi ex yſa
bella regina Carolus filiorũ regis caroli quartus. Cui patre defuncto regnũ miſerãdis
calamitatib' attributũ obuenit. Cõſtituitur item coneſtabilis (mortuo ſancerro) caro
lus albritus. Qui adepto magiſtratu: arces nõnullas in lemouicibus ex anglorũ dñati
one eripuit. Renataq; eſt inter aurelianũ burgundũq; de adminiſtrandis rebus contro
uerſia. Quã occurrentes uiri ſapientes pro tp̄e ſedauerunt: ita ut nemini principũ ſeor/
ſum: ſed oĩbus pariter reſpublica crederet̃: non ſecus q̃ ſi ad paucorũ moderationẽ mo
narchia redacta eſſet. Tria per id tp̄s matrimonia contracta fuiſſe inuenio. Carolus
ludouici aureliani filius yſabellã q̃ richardo anglo nupta fuerat uxorẽ accepit. Iohan/
nes caroli regis ſecundo genitus: bauari ducis qui hanoniæ comes erat filiæ copulatus
eſt. Margaretã aũt regis filiã iohannes britonũ dux licet ætate minor in matrimoniũ
Iohãnes bur duxit. Et philippus burgũdiæ dux ultima naturæ perſoluit: relicto iohanne niuernenſi
gundiæ dux. multorũ malorũ futuro auctore. Nam patris loco burgundus ſuffectus: poſtq̃ fidelita/
tis iura Carolo p̄ſtitit: perditorũ hoĩm conſilio ductus: aduerſus aurelianũ ducẽ inex/
piabili odio ferebatur. Erat itaq; aurelianus excelſi animi & magnarũ rerum appetens
& qui imperiũ affectaret: propterea lucẽburgũ profectus aliquot oppida atq; arces ce
pit. de ſe opinionem bonã faciens: quaſi imperio ydoneus eſſet. inde aũt quaſi gloriæ
ſatis ſuæ fecerit digreſſus: auinionem ad benedictum uenit: laturus opem põtifici quẽ
ſchola pariſienſis dignitate amouendũ magnopere contendebat. Magni ſiquidẽ no/
minis atq; auctoritatis per id tempus ſchola ip̄a habebatur: ita ut ſcholaſticũ offendiſ/
ſe piaculum eſſet. Inter itaq; multas ſimultates cum res tota francoꝝ ad ciuilem diſcor
diam inclinaret: nemo non fere ſtudebat ſcholæ fauorem atq; beniuolentiam ſibi cõ/
parare: eo melior æſtimandus quo litteratoꝝ maiore auctoritate iuuaretur. Erat ergo
per eos dies pariſianis ſcholaſticis plurimũ nominis atq; æſtimatiõis. Enimuero dum
ad diuam katherinam quæ ſcholaſticorũ appellatur ſupplicationẽ haberent: quidam
ex familia caroli ſauoſii aurati equitis equo per lutum uectus: unũ ex ſcholaſticis luto
inquinauit. Quem protenus ira feruens ſcholaſticus pugno percutit. Ad uociferãtem
ſeruum cũ reliqua ſauoſii familia armis inſtructa p̄curreret: ſcholaſticos inſectãs: cũ ad
eccleſiæ ueſtibulum ſucceſſiſſet: neſcio quis ſagittam temere ad maiorẽ uſq; aram dũ
ad rem diuinam ſe ſacerdos parat emittit. Quam ſcholaſtici iniuriam ulciſci properan
tes: ita apud iudices agunt: ut ſauoſii ædes unde familia prodierat ſolotenus diruerẽ/
tur: ipſæ uero exularet. Inter principum ſimultates regina ad aurelianum ducẽ ma/
gis ſpectabat. Igitur meldunũ uenandi cauſa (comitante eam duce) pergens: fratri ſuo
ludouico bauariæ duci & montaguto: mandat dalphinũ cui aquitania commiſſa erat:



uxoremq; eius burgundi filiam ad ſe ducant. Nec caruit ſuſpitione regina: id imperaſſe
ut filiũ dalphinũ una cũ uxore duceq; aureliano: in germaniã traduceret. Ea re ad iohã
nem burgundũ perlata: ipſe contracta amicorũ manu. Interdiu noctuq; perſeueranti
itinere pariſiũ uenit: ratus dalphini egreſſum præpedire. poſtq̃ abiiſſe comperit: feſti/
nans apud giuiſium non procul a corbolio uicũ euntes conſequitur. Recuſante baua/
ro dalphinũ reducere: burgundus ui facta dalphinũ recipit: & apud arcem luparam ſer
uat. Quãobrem aurelianus collectis celeriter ſex hoĩm' milibus: uicennas cũ regina in
greditur iohanne pariſii agente: quẽ bona populi pars ſequebatur: ſperãs eius ope ue/
ctigalia tolli. Res tota prorſus ad prælium inclinabat: ſed interueniente mõtaguto ho
mine modeſto & prudente in gratiam duces redierunt. Et ne eorũ animi renouato li/
uore exulcerarentur: aurelianus in aquitaniam aduerſus anglos: burgundus ad caliſiũ
expeditionem duxit. Extruxerat ad oppugnandũ caliſium iohannes: auctore monco/
quero equite arueno: miræ magnitudinis fabricã ligneã: q̃ ſuppoſitis rotis facile quo
quouerſum promoueri poſſet. magna eñi ſpe ducebatur oppidi capiendi. Aurelianus
autẽ cum burgũ in aquitania circũuallaſſet: audito ꝙ a burdegalla auxilia obſeſſis ue/
nirent: obſidionẽ ſoluit. Nec multis poſt diebus carolus utrũq; ad ſe uocat: fati ſicut eſt Mors aureli
mortale hoĩm genus improuidus. Nam redeuntẽ noctu domũ aurelianũ ducẽ q puer ani ducis.
peræ reginæ gratificatus erat: ſatellites duce radulpho auctouillo interficiũt: proxime
barbetæ portam dextra manu amputata: i quem humi deiectũ cũ ex ducis aulicis un'
ſeſe dñi protegendi cauſa proſtraſſet. ab interfectoribus trucidatus eſt: nono kalẽ. decẽ
bris anno ſalutis. M.cccc. ſeptimo. Homicidæ uero peſſimo facinore patrato: in ædes
artheſii comitis: ubi iohannes burgundus diuerſabatur: confugiũt. Excito ad ducis ne
cem clamore atq; tumultu: uicini occiſi corpus in proximas ædes inferunt. moxq; ſce/
leris immanitas per ciuitatẽ circunfertur. Aduolant repente ludouicus ſiciliæ rex: du/
ceſq; biturix & borbonius: q cari ſui cadauere cõſpecto: indignant̃ pariter atq; illachry
mant. Poſtera die dux ad cæleſtinorũ monaſteriũ celebri põpa effertur: ſepeliturq; in
ſacello quod poſtea inſigni pictura honeſtatũ eſt. Comitabant̃ funus quos dixi princi
pes: & dux ipſe burgundus: quẽ necis auctorẽ extitiſſe nemo dubitauit. Nam criminis
inquiſitores Robertus tuilerus & Petrus orſauerius cognito ꝙ auctouillus ad diuerſo
rium iohannis burgundi cũ ſuis participibus profugiſſet: quia in principum domo ho/
minẽ præhendere abſq; dñi aſſenſu non licebat: ad burgundũ qui apud neellã cũ aliis
ducibus conſilio aderat ſe conferunt. pulſatoq; hoſtio interrogati quidnã uellent: du/
cis inquiunt burgundi petimus aſſenſum: ut eius bona cũ uenia hoĩem ſceleratũ in ei'
ædibus præhendamus. Hic erat quẽ petebant aquæ baiulus: cuius inſidiis atq; archanis
delationibus necis cõſcii uſi ad homicidiũ fuerant. Cognito quid peterẽt inquiſitores
burgundus expalluit. Quod ſiciliæ rex callide p̄cipiens: ſeorſum iohannẽ rogat: ſi ne/
cis in ſe culpã ullã haberet. Iohannes uindice conſciẽtia admonitus lachrymas cõtine
re nõ potuit: ſeq; & crimen aperit. moxq; conclaui tanq̃ corporis curãdi cauſa egreſſus
ferociſſimi equi miniſterio uſus: ſe ex ciuitate ad ſancti maxentii pontẽ proripuit. quo
tranſmiſſo: pontẽ diruere iubet: ut ſe perſequẽtibus uiã p̄cluderet. Eo die attrebatũ p/
uenit milliaribus fere centũ a pariſiis diſtans. Elapſo parricida: ueritus carolus ne ſcæ/
leri ſcælus burgundus adiungeret: ſeq; tuendi gratia anglorũ ſocietatẽ expeteret: bitu/
rigem ducẽ burgundi patruũ ad eũ mittit: qui hoĩem bene ſperare hortaret̃: bellũ oĩ/
no diſſuadens. Itaq; iohannes tota hyeme ſe abſq; ullius belli apparatu nunc in flãdria
nunc in artheſio continuit. Necis cauſas burgundus complures diffamauit. Quod au/
relianus ſcilicet regnũ affectaſſet: & magos adhibuiſſet a quibus gladios duos & anu/
lum acceperat: quæ Carolo regi dum beluaci ageret oſtenſa eum tota cæſarie expila/
tum & paulo poſt decidentibus ſenſim unguibus imbecillem reddiderũt. Habuiſſe p̄/
ter hæc uirgam quæ ſemel a fœmina conſpecta: eam efficiebat libidini ducis audientẽ
fuiſſe quoq; eorum ludorum autorem ubi carolus fere exuſtus eſt iniiciente aurelia/
no facem in uilloſas ueſtes quibus luſores perſonati choriſabant. procuraſſe inſuper a/
pud pontificem benedictum. xiii. caroli a regio faſtigio miſſionem: ꝙ ut mente impo

tens ita corpore ualitudinarius eſſet. His addebat burgundus grauia ab eo concepta
& accepta uectigalia: quibus aduerſus regem ſe potentẽ nimis exaltabat. Vtcunq; hæc
burgundus reſciuerit: ea tamen non aliter q̃ comperta: per iohannem cui parui cogno
men fuit theologum doctorem publica contione pariſii habita diſſeminauit. Ipſe ni/
mirum exiſtimo inuidiſſe aureliano burgundum ne reipublicæ præ ſe magis ydoneus
putaretur. Inuidia ſiquidem pares maxime exagitat. Sed alia perſequamur. Hyems au
tem per totos duos mẽſes decembrem & ianuarium ſolito horridior fuit. Vbi autem
ſe terra (incipiente uere) laxauit: & ſe flumina glacie concreta diſſoluerunt: tanta gla
ciei fragmenta ingruerunt: ut mole ſua pontes deiicerent. exundanteſq; amnes do/

Leodiẽſium ſtrages.

mibus proſtratis incolas cum pecoribus abducerent. Adminiſtrabat per id tempus
leodienſem eccleſiam iohannes bauarius guillermi hollandiæ & hanoniæ comitis fra
ter. Et cum præſul & ſacerdos eſſet: nullo tamen die rem diuinam fecerat: ſuæ nobili/
tati detractum iri forte ratus: ſi preſbyterio more ſacris ſe altaribus addixiſſet. Recu/
ſantem id pro ſuo officio facere leodienſes traiecti pertinaci obſidione concludunt.
Igitur guillermus ut fratri ſubſidio eſſet: contractis ex ſua gente copiis: burgundum ꝑ
nuncios orat in auxilium uenire feſtinet. Nam guillermi ſoror burgũdo nupſerat. Nõ
aſpernatus orantem: iohannes exercitum cogit: ſeq; cum guillermo ſociat. Præmittũ/
tur in agrum leodienſem leuis armaturæ milites qui ſata uicoſq; incendant. ut hoc dã
no permoti leodienſes communibus patriæ incommodis (obſidione diſſoluta) ſuc/
currere cogerentur. Flagrantibus paſſim agris leodienſes qui in obſidione apud traie/
ctum erant in hoſtem mouent: quem in planicie cui hayſebagno uocabulum eſt in/
uentum prælio adoriuntur & uincuntur: milibus ſexdecim ex ſuis occiſis. Victoria ad
Carolum regem perlata: timens ne burgundus uictorem exercitum ad pariſios duce/
ret quibus erat tum temporis acceptiſſimus: aſſumpta cum ſuis liberis uxore: turo/
num ſe tranſfert: comitantibus eum francorum primoribus principibus. Quod ubi io
hannes burgundus cognouit: guillermum hãnoniæ comitem ſollicitat: ſecum in fran
ciam cum exercitu proficiſci: non aliam ob rem q̃ ut regem & dalphinum cui filia eius
nupta eſſet pariſium reuocaret. Erant guillermo multæ cauſæ quamobrem a bello ab
horrebat: affinitas atq; cognatio. Burgundo enim guillermi ſoror matrimonio con/
iuncta: reginæ autem conſobrinus ipſe erat: & filiam eius unicam ſibi hæredem alter
ex Caroli liberis deſponſauerat. Eam ob rem ad pacem procliuior ultro citroq; orato
ribus miſſis: regem carnotum proficiſci impetrat. quo iohannes ad eum uenire non
differret. Carnoti conuentu habito: burgundus cum duce aureliano paciſcitur. iurant
q; uiciſſim duces: nunq̃ poſthac inimicitias in alterutrum exercere. At longe ſecus non
multo poſt tempore accidit. Nec fidei obſeruantia: nec iuriſiurandi religio irritatis a/

De ſchola pariſienſis.

nimis momentum habuit ullum. pariſium tamen Carolus reuerſus eſt. Quo tem/
pore duos ex ſchola pariſiaca ſcholaſticos propter cædem a ſe factam cum guillermus
tignonuillus pariſianus præſes: ad patibulum noctu appenſos ſtrangulare iuſſiſſet: ne
ſi ſegnius feciſſet homicidæ liberarentur: coactus eſt (ſchola apud iudices ſuam igno/
miniam perſequente) ſcholaſticos patibulo depoſitos (oſculo mortuis exhibito) &
lecticæ impoſitos eccleſiæ reſtituere. aurigante carnifice qui equo inſidens lineam
inſtar ſacerdotis ueſtem induerat. Eorum ſcholaſticorum etiam nunc ſepulchrum in
porticu diui maturini pariſienſis cum epigrammate uiſitur. Eadem tẽpeſtate bouſ/
ſicaudus qui genuenſibus Caroli nomine præfectus erat copiis indigens gaucurtum a
Carolo ad ſe cum ualida manu miſſum in pedemonte excepit. duxitq; placẽtiam: qua
recepta: pado traiecto: mediolanum mouet. Cui iohannes maria mediolani dux paca/
to animo occurrit: atq; in ciuitatem admiſit: fide illi ſubiectionis & obedientiæ tanq̃

Lombardorum in francos perfidia.

regis uicario præſtita. Dum hæc mediolani a bouſſicaudo geruntur marchio mon/
tiſferrati & comes franciſcus (proditoribus aliquot genuenſibus) ciuitatem occupãt.
occiſis francis quos inuentos habuerunt. Et arce quam caſtelletum uocãt recepta: tho
letonem arcis præfectũ interimunt. Quod ubi mediolani nunciatũ eſt: ciues in frãcos
cædem meditantur. Sed eius rei certior factus bouſſicaudus militẽ in armis ꝑ eã noctẽ



excubare iubet: nec ceſſat continenter per urbem cũ armatis incedere. Mane facto du/
cis fidei ciuitatẽ ſub iureiurando cõmittit: atq; ita ciuitate egreditur. A beuntibus fran/
cis: mox a fide atq; iureiurando mediolanenſes deciſcunt: & francos qui laxandi animi
cauſa mediolani reſtiterant depræhenſos iohannes maria perfidus ſuis canibus deuo/
randos obiecit. Bouſſicaudus genuã recuperare conatus: cum fruſtra ſe niti intellexit:
ad pedemontiũ principẽ cũ gaucurto & copiis profectus eſt. Quorũ egregia opera cõ
tra marchionẽ montiſferrati uſus princeps: nõnulla oppida arceſq; cum cepiſſet: fran/

Rex nauarræ burgundi ſocius.

ci alpibus ſuperatis ad carolum reuertuntur. Erat tũ pariſii nauarrus rex qui cum bur
gundo ſocietate inita turbatiora oĩa fecit. Montagutũ enim regii palatii præfectum: q
illorũ cœptis obſiſtebat grauis & fidus imprimis conſiliarius capite dãnant cenſore pe
tro eſſaro pariſiorũ præpoſito. Qui mox ex nauarri atq; burgundi ſententia ærarii & re
giæ pecuniæ adminiſtrationẽ uſurpauit: deputatis ex ſua cognatione qui carolo in offi
ciis palatinis obſequerentur. Officio quidam amoti & ſuis fortunis ſpoliati ad aure/
lianũ ducem abierunt de duce burgundo querimoniã proferentes: qui nihil eorum q̃
carnoti iurata erant obſeruaret. Quare parcitus irã aurelianus: ſuarũ partium proceres
accerſit. Conuenere ad eum in arce uiceſtriæ non longe a pariſio duces biturix borbo
nius & alenconius: comites uero richemontus alibretus coneſtabilis armygniacus: &
alii non pauci proceres. Quibus animus erat ſuorũ iniuriam ulciſcendi. At contra bur/
gundus non ignarus quid aduerſus eum aurelianus moliretur: pariſiũ petit copias ſe/
cũ ducẽs: caſtris inter ſiluanectũ luparãq; uicũ poſitis. Burgundo frater erat anthonius
dux brabãtinus qui ſolertiſſimo ſtudio curauit ducũ cõtrouerſias cõponere: nec deſti/
tit donec mutuo ſe amore principes complexi animos ferociamq; ponerent. Rebus
utcunq; ſedatis: burgundus in picardiam abiit relicto pariſii petro eſſaro qui ciuitatem
moderaretur. Hic ad ſuam tutelam lanios quos miniſterio uſuq; ſanguinarios eſſe ſcie
bat in conſortium admittit aduerſus aurelianæ partis ſectatores. præhendit imprimis
uinetum deſpinoſum equitem auratum: quem capite truncatum patibulo tandem ſuſ
pendit ꝗ aureliano faueret. Quam aurelianus iniuriam non ferens: collecto exercitu
hanum primas copias ad præſidium mittit: imperans ut burgundi incœptatõnibus ob
ſiſterent. Qua re cognita burgundus cõtractis ex flandria ſexdecim hoĩm milibus ob/
ſidere hanum feſtinat. Concuſſa mox tormentis porta: quæ ad ſanctum quintinum du
cit cum corruiſſet: hi qui intra oppidum erant ad aurelianũ ducem qui apud chãnium
agebat ſe recipiunt. Deſertum præſidio hannũ poſtq̃ flamingi populati ſunt: in flandri
am conuerſi non ui non precibus neq; ullis minis a burgundo retineri potuere. E a pro/
pter ad anglos miſſis nunciis: auxilium impetrat. Aurelianus autẽ ratus per burgun
di abſentiam pariſios ſibi audituros: ponte apud uerberiam facto: yſaram amnẽ tranſ/
mittit. Inde ad ſanctum dyoniſium: quã auraicenſis princeps iohannes cabilonus bur
gundi noĩe occupabat: mouet. At quia non multũ munitus locus erat deditione facta
princeps auraicenſis iureiurando adigitur: nullo unq̃ tempore aduerſus aurelianũ ar/
ma capturũ. Interim gaucurtus ſancti clodoaldi põtem nocte ſuffuratus eſt. Id ubi au/
relianus cognouit ſuarũ copiarum partem ad pontis præſidiũ collocat. Nec ſegnior
burgundus per pontem melentum pariſium uadẽs: poſtridie q̃ ad ciuitatem uenit ſan/
cti clodoaldi pontem recuperat: occiſis mille prope britonibus pontis præſidio ab au/
reliano deputatis. Quibus priuſq̃ ſubſidio aduenirent ponte iam burgũdus potiebatur.
Nocte inſequenti remeante pariſium burgundo: aurelianus extructo e conſpectu ſan/
cti dyoniſii ſupra ſequanam ponte: caſteldunum propere ſe contulit. At burgundus aſ
ſumpto carolo rege: atq; dalphino: ſtampas mouet: oppidũq; occupat. Præmiſit inde
puiſetum belſiæ oppidum cum duobus hoĩm milibus iacobum marchiæ comitem in
quem barbazanus cum gaucurto quadringentis militibus ſtipatus ex aurelianis adue
niens: comitẽ capit. captũ in arce bituricenſi ſeruat. Reliqui audito comitis infortunio
ſtampas ad burgundũ redierunt. Qui una cũ rege & dalphino ad pariſios ſe conuertit:
dimiſſo domũ exercitu: angliſq;. Duces aũt biturix & aurelianus aĩaduertentes bur
gundũ auxiliares ſibi feciſſe anglos: & nunc dimiſiſſe: albretũ confeſtim ad henricum

angliæ rege ire iubent: qui auxilium ab eo petat. Audiuit nõ illiberaliter anglus albre/
tum: & thomam filium ſuum clarẽtiæ ducem: & cum eo eboracenſem: iohannẽ quoq;
cornubieñ. cum octingentis equitibus & ſagittariis mille in franciam ad duces mittit.
Interea dum hæc aguntur: iohannes burgundus conceperat aĩo bituriges obſidere:
atq; ob idipm dñm de hely cum bona militum manu linieras p̃miſerat. Quod ubi dux
borbonius accepit ex bituricenſi ciuitate ſub lucem mouens: copiarũ ductorẽ inuadit:
ſed dilapſus in arcem ſuos prædæ borboniorũ obiecit. At burgundus aſſidue regẽ dal
phinũq; ſecum ducens: dum de obſidendis biturigibus cogitat: dunum regium ſexto a
biturigibus lapide ſemotum imprimis capit. Deinde poſtq̃ ad unam ciuitatis portam
dies quadraginta fruſtra cõſedit. Alteram quæ ſancti priuati dicitur circũuallat. Eo ad
eum ſe contulit cum ſexcẽtis militibus ſiciliæ rex ludouicus qui partium eius erat. Cæ
terum ubi dalphinus certum de anglorũ aduentu nuncium accepit: molitur priuſq̃ ſe
cum biturigibus hoſtis coniungeret diſcordias cõponere: itaq; conuenientibus ad col
loquium apud rochas non lõge a charitate principibus: cum ſe uanteram ubi rex age/
bat conuenire promiſiſſent non comparuere: propterea ꝙ delatum eis fuerat ſi eo pro
ficiſcerentur capiendos fore & antiſſiodorum in cuſtodia mittendos: & tandem necã/
dos. Tanto autem flagitio cum petrus eſſarus magnopere repugnaret de re ip̃a duces
certiores effecerat. At angli ligere traiecto audiẽtes principum reconciliatiõem cum
nemo illis ſtipendium ſolueret: bellum locum cum monaſterio populantur: & abba/
tem captiuum abducunt: angoliſmorum præterea ducem. Quem in angliam miſſum:
centũ milliũ librarũ pecuniæ loco q̃ eis debita eſſe dicebãt obſidem tenuerunt ãnos
duos & triginta. Erat autem ducis aureliæ frater. Burgundorum factio coneſtabilẽ
eo tempore ſancti pauli comitem inſtituerat: qui apud ſanctum remigiũ de planis nor
manniæ uicum gaucurtum prælio ſuperauit: quadringentis alterius factionis occiſis.
Anno ſalutis. M.cccc. decimotertio. Quo anno lanii & carnifices pariſiorũ quos ſco/
riatores illa ætas appellauit autore burgundo ſeditione facta ſymonem cabocheum &
iaqueuillum cum iohanne trecenſi medico ſibi ducem præficiunt: atq; his ductoribus
ad ducis aquitani ædes profecti complures ex aulicis quos nomine ſcriptos habebant
furentes ſibi tradi petunt. Eius clamoris cauſas neſciens dalphinus: ad burgundum qui
coram aderat orationem uertens: familiam inquit meam quam hic furẽs populus de/
poſcit tuæ fidei iohannes ducendam quo uoles committo: donec ferocia hæc defer/
ueſcat. Recepit burgundus ex ducis familia quos carnifices uoluerunt eoſq; domum
ſuam præſens duxit. Eodem die petrus eſſarus qui ſancti anthonii propugnaculo præ/
erat fide a burgundo accepta ꝙ nullo incommodo uexaretur propugnaculo egreſſus
captus & in uinculis habitus eſt. moxq; propugnaculum recipientes latrimolus & en/
guerrandus bournouillus cuncta quæ eſſari erant prædantur & exportant. Præhenſio/
nis eſſari cauſas burgundus in vulgus diſſeminat: illum regiis officiis abuſum cõtra le/
ges eſſe. Monetam diminuiſſe ex quo furto peculium ſibi ingens diuitiaſq; comparaſ/
ſet. Pulchre equidem in prouerbio galli habent: eo tempore canem rabie maxime
agitari cum illum paterfamilias mactare decreuit. Ducitur ad ſupplicium eſſarus & ca/
pite plectitur. Obtinuere tamen amici ut ſepulchro inferretur quod apud diui maturi/
ni pariſienſis ædem iuxta primarium altare uiſitur. Nec ſatis burgundo fuit iacobũ
riuerium equitem nominatiſſimum in uinculis interiiſſe uel (ut creditum eſt) trucida
tum eſſe: niſi etiam mortuo caput fuiſſet amputatum. Necatus eſt præterea petimenil
lus ex ducis aquitani familia genere illuſtris. In nobiles quoq; fœminas: quæ reginæ
famulabantur carnificum ſæuitia graſſata eſt: burgundo auctore: cui maxime aſſen/
tabatur iaqueuillus publicam adminiſtrationem affectans. Sed hæc flagitia non fe/
rentes henricus de marla primus parlamenti præſes: & iohannes iuuenellus aggre/
gata ſibi ciuium non imbecilli manu: regem dalphinumq; adeunt manifeſtantes præ
ſentis temporis iniquam conditionem: necis plena omnia eſſe. Apud perditos ho/
mines regnum atq; imperium extare. Magiſtratibus tantum licere: quantum illi per
mitterent: ducem aurelianum uernonæ cum ſuis in armis eſſe: qui concordiã bonis le/

Burgundi iohãnis nequicia.

Eſſarus necatur.



gibus non recuſaret. Periculis niſi occurrat rempublicam peſſum breui ire. Præſiden/
tis oratione excitus dalphinus ducibus biturige & borbonio accerſitis: una cum popu
lo qui ad eum conuenerat egreſſus: familiam a ſe abductam & reginæ fœminas (recu
ſante burgundo) uinculis emittit. Carnifices autem dalphini potentiam metuentes:
hac atq; illac diſperſi in burgundi terras perfugerunt. Nec cunctatus dalphinus aure/
lianum ducem ad ſe uocat. Quod poſtq̃ burgundus accepit: ueritus ne adueniens ho/
ſtis de paterna nece iudicium poſtularet: ciuitate abire conſtituit: explorans quo id
modo ſine ſuſpitione facere poſſet. Itaq; pencarolum ſaueuſum regi admodum fami/
liarem regem uenatum in bondiſium ſaltum educit: quo cum & ip̃e pergens animum
induxerat in picardiam regem traducere. Sed ſtipatus rex magna pariſienſium ciuium
manu abduci non potuit: atq; ita burgundus per compendium ſueſſionẽq; iter faciens
præſidiis impoſitis artheſium petit. Interim aurelianus Adueniens pariſii hiberna/
uit: cui ſe belli et pacis ſocios Ludouicus ſiciliæ rex et dux andegauus coniunxerunt:
remiſſa burgundo filia quam Ludouici filius deſponſauerat. Et quo amicitiæ arctius
uinculum eſſet: Carolus regis filiorum quartus Mariam Andegaui filiam accepit
uxorem. Principibus mutua amicitia conciliatis: rex compendium quod a bur/
gundo præſidio tenebatur: recepit. Inde Sueſſionem ducens: quia (dum ciuitas op/
gnatur). Nothus quidam ex Borboniorum familia ſagitta iugulo ictus interiſſet:
Sueſſio in prædam militi data eſt. Nec ab eccleſiis temperauit: furor militaris.
Sueſſione direpta Carolus laudunum ſe contulit. Quo Niuernenſis comes bur/
gundi frater adueniens regi fidem dat: nullo tempore ſuppetias laturum fratri.
Profectus inde rex ad ſanctum Quintinum uiromandorum ualidiſſimum oppidum
nuntium accipit de burgundorum aduentu: quos iohannes ad ſe attrebatum uenire
iuſſiſſet: aduerſum quos prodeuntibus barri borboniiq; ducibus cum alenconii atq; ar
migniaci comitibus. Captis inter fugandum aliquot burgundis et guydone de barro:
reliqui tandem attrebatum peruenere. Quo rex mouens obſidione attrebatum circũ
cingit. Demum per hollandiæ dominam quæ burgundi ſoror erat rebus compoſitis:
rex pariſium remeauit. Eodem tempore apud conſtantiam rheni ciuitatẽ ſynodus
uniuerſalis habita eſt. Vbi iohannes uigeſimus tertius ob crimina ſibi obiecta in inſula
marci prope conſtantiam cuſtodiæ traditus pontificatu priuatur. Nec multo poſt gre/
gorius duodecimus & benedictus duodecimus qui ſe pontifices pertinaciſſime prædi
cabant dignitate pontificia ſe abdicantes liberam eligendi pontificem poteſtatẽ con/
cilio præbuerunt. Electuſq; eſt otho colũna qui martinus quintus appellatus eſt. Poſt
q̃ annos quattuor: eccleſia uero paſtore caruiſſet. Et uenientes a henrico angliæ rege
ad Carolum oratores cum peterent catherinam Caroli filiam ſuo regi dari uxorem:
reſponſum acceperunt non eſſe carolo ocium huic rei animum intendendi: q̃obrem
diſcedere in angliam parati oratores duci ſe harfleum petunt: non ꝙ breuior (ut ipſi
ſimulabant) per eum portum nauigatio eſſet: ſed reuera quia nouerant Henricum
claſſem ad traiiciendum in franciam exercitum inſtructam habere: cupere propterea
locum exploratum ſibi eſſe ut portus naturam munitionemq; ſuo regi referrent. Non
multo poſt tempore henricus harfleum adnauigat. Vbi ſtoteuilla arcis beluacenſis
præfectus: baqueuilla & lyonetus braquemontus præſidio affuerunt concedente pau
lo poſt ad eos gaucurto. Aſtabat ad ſubſidium apud caudebecum cum mille quin/
gentis equitibus bouſſicaudus: apudq; honfleum: quæ arx in conſpectu harflei ſita
eſt: agebat cum totidem armatis Albretus coneſtabilis: ut egreſſos nauibus ad fru/
mentationem et pabulationem anglos prohiberent: atq; interciperent. Sed nihil
commeatus diſcedens domo henricus omiſerat. Adeo enim rebus neceſſariis claſ/
ſem oppleuerat: ut nihil foris petendum eſſet. Itaq; tam pertinaci obſidione fran/
ci circumſepti Harfleum hoſti dedunt. Ea lege: ut tunc liberi facti ſi priuſq̃ Henri/
cus Caliſium repeteret a francis non inuaderetur: ſe captiuos ipſi Caliſii repræſenta/
rent. Relictis ad Harflei cuſtodiam præſidiis Henricus Caliſium uerſus cum ſuis
contendit. Id poſtq̃ coneſtabilis Albretus cognouit: Carolo indicat. Igitur mit/

Sueſſio diripitur

tuntur per omnem franciam nuntii qui nobilitatem ad arma uocent aduerſus anglos.
quibuſcum priuſꝗ arthelio abirent prælio decertare carolus conſtituiſſet. Interim al
bretus & bouſſicaudus mareſcallus abbatiſuillam petentes quindecim totos dies an/
glum tranſmittere ſomam amnem prohibent. Deniq; inuento inter corbiam pe/
ronamq; traiectu: amnem henricus tranſmittit. Indignati propterea franci ꝙ hoſtis ſi
ne ulla concertatione ab eis dilaberetur: duces barri atq; borbonii & niuernẽſis comes
anglo diem ad præliandum per caduceatorem dicunt. Qui rem ſibi acceptam eſſe ſi/
mulans: præliandi ſe poteſtatem facturum eſſe promiſit. Sed fefellit henricus expectã
tes francos: & per bellamquercum caliſium petere properabat. Qua re cognita duces
uiam hoſti præcludunt: atq; ad regem qui rothomagi erat mittunt precantes prælio
adeſſe curet. At biturigum dux non contentus totis copiis uno in loco pugnam indi/
ctam eſſe memorq; cladis apud pictauos acceptæ carolum rothomagi continuit ſatius
eſſe dictitans prælio tantum uinci ꝗ et prælium unacum rege amittere. Nihilominus
franci caſtra apud blangium metantes hoſtem ultra progredi prohibebãt parati omni
modo manu prælium conſerere. Verum anglus impetratis uſq; craſtinum induciis
acies interim inſtruxit. Venit interea ad francorum exercitum aurelianus dux cum du
ce brabantino confluentibus inſuper undiq; militibus francis. Prius tamen ꝗ acies pro
currerẽt duces ad hoſtem miſere guyſcardum dalphinum hugonem de traſſy & petrũ
de hely ſciſcitatum quid daturus eſſet: ſi liber abire in angliam permitteretur. Reſpon
ſi (præter aurelianum ducem) nemo conſcius fuit. Ad inſequentem autem modum
ſuas franci acies ordinauerũt. Primam frontem agebant albretus & bouſſicaudus ma
reſcallus tria equitum millia habentes. Hos ſequebantur in primis aurelianus dux cũ
ſexcentis equitibus: dux borbonius mille ducentos equites ducẽs: edouardus dux bar
ri ſexcentis militibus ſtipatus: niuernenſis comes mille ducentorum hominũ ductor.
Poſt hos ordine compoſito incedebant robertus barrenſis & daumallus comes cum
quadringentis equitibus. Comes deu trecentis præerat. Totidem ducebat uandemõ/
tus comes: roſſius comes ducentos. Aderat quoq; brabantinus comes quem hanno/
nienſes ſequebantur. Nam ex ſuis perpaucos eduxerat. Iohanni barrenſi lothoringi
ducis fratri ducenti parebant. In ſubſidiis dextrum cornu richemontus comes & cum
eo ſexcenti equites tuebantur. Siniſtrum uindocinenſis comes totidem ſtipatus arma
tis aſſeruabat. Armatorum ſumma nobilium decem millium fuit præter peditum &
humilis coditionis hominum ingentem multitudinem. In anglorum exercitu mille
quingentos equites & peditum ſagittariorum octodecim millia eſſe fama referebat.
Ordinatis aciebus albretus ualidam equitum manum anglos adoriri imperauerat: du
cibus gaufrido bouſſicaudo: grauilla: trimolo: helipueto brabantino: iohanne denge/
no: aleammo champeo: roberto thralo: & pichone de turre. Qui protenus mouentes
neglecto albreti imperio ad primũ conflictum fugæ perpetuo ſe dedecore cõmiſerũt
Anglus autem explorato francorum ſtatu: cum eos negligenter agere: quoſdam ad
ignem (uelut frigeentes) torpere (id eñ ſub extremo octobri menſe gerebat) alios
per agrum palantes equos curare: & ad paſcendum ducere quaſi hoſtem tam propin/
quum parui æſtimarent ipſe in incompoſitos ſigno dato repẽte ſuos educit. Mox atro
ci commiſſo prælio: cecidere francorum millia quattuor genere illuſtri. Angloꝝ qua
dringenti cum duce eboracenſi henrici fratre. In hoſtis poteſtatem uiui uenere aure/
lianus & borbonius duces: Comites deu: uindocinẽſis & richemontus cum bouſſicau
do mareſcallo. Quos in angliam henricus captiuos duxit. Prælio non affuit dux bri/
tonum licet librarum centũ millia ad ſtipendium militum a rege cum ciuitate maclo
uienſi accepiſſet: donatus inſuper eſſet aureo equo cuius frenum ſellaq; gemmis pluri
mis atq; precioſis ornata erant. Eius equi precium quinquaginta millium aureorũ fu/
it. Blangiana clade affectus rex francus: armigniacum comitem coneſtabilẽ inſtituit
hominem potentem atq; armis ſtrennuũ. Qui armigniacenſium copiis inſtructus: ad
regem confeſtim uenit. Per eoſdem dies Iohannes burgundorum dux contracto
exercitu cum trecas acceſſiſſet miſſis ad eum reginaldo dẽgeno & iohãne maleſtreto



brioci epiſcopo: offert carolus picardiæ adminiſtrationem ſi in anglos bellum gerere
non recuſet. His reſpõdet ſe propterea ueniſſe ut regem dalphinumq; generum ſuum
conueniat. Reuertẽtibus nũtiis rex cum hominẽ armatum ad ſe admittere nollet lit
teras illico ad uicinas urbes dat: ne burgundũ accipiant. Latiniaci tamen qui ad ſequa/
nam pariſienſis agri ſunt ducem & exercitum intra oppidum admiſerunt ubi ab idibus
nouembribus uſq; martii nonas hibernauit. Interim circiter dominicũ natalẽ dalphi/
nus obiit mortem tumulo apud diuam mariam pariſieñ. impoſitus. Defuncto dalphi/
no armigniacus & tanguydus de caſtro pariſianus prætor ciuitatis cuſtodiæ deſignan
tur & carolus pontiniaci comes regis filius præfectus pariſiorum quem capitaneum ap
pellant inſtitutus: miſſis ad hannoniæ comitem oratoribus ut carolum qui dalphinus
iam eſſet & cuius curam gerebat ad præfecturam obeundam pariſium deduceret: mo/
do burgundus abſit qui rerum adminiſtrationẽ magnopere affectabat. Tradunt hy
ſtorici ſigiſmũdum alemanniæ imperatorem eodem anno qui fuit domini quadrin/
genteſimus decimuſſextus ſupra mille ad carolum: deinde ad henricum conciliandæ
pacis cauſa incaſſum ueniſſe. Quo tempore apud ualemontem armigniacus cum ui/
cecomite narbonenſi anglos fugauit: quadringentis occiſis. Fugientem dorſeti comi/
tem henrici patruelem: dum mareſcallus longuyacus incautius perſequitur: ducentos
ex ſuis e conſpectu arflei amiſit. Sigiſmundus cum in anglia eſſet: uenere ad henricum
nuntii de ſuorum apud ualemontem cæde. Eapropter animo æger atq; indignabun/
dus: imperatorem de pace non audiuit. Interim male a francis aduerſus anglos na/
uali bello ad ſequanæ oſtia pugnatum eſt: duce uicecomite narbonenſi & montenaio
Eius incommodi cauſa in piquetum de haya & reuerium boulignum refertur: qui cũ
inſtruendæ claſſi: et ſoluendis millium ſtipendiis præpoſiti eſſent: ſegniter agentes:
nec militem nauibus impoſuerant: nec a terra aliquot onerarias naues ſubduxerant:
cum in conſpectu hoſtis apparuit. A rothomagis inſuper ſeditio ſurrexit: occiſoq;
raolo gaucurto ciuitatis prætore: arcem ciues circumſederant: cuius præfectus erat io/
hannes borbonius pratelli dominus. Erat eo tempore andegauiæ dalphinus ad cu
randum funus ſoceri ſui ſiciliæ regis qui rothomagenſium defectione cognita: carnu/
tum ſe contulit: ubi nuntium accepit: burgundos ſanctum florentinum obſediſſe. Igi/
tur aduerſus illos guidonem torſeyum cum octingentis equitibus: et baliſtariis mille
confeſtim mittit. Occupauerant iam oppidum burgundi: oppidanis ſe illis ſponte de/
dentibus. Propterea franci impoſito arci firmiſſimo præſidio diſceſſerunt. Rotho/
magenſes autem cognito dalphini aduentu: demiſſiores affecti: ſeditionis culpam in
milites tranſferebant: a quibus quottidianis effecti eſſent iniuriis. Admiſſis rotho/
magenſium excuſationibus: dalphinus eis ueniam dat: inſtituto daumallo comite qui
ciuitati atq; arci præſideret. Interea dum rothomagi hec a dalphino geruntur: an/ Touqua arx ab anglis ca/pitur
gli ad touquam quæ ualidiſſima eſt in normannia arx: caſtris poſitis: eam timide ſegni
terq; ab iis qui intus erant defenſam capiunt. Et burgundus eodem tempore nuntia/
batur pariſium cum ingenti exercitu aduentare. Inter hec dubius dalphinus cui potiſ/
ſimum occurreret: decreuit pariſium proficiſci. Vix ciuitatem intrauerat ecce burgun
dus uáuis: & apud burgũ reginæ caſtra facit. Armigniacus autem & qui cum eo pariſii
erant quottidianis illum eruptionibus laceſcentes: damnificanteſq; caſtra mutare coe
gerunt. Propterea ad montemlericum mouens caſtellum certis conditionibus rece/
pit. Inde in uaſtinium contendens: cum puſſiacum fruſtra obſideret: carnutum copias
mouit: quam ſciebat a dalphino recenter defeciſſe. Angli præterea cadomum falleſi/
am baiocas & ſanctum laudum ſubiugant. Nec ſtetit in fide cõiugali regina: cauſam ſu
mens: ꝙ a dalphino atq; armigniaco damnis iniuriiſq; offenſa fuiſſet. Nam cum
grandem pecuniam diuerſis templis ſeruandam credidiſſet: cancellario eius et Guil/
lermo canteo & Iohanne picardo ſcriba theſaurum prodentibus armigniacus: & pro/
uinciæ præſes Iohannes louuetus ea ſibi rapuerant. His cauſis excita mulier burgun/
dum ex carnoto acceſſit. Qui feſtinatiſſimis itineribus ad regem profectus a turonen/
ſibus recepitur: captis theſauri proditoribus qui multa ſe pecunia redemerunt. Et cum

iohannes uinonetus arci præeſſet eam nulla ui impulſus burgũdo permiſit. Mox per
turonorũ loca diſpoſitis præſidiis: reginam cum filia eius catherina carnotum adduxit
Inde ioingny ſe contulit. Quem ad yonam amnem uſq; cum ſexcẽtis ſupra mille equi
tibus perſecutus armigniacus: quia increſcẽtem ymbribus amnem tranſmittere non
poterat retro conuerſus eſt. Senonẽſes tunc temporis burgundorum partes ſecuti a re
ge defecerant. eam ob rem pariſiani duce tanguido eorum prætore ciuitatem illorum
obſident. Qui circũſeſſione arctati: cum de deditione facienda obſides dediſſent: audi
entes ſubſidium illis a burgundia uenire deditionem ad obſidum perniciẽ omiſerũt.
Nam eorum obſidibus capita ſecuri percuſſa ſunt. In linguam occitanam per id tẽ/
pus auraicenſis princeps burgundæ factionis opinatiſſimus ſectator: expeditionem de
ſumpſit. In quem dum aruerni uiuarienſeſq; arma parant: ipſe magnam regionis partẽ
occupat: præter uillam nouam & bellocarum. Anno deinde chriſtianæ gratiæ. M.
cccc. xviii. menſe mayo: iohannes uillerius inſulæ adæ dominus: trecentis bellacibus
atq; ſanguinariis ſatellitibus ſtipatus noctu pariſium ingreditur patefaciente ciuitatis
portam perreneto clerico fabro ferrario: qui patri clauem ciuitatis ſuſtulerat. Iamq; ad
mediam ciuitatẽ nullo percipiente peruenerat cum ſuos clamare pacem & ſalutẽ bur
gundo uillerius iubet. Ad pacis nomen ii q burgundæ factionis erãt excitati: andreana
ꝑtin⁹ cruce deſumpta (id enĩ erat eius factiõis ſignũ) uillerio ſe adiũgũt. Aurelianorũ
uero partium ſtudioſi: abditis locis utcunq; melius poterant ſe credebant. Ea perſecu/
tione cognita: dalphinus & qui cum eo erant in ſancti antonii propugnaculo ſe recipi
unt. Erant autem cum iohãne uillerio ueteres regii officiales & miniſtri qui magiſtra/
tu fuerant amoti: qui ad regem cum uillerio uenientes: innouata cum eo familiaritate
atq; beniuolentia: hominem mentis impotem equo impoſitum per urbem circũdu/
cunt ad populi fauorem ſibi conciliandum. Nec mora in omnes quos ſibi hoſtes eſſe
arbitrarentur deſæuiũt. Atq; in primis armigniacum: henricum de marla franciæ can
cellarium: comitem de grandiprato: & q̃plurimos uariæ dignitatis & potẽtiæ homĩes
quos in cuſtodia diuerſo carcere deſtinebant: interimunt. Nam miſſo ad eos lictore:
cum perditis hominibus qui ex agris ad eos defluxerant: eos e feneſtris uel pinnis præ
cipites in pauimentum deſilire compellebant: iohanne burgundo pariſii agente. Au/
ctoribus quoq; quem dixi uillerio: iohanne lucemburgo: carolo de lens: claudio ca/
ſtello: & guidone barrenſi. Interemptorum per hanc tyrannidem numerus millium
quattuor fuiſſe relatum eſt. Cauſa necis ſatis erat alternæ miſerationis ſignum aut ſi qs
ſua perdidiſſe quereretur. Nam qui regis erant armigniaci: qui burgundi: burgundio
nes per ignominiam appellabantur. Dalphinus autem cum ex propugnaculo ſan/
cti antonii meldunum perueniſſet: accitis belli præfectis: petrus de rieux mareſcallus
frãcus & barbaſanus: compluresq; alii armatorum ductores ad eum profecti ſunt. Qui
bus cum propugnaculum antonianum repetens: tentat pariſios recuperare. Progreſſi
itaq; per ſancti antonii militarem uiam iam ad bauderii portam uenerant: cum domos
ciuium ingredientes: prædas agere miles cepit. Quãobrem irritatis in ſe ciuib⁹ cœpto
deſtiterũt. Et dalphinus ſpe recuperandæ urbis depoſita: meldunum rediit: cõmittitq;
tanguido campaniæ & briæ finitimarumq; urbium adminiſtrationem. Inſtituit quoq;
linguæ occitanæ rectorem comitem fuxi. Qui magiſtratu adepto nihil moratus: con
tractis copiis auraicenſem regione ad nymatenſem uſq; urbem & ſancti ſpũs pontem
extrudit. Interim dalphinus in turonos progrediens ciuitatem recepit: ciuib⁹ nullo
damno affectis. Præerat per hos Conciaco caſtro petrus de ſantatrila uaſco: cẽtum
equites habens. Quem ancilla quam ſibi ſeruientem domi habebat hoſti (ut ꝑtenus
dicam) prodit. Erat in uinculis homo ancillæ notus. eadem qua mulier patria oriũdus
Hec cum ad captiuum interdum uerba faceret: Captiuus fidem interponit ſi ſe libera/
ret. eam in uxorẽ accepturũ. Ancilla ſpe nuptiarũ ducta: ſub puluinari quieſcentis dñi
claues arcis noctu ſurripit. Et carcere recluſo uictiſq; emiſſis: illi ad præfecti cubiculum
irrumpentes hominẽ iugulant: atq; opibus direptis arce potiunt accerſito feſtinanter
iohãne lucẽburgo: q in uiromãdia agebat. Illuceſcente ſole petri milites ſolitudinem

Auraicenſis princeps

Iohannis uillerii crudelitas

Cædes

Inſolens miles

Proditio ab ancilla



arcis e proximo uico admirantes: inſcenſis equis pars montẽ acutum: pars guyſam in
terracia petiuere: duos præficiẽtes ſibi belli duces: ſtephanum uignolum qui & hyrus
appellatus eſt: & potonem de ſantatrila armis per omnẽ ætatem inſtructos & apprime
belli peritos. Qui mox in agrum ſueſſionum ducentes cum equitibus quadraginta tm̃
lõgauallum quadringentis militibus ſuperbum fundunt. Eadem quoq; fortuna uſi he
ctorem ſaueuſum mille armatorum ductorem in territorio laudunenſi ſuperauere.
Pontiſaram franci per id tempus ex anglorum ſubiectione funibus in muros ſcandẽ
tes noctu recuperarunt. Henricus autem angliæ rex: primo uere inſequentis anni: q
erat chriſtianæ ſalutis milleſimus quadringẽteſimus decimuſnonus rothomagum cir
cũducto milite obſedit: occaſione accepta: ex ciuium ſeditione qui præfectũ ſuum dau
malum comitem cum multa normannorum nobilitate ciuitate expulerant: admiſſis
burgundis cum duce eorum guidone boutilerio. Septem totos menſes anglus obſidi
onem continuauit. nihil omittẽs quod ad expugnationem pertineret. Nec minus cõ
ſtanter obſeſſi reſiſtebant. Ita ut commeatus pœnuria tabeſcentes muribus ueſcerẽtur
ſperantes uel burgundorũ uel dalphini ſubſidio prope diem iuuari. Sed neuter opem
tulit. Nam burgundus neglexit. Dalphinus autem occupãtibus anglis ſequanæ amnis
aditus: ſuppetias mittere non potuit: & erat illi aliunde aduerſus iohannem burgundũ
ſollicitum negocium cui copiis non ſatis potens obſiſtere nequibat. Igitur deſerti au/
xilio rothomagenſes in hoſtis poteſtatem uenere. Interea burgũdus diu uarius ani
mo: anglorum ne an dalphini amicitiam ſibi compararet: tandem dalphini partes ſeq
conſtituit: hortantibus maxime philippo ioſquino & iohanne tonlonguo cum nobili
fœmina dña de grat. Eſt oppidum cum arce ubi amnis yonam ſequana influit: cui mõ/
ſteriolum nomen eſt: pontem ad utranq; fluminis ripam habens cum ſublicio tabula/
to quod in portæ formam pro rerum & temporũ conditiõe ſublatum uiam præcludit
intrare uel egredi oppido uolẽtibus. In eo loco dies principum conuentioni dictus eſt
Congreſſuris principibus: ne ab aulicis alter altrius principis tumult⁹ oriretur: placuit
tabulatum erigi atq; obfirmari: & ad pontis caput oppidum uerſus ex tignis & ſublicis
tabernaculum extrui: in quod cum ſingulis principibus dalphino atq; burgundo decẽ
delecti proceres tantum introirent. Cõuentu inito: cum hinc atq; hinc multa de præ/
teritis iniuriis refricarent: ſubito excandens unus qui cum dalphino aderat: iohãnem
burgundum necat. Hic fuiſſe creditus eſt tanguydus de caſtro aureliani ducis qui pari
ſii imperante burgundo interemptus eſt maxime olim familiaris. Iohanne necato:
philippus eius filius qui pariſii agebat anglis ſe coniũgit. Carolumq; regem cũ regina
et catherina filia quos in poteſtate pater uiuens habebat hẽrico anglo tradit: pariſios
quoq; briam campaniam atq; burgundiam adiungit. Quibus auctus henricus catheri/
nam caroli filiam trecis uxorem accepit: non reclamante populo qui ſpem acceperat
libertatis cum tot potentes ad pacem cõiunctos principes uideret. Facile ſiquidem pó/
pulus fidem conſtantiamq; propoſita ſibi libertate commutat. Dalphinus dum hec
aguntur in linguam ſe occitanam confert: ubi recepto ui ponte ſancti ſpiritus: & ny/
matenſi urbe recepta: comitem fuxi magiſtratu amouet inſtituto in eius locum caro/
lo borbonio claromontenſi comite. Qui biterras a fuxẽſibus occupatas mox obſedit
cepitq;. Dalphinus autem his geſtis ad bituriges turonoſq; feſtinus acceſſit. Hen/
ricus uero ex trecenſibus ſenones adoritur: ſcotorum regem quem captiuum habe/
bat ſecum ducens ratus ſcotos qui auxiliares dalphino uenerant. Captiui regis fortu/
nam miſeraturos & cum eo in ſcotiam reuerſuros. Sed illi parui habito rege: dalphinũ
ſecuti ſunt. Subiugatis ſenonibus: moretum monſteriolumq; capit. Inde meldunum
circũcingens: latus oppidi quod ad ſiluam reſpicit anglus obſidet. Alterum ubi eſt di/
ui petri templum burgundi tenuerunt. In præſidio erat barbaſanus qui meldunũ egre
gie tuebatur: qui tandem frumenti copia defectus: dedere ſe anglorum poteſtati com
pulſus eſt. Libertate inde abeundi omnibus propoſita: præter eos qui iohannis bur/
gundi necis conſcii haberentur. Oppido recepto: quos uoluit reos henricus depræ/
hẽdit: & in primis barbaſanum & aliquot militum præfectos: cum alicuius nominis &

*Hyrus*

Pontiſara recuperata

Rothomag⁹ obſeſſa

Burgũdi ducis cædes

Henricus angl⁹ catherinã caroli filiam duxit uxorẽ

Meldunũ capitur

Meldis capit̃

potentiæ incolis quos pariſium in cuſtodiam miſit. Meldem quoq; paulo poſt anglus
circũuallat & ſuppetias obſeſſis ferentem dauphemõtum dum in ciuitatem irrumpe/
re feſtinat: capit. Deſperato ſubſidio: obſeſſi cum diſſidium inter ſe concitaſſent: dedi/
tionem faciunt: data poteſtate militibus abeundi: præterq̃ notho de uauru eiuſq; uica/
rio: quos hẽricus ad arborem ulmum quæ in uia militari pariſium uerſus procera erat:
ſuſpendere iuſſit. Paucis poſt diebus ipſe cum uxore in angliam traiecit: ubi pregnãs
regina henricum peperit. Quo tempore comes de pointieure britonum ducem captũ
in cuſtodia ſeruauit. Et clarentiæ dux henrici frater ex normannia andegauiam cum
ualida armatorum phalange profectus: caſtra apud bellifortum metatus eſt. Qui ex
ſcotis frumentatoribus captis cognito inter prandendum: q apud baugeum franci cũ
ſcotis in armis eſſent: a conuiuio ſurgens. Adoriamur inquit illos in noſtra ſunt pote/
ſtate. Nec pedites ulli ſed equites tantum nos comitentur. Progredientibus anglis ad
uicum cui paruus baugius uocabulum eſt: iohannem de cruce ſtrennuum equitem
gallum offendunt. Qui conſpecto hoſte raptim cum ſuis templum ingreſſus: offirma
tis in hoſtem portis in turrim eccleſiæ conſcendit. Vbi dum fruſtra clarentiæ dux ſe/
det: reliquos inuadere frãcos appropat. Præcedebat aciem dux ſuper galeã ſertũ aure
um gemmis honeſtatum portans. Quem in ſe irruentem franci inter primos necant.
& cum eo complures proceres anglos. Captis comitibus hantitono & ſombreſſeto:
necnõ thoma beauforti ſombreſſeti fratre: reliqui fuga dilapſi ſunt. Qui cenomanum
petentes: cum effractum pontem comperiſſent: deſumptis candidis francorum more
crucibus ſe francos ſimulantes: ruricolas pontem inſtaurare compellunt: quos tranſ/
miſſo ponte protenus trucidarunt: ſeq; in normanniã contulere. Interim dalphinus
ex pictauis turonum ueniens: comitem bouſcaudum ſcotum coneſtabilem creat: & ad
uerſus burgundos ducens montẽmiraldum gallardonemq; in cenomania capit. Cæ
terum henricus ex anglia accepta fratris ſui clarentiæ ducis morte: maioribus copiis
eductis: druydes id eſt drocas capit: & deinceps uindocinas adortus: baugentium con/
tendit. Sed cum ad uada ligeris caſtris poſitis anglum tranſitu franci prohibent: henri
cus commeatu deſtitutus: ſecundum ligerim iter faciens in belſiam exercitum ducit:
hortenſibus herbis atq; holeribus tantum uitam ſuſtentantem. In ea regione reuge/
montem a ſe captum incendit: ſupplicio affecto cum ſuis commilitonibus arcis præfe
cto. Poſt hec ad uillam nouam quæ ad amnem yonem ſita eſt contẽdens oppidum ui
occupat: atq; inde uindocinas uerſus ſe conuertens: fame peſtilentiaq; uexatus: quat/
tuor ex ſuis millia amiſit: auium ferarumq; pabula: quæ per agros ſcilicet inhumata
iacuerunt. His ipſis diebus iohannes foreſtanus rochebaronis dominus burgundæ fa
ctionis: aruernos ductis in eos copiis uariis incurſionibus uexauit. Verum complures
aruerni proceres ex anicio duce carolo perdriaci comite in hoſtẽ progreſſi ſunt: quos
ubi uenientes ad ſe hoſtes conſpiciunt: in oppidum quod ſerueretam incolæ uocant

Seruereta oppidũ capit̃ a francis

ſe conferunt. Franci autem nihil cunctati proxime oppidum caſtra metantur. Interim
caſtris egreſſus ſagittarius quidam: molendinum quod iuxta erat petit: quippiam præ
dæ ſperans. Nec diu moratus molendino ignem intulit: quo mox oppido conflagrã/
te: burgundi partim ad perdriaci comitem & francos: ueniam petentes confugerunt:
partim cum foreſtano per montana rochebaronẽ petiuere. Quos perſecuti franci ro
chebaronem & alias quæ foreſtani arces erant receperunt. Conenſes autẽ qui ligerim
accolunt cum a francis obſiderent̃: de oppido dedendo obſides tradiderũt ſi intra cõ/

Henric⁹ moritur

ſtitutum diem ſubſidio non iuuarentur. Henricus opem conenſibus laturus morbo
(quem fiacrii eſſe vulgus credit) corbolii decumbens: non multis poſt diebus defun
ctus eſt. At nihilominus bethforti dux conẽſibus ſuppetias tulit: & franci acceptos ob
ſides reſtituerunt. Ex conenſibus bethfortus dum bituriges adoriri contendit: audita
henrici morte: cœptis deſiſtens in angliam: burgundi in burgundiam redierunt. Inter

Caroli ſexti mors

hec belli incommoda Carolus rex ultima naturæ perſoluit: apud ſanctum dyoniſium
ſepultus. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo. xxii. quo etiam anno henricus
mortem obierat.



Eiuſdem compendii Liber decimus.

t

Rium ꝓxime præcedẽtium regum fortuna: aduerſitatis quidẽ atq;
miſeratiõis plena fuit. Sed queadmodum ſolidum & uegetũ corp⁹
malæ ualitudinis nõ confeſtim ſentit incommoda: ita ſupioris tem
poris locuples & diuitiarũ oppletus populus tolerãdis aduerſitati/
bus primũ ſufficiens: frequẽtia tandem calamitatũ attritus tabeſce
re & quaſi obſtupeſcere cœpit. Nam toto regno hic a burgũdioni/
bus: inde ab anglis mox ab his qui ſe rebus cõſulere dicebãt ita tu/
multuabat̃: ut dicere difficile eſſet: hoſtis ne: an francus plus damni miſerabili populo
importaret. Eo quoq; fortunæ iniquitas proceſſit: ut carolo eius tempis regi: de quo
ſcribere incipio bituriges tm̃ parerent: & bituricẽſis rex ipſe ab hoſtibus uocaret̃. Quæ
eñ militum cohortes & præfecti: ſparcis locis arces & aliquot loca tenebãt: nullo ſti/
pendio ſuſtentati: ſicut ab hoſte cum poterant rapiebant: ita ab amico atq; obtẽpante

Carol⁹ ſeptimus rex

pro eorum libidine auferebãt. Per has igit̃ malorũ omniũ tempeſtates carolus caroli
ſexti filius rex appellatus eſt. Hẽricus præterea (patre henrico defuncto) regiũ frãciæ

Hẽric⁹ angl⁹ pſeudo rex

nomen uſurpabat: franciæ angliæq; ſe regem publicis priuatiſq; litteris: & forẽſi ſigillo
monetaq;: quam nouam cudit appellans. Itaq; cum ex uetuſtiſſima edouardi tertii q̃/
rela: tum ex ea quam nũc dicam cauſa franciæ regnum hẽricus uendicare ſe iactitabat.
Itaq; dum catherina caroli ſexti filia hẽrico huius henrici patri nubit: Hæ matrimonio
leges dictæ ſunt. Si præ hẽrico uita defungeret̃ carolus: franciæ regnũ hẽricus adiret.
Sin contra: & ex hẽrico uirilis proles ſuperſtes foret: Carolo deficiẽte henrici filius frã
ciæ principatũ adipiſceret̃. Nulla de carolo cuius nũc geſta ſcribere aggredimur legiti
mo licet hærede mẽtione habita: tanq̃ ad eum nulla regni portio attineret. Itaq; in re/
gia & primaria francoꝝ ciuitate henricus ipſe temporaria ambitione ſuperbiens q̃q̃ in
anglia unum annũ agens educaret̃: regia appellatione atq; adminiſtratione uſus eſt:
ebetis quidem ingenii nec ſatis ad regiam maieſtatẽ idonei. Cui tametſi illuſtre exor
dium fortuna conceſſit: deſeruit tñ & utroq; tandem regno extruſum miſera ſeruitute
ſeneſcentẽ affecit. Ad primas hẽrici gloriolas & faſtus Carolus intẽtiore aĩo nixuq;
erectus: armis ius tueri: & hoſtem extrudere regno tẽtauit uictis aliqñ: atq; interdũ ui/
centibus francis. Nuſq̃ tñ per eos dies totis copiis pugnatum eſt. Sed ut caſu ſe milites

Haticurt⁹ anglos uincit

offendebãt occaſione captata: repẽtina prælia committebãt. Inter quæ illud inſigne fuit
quod a ſalſeberiẽſi & ſufforto anglis comitibus dum cranantũ obſident cõmiſſum eſt
Vbi dum boucatius coneſtabilis & almaricus ſeueracus ſeneſcallus a carolo miſſi libe
rare obſeſſos magnis uiribus contẽdunt duobus ex ſuis millibus occiſis: ipſe coneſta/
bilis uiuus capit̃. Quo fere tempore aliud contraria admodũ ſorte a iohãne haricurto
comite daumalo apud broſſimerã aduerſus anglos quaſi ludente fortuna geſtum me/
morat̃. Ex normãnia duce thoma poullo: angli ꝓfecti: incurſionibus p andegauẽſem
cenomanũq; agrum factis: cum apud ſegreyum caſtrum aliquos dies caſtra habuiſſẽt
obſidibus acceptis: captiuiſq; abductis & abactis pecoribus: normãniã repetere conſti/
tuerũt. In eo igitur uiculo inſtructa acie ſe ſiſtẽs daumallus hoſtẽ expectat: præmiſſis
octoginta eqtibus: duce ambroſio deloro & ludouico tromargo: q hoſtis aduentũ ex
plorarẽt. Quẽ ubi cõſpexere: aĩoſi in eũ ferunt̃. Sed q in prima fronte angli pedites in
cedebãt: ſinguli ſingulos p̃acutos ſibi pallos ueteri ſuo more præſtituũt. Quare franci
eqtes a pedite anglo ſenſim diuertẽtes in poſtremã aciem incurrũt: ita ut turbatis or/
dinibus peditẽ ãglũ ſimul cum equitibus pugnare coegerit. Interim aduenĩẽs cũ ſuis
daumallus: præliũ acerrime cõmittit fuditq; hoſtẽ. recupatis obſidibus atq; captiuis cũ
millibus boũ duodecim. Ex anglis eo prælio q̃dringenti ſupra mille ceciderũt præter
eos qui fugiẽtes necati ſunt. Ex francis eques unus auratus iohannes ruffus cum aliis
paucis deſideratus eſt. Ex angloꝝ toto numero centũ oĩno euaſere Capto in fuga tho
ma poullo & thoma clitone. Victoria potit⁹ daumall⁹ in normãniã p abrincas ad ſctũ
laudũ uſq; ꝓgreſſus: tãdem in cenomaniã reuerſus eſt: præda onuſtus & gloria clarus.

Sedana ab ãglis capit̃

Per id tempus ſalſeberienſis comes anglus ſedanam briæ oppidum circumſedit: &

expugnauit:occiſis inter oppugnandū quadraginta francis cum eorum præfecto guil
lermo marino:& totidem ex imperio comitis furcis ſuſpēſis. In normānia uero cū
ſancti michaelis montē qui in æſtuario maris eſt britāniam uerſus angl⁹ circūuallaret
turriculis ex materia ad militis ſtationem per montis ambitum extructis:magniſq; na
uibus & milite & commeatu inſtructis: ne quid ad obſeſſos importari poſſet mirabili

Mons ſancti michaelis obſidetur

rerū pœnuria incolas affecit. Donec comparata apud ſanctū malum claſſe:bellifort⁹
britonum admiraldus anglos inuadere fœliciter tentauit. Nam ita nauali prælio ſupe
rior extitit:ut anglis copioſo numero occiſis obſidionem diſſoluerit. A b obſidione di
moti angli:ardonem tribus paſſuum millibus a monte diſtantem fugiētes:in eo loco
propugnaculum quod baſtildam vulgus appellat extruūt. Ex quo ī arenas frequēter
ptogreſſi leuia cum iis qui in præſidio apud ſanctum michaelem erant prælia commit
tebant:donec iohannē conlōceus normānus eques (ſicut inter eum & michaelianos
conuenerat) ſtatuto die aduenieus:repertos in arena anglos ad ducentos occidit: Ca
pto nicolao bourdeto anglo opulento homine. Venit eodem tempore rupellā co
mes glaſcueñ. ſcotus quinq; armatorū millia ducēs ut carolo regi auxiliaris eſſet. Quē
rex beniuolo affectu & multo honore ſuſcepit. Dux autē bethfortus quem franciæ
regentem anglicana factio appellabat yuerum normāniæ arcem obſidens:poſtq̄ mē/
ſes tres in negocio perſeuerat:giraudum loci præfectum eo neceſſitatis perducit:ut in
tra definitum diem ſi ſibi nō auxiliarent᷑ franci:arcem dederet. Quod cum giraud⁹ re/
gi per caduceatorem nūtiaſſet:Carolus ex turonis iohannē alenconii ducem deputat
qui unacū comite glaſcueñ:comite boucano:comite daumalo:& uicecomite narbo/
nenſi bethfortum ab yuero propulſarent. Illi per carnutes magnis copiis iter faciētes
certi facti ſunt giraudū arcem bethforto dedidiſſe. diuerſi igit᷑ ab yuero:uernoliū quā
anglus tenebat capiunt:quæ cum ad alenconii ducis ius pertineret:eam duci reſtituūt

Pugna apud uernolium

Ibi dum de futuro bello gerendo conſultant:bethfortus in eos mouere nūtiat᷑. Fuere
qui prælium detrectarent:ſuperiorꝝ incommodorꝝ non obliti:quæ & apud creciacum
& deinde apud blangium franci accepiſſent. Alii quibus odioſus erat anglorꝝ principa
tus, prælium ſuadebant:dedecori illis atq; timori datum iri:ſi in proximo habētes ho/
ſtem pugna abſtinerent. Nam ſi nullo commiſſo prælio inde abeant:fugæ ſimilē diſ/
ceſſum eorum eſſe. Vicit ſentētia hec:quæ infœlicem habuit exitum. Egreſſi uernolio
franci:in proximo agro acies inſtruūt. Et utriq; cornu equitatus partem diſtribuunt.
Bethfortus interim ordinato agmine incedens:mox ubi in conſpectu aſtitit:frāci præ
lium conſerūt. Lombardi equites numero quadringenti quibus mandatum erat ī pri
mam hoſtium aciem irrumpere cum primos in frōte obuios fudiſſent prædæ auidi ad
diripienda caſtra magis q̄ ad feriendum hoſtem operam nauauerūt. Qui autem alteri
cornu præerant equites franci cum ſe in primā ſagittariorꝝ frontem intuliſſent:anglos
fundunt:diſſipant:occidūtq;. ita ut facile hoſtis exiſtimaret uictoriam penes francos
eſſe. Sed bethfortus ſuos reuocans & fortiter pugnare cohortatus:præliū inſtaurat frā
coſq; euicit. Ex quibus cecidere glaſcuēſis comes cum filio iameto:Comes boucanus
daumalus:uicecomes narbonēſis:comes uentadorus grauilla:belſautus:carolus bon⁹
antonius cahorſus malicornus:guillermus de palude:alii præterea ad numerū quinq;
millium. Capti fuere alenconius dux & eius nothus: & taietanus franciæ mareſcallus.
Potiti uictoria angli uernolium recipiunt:dimiſſis libere francis qui oppidū tenebāt.
Salberiēſis poſt hec comes collectis copiis dum cenomanū eius obſidēdæ cauſa p/
git:guillermus porcus eques ex inſidiis quas nō procul a ſagio poſuerat:in anglos in/

Cenomanū capitur

ſiliens complures nullo ſuo damno interemit & cepit. Nihilo tamen ſegnius ſalberiē
ſis præteriēs cenomanū duxit:quam tormētis labefactam tādem ſubiugat:data frācis
abeundi poteſtate:cum ei mille quingētos aureos perſoluiſſent. Mouit inde ad ſan
ctam ſuſannam eiuſdē regiōis ualidum oppidum. Cui ambroſius delorus præfect⁹ erat
Dura obſidio fuit:quippe quæ & anglorum cōtinua oppugnatione & francorum uirili
defenſione vulnerum & mortis plena extitit. Habebat anglus tormēta nouem: quas
bombardas dicunt quibus oppidi muros cōtinenter quatiebat:ita ut paucis diebus tm̄



muri deiecerit quātum arcu emitti ſagitta poteſt. Igitur cōpulſus neceſſitate delorus
deditionem fecit:duobus ſcutorꝝ millibus pro ſua ſuorumq; libertate hoſti perſolutis
Cepit præterea ſalſeberiēſis arcem menā cui inhes nomen incolæ dicūt:cepit & ferita/
tem bernardi quarto menſe poſtq̄ eam circūſediſſet. Liberatus ex eodem tempore

Artur⁹ richemōtus ex anglia liberat⁹ coneſtabilis a carolo conſtituit᷑

ex anglorꝝ poteſtate arturus richemōtus comes britonum ducis frater: ad carolum q
andegauis agebat ex anglia uenit:& ſalutandi regis & ei obſequēdi cauſa. Quē perbe/
nigne carol⁹ habuit:eūq; coneſtabilat⁹ dignitate affecit mortuo in uernoliana pugna
boucano qui eundem magiſtratū geſſerat. Paucis poſt diebus exactis. Angli cū ſanctā
ianiā dirutum olim oppidum & britonibus finitimū īſtauraſſent:poſito illic robuſtiſſi
mo ex ſuis præſidio:arturus coneſtabilis collectis uigīti hoīm millibus: ſanctāianiam
circūſidere pergit. Dum aūt quattuor totas horas in oppugnatione conſumit. Angli
per poſticum quæ ad lacum oppido proximū eſt eruptiōe facta:eius partis inſultores
partim pellunt partim interimūt:alios in ipō lacu merſos extingunt. Igitur omiſſa op
pugnatōe cum in caſtra franci reuertiſſent:exorto exercitu media nocte tumultu:oēs
deſertis caſtris tormētiſq; reclamāte arturo in ſua quiſq; remeauit. In andegauiam tm̄
non multo poſt ducens guellerandū cepit. Contra uero angli remetortum arcē ceno
manenſibus abſtulerūt. Quam paucis poſt diebus ſableyus præfectus & belmanori⁹ ad
iutore ambroſio deloro ui receperūt & deinde malicornum. Quo tempore gyacus

Gyacus theſaurarius demergit᷑

inter regis conſiliarios primarius delatus q͛ regis fiſcum theſauroſq; ad ſuos uſus ma/
gis q̄ rei publicæ utilitatem diſpenſaret:arturi iuſſu capit᷑ & in profluento demergitur.
Obſidentibus per eos dies montiſargum anglis:oppidūq; perſeuerāti oppugnatōe
premētibus:mittit arturus ad obſidionē ſoluendam:equites armatos grauillā & gau/
curtum:ſtephanūq; uignolum hyrum. Hi accepta forti militū manu:dum ad mōtiſar
gum peruenere:effractis munitionibus quibus ſe hoſtis circūſepſerat plurimis occiſis
anglos fugant. Non diſſimili fortuna apud ambrieras pugnauit ambroſius delorus
aduerſus henricū blancū anglum:ducētis ſupra mille armatis ſtipatū cum ipē delorus
centum tm̄ & ſexaginta equites haberet. Eadem tempeſtate alēconii dux qui apud

Alenconii dux de captiuitate redit

uernoliū captus fuerat ex anglia liberatus eſt:ſolutis ob redemptionē eius ducētis au/
reorꝝ millibus quæ partim pſto ipēdit:datis pro his quæ diſſoluēda reſtarēt obſidibus
Inter hec cenomanenſes anglorꝝ principatū peroſi:aliquot præfectis francis accitis
eos in ciuitatem clam admittūt:comite doruaIo atq; albreto negociū gerētibus. Ho/
ſtes cognito frācorꝝ ingreſſu in turrē (cui orbendellæ nomē eſt) iuxta ſancti uincentii
portam propere ſe recipiūt:mittētes feſtināter ad tallebotum qui alenconiū tenebat:
ut ſuppetias illis ferat:dum ſpes extabat recuperādæ ciuitatis. Tallebotus cui paratæ ī

Franci negligentes

armis copiæ erant audito ſuorꝝ periculo magnis itineribus cenomanos petit. At franci
quaſi ſecuri rerum ſuarū:in diuerſoriis delicate ſe curātes quid hoſtis moliret᷑ parum
aduertebant. Itaq; ueniēs tallebotus & a ſuis receptus per eam quam ipſi occupabant
portam ciuitatē inuadit recepitq;:exturbatis francis & iis qui deditiōis cauſa fuerāt ci
uibus ſupplicio affectis. Nec diu moratus tallebotus pontorſonē a richemōto inſtau/
ratam & ualido præſidio munitā obſidet atq; expugnat. Aurelianū quoq; ſalſeberiē

Aurelianum ab anglis obſeſſum

ſis comes & cum eo tallebotus & comes ſuffocus cōtracto ingenti exercitu:anguſtiſſi/
me circūcingit:ædificatis per gyrum quattuor firmiſſimis ꝓpugnaculis quibus impor
tari quicq̄ in ciuitatē facile prohibebant. Nam quæ ad ligerim amnē ſupra aurelianum
infraq; oppida ſunt anglo parebāt. Fuit tm̄ aurelianēſibus animus ſemper erectus:& an/
glicæ dn̄ationis impatiēs. Quibus præterea carolus rex q̄ poterat maxime erat ſine in/
termiſſiōe ſubſidio. Et aureliani ducis nothus iohānes homo apprime militaris egre/
giam nauabat tuendæ ciuitati operam. Bouſſacus quoq; franciæ mareſcallus:cum ſte
phano hyro ciuitatē cōtinenter tutabat᷑. Erant ea parte qua in belſiam uia eſt:grandia
ſuburbia & cōplures ædes ſacræ. Quæ omnia franci ne hoſti commodū afferrēt dirue
runt. Angli uero ad alterā ligeris ripam ſuburbiū cum propugnaculo pōtis occupabāt
Non tm̄ ita omnia complectebant᷑:quin inter propugnaculū grande:cui londoniæ no
men hoſtis indiderat:& id quod ad ſanctū lupum erat multū ſpacii itercederet:qua ad

obſeſſos uia patebat. Igitur ut laborāti ciuitati ſubueniret᾽: dux borbonius:& cum eo
ſtruatus coneſtabilis ſcotus:doruallus præterea & ſtephanus hyrus collecto iuſto ex/
ercitu:dum aurelianis ſuppetiari conſtituūt:nuntiū accipiunt:iohannē faſtolū āglum
equitem commeatū ex pariſiis copioſum deſumpſiſſe:& ad eos qui ī obſidiōe agebāt
deducere:adiutore ſymone morhiero pariſioꝝ prætore. Spe aūt intercipiēdi cōmea/
tus adducti franci:in iohannē faſtolum iter cōuertunt. Ea re cognita faſtolus ex tēpo/
re conſiliū ſumēs:curribus atq; uehiculis ſe ſuoſq; nō procul ab ieuilla belſiæ oppidulo
circūſepit:& relictis equis pedes pugnat. Idem ſtruatus & doruallus cum bona frācoꝝ
parte faciunt. Ceſſit faſtolo uictoria ſtruato doruāloq; cum ducentis ſuoꝝ occiſis. Bor
bonius uero aurelianū cōtendit. Per eam obſidionē ſalſeberiēſis comes (ex ꝓpugna/
culi feneſtra quod ad extremū pontem eſt) ciuitatis ſitum cōtemplatus:agitabat ani/
mo quonam pacto urbem expugnaret. Cui unus ex copiarū præfectis ei aſſentās cum

Mors ſalſe/ berienſis co/ mitis

dixiſſet (Tuam here ciuitatē nūc libere conſpicere potes:lapis ex tormento a ciuitate
incerto auctore emiſſus labrum feneſtræ cōcutit. Cuius fragmēta in ſalſeberiēſis faciē
diſſipata mortē homini poſt inſequēs biduum intulere. Haud tñ ſegnius angli in obſi/
dione pſteterunt:curante omnia diligēter guillermo glaſſida genere quidem nō ſubli
mi ſed prudētia & rerum gerendarū peritia inter ſuos illuſtri. Longa obſidione uexati
aurelianenſes cōſilium capiūt:qua ſe uia ab hoſte liberarēt:ſuadentibus quibuſdā nul/
la deditione facta:pecuniam anglis dare. Aliis uero deditionē utilem fore:ſi burgūdo
duci ciuitas permitteret᾽:qui franco genere ortus ſperaret᾽ ab anglis aliqñ diſceſſurus:
Potior hec ſentētia uiſa eſt:miſſuſq; eſt ad burgundum potonꝰ ſantralliēſis cum certis
cōditionibus. Burgūdus quidem (ſi bethfortus non contraueniat) ciuitatem æquis ſe
legibus recepturū reſpōdit. Mittitq; ad bethfortum de re ipſa nūtios. Audita legatiōe
bethfortus nō ego inquit dumos ſenteſq; diſcuſſi: ut alter auibus potiat᾽. Aurelianēſes
pro mea uoluntate ſubiugatos recipiam:& quas per totam obſidionem impenſas feci
eas compenſabūt. Id ubi ad burgundum perlatum eſt potonus re infecta aurelianū re/
uertitur. Et ab hinc cepit burgūdus animū ab anglis aliquādo diſcedēdi:quia eos uide

Iohānæ puel læ ad carolū aduentus

ret gloriæ eius īuidere. Erat illis diebus apud uallicolorē annos uiginti nata iohāna
quæ patre iacobo darco:matre yſabella in uico dāpremo genita ob corporis perpetu/
am integritatē puellæ appellationē obtinuit. Ea rerum præſentium aduerſitatibus deo
autore compatiēs:robertum baudricurtum oppidi præfectum:alioſq; cōplures præſi/
dii equites duce auūculo ſuo crebro adibat:eos admonens ut ad carolum eam dedu/
cerent allaturam rebus deſperatis nō minimā opem. Mulierem baudricurtus parui a
ſe æſtimatā iterum atq; iterū aſpernatus:perſeuerantē demū exaudiuit: datiſq; puellæ
corporis cuſtodibus eam ad regem duci iubet. Ad carolum ueniēs puella: tametſi nul
lo illum tempore uidiſſet:ipſeq; cæteris aulicis ueſte minus ornatus ex induſtria eſſet:
reuerēter tamen atq; urbane regem intuita:ſalue inquit generoſiſſime rex detq; uitam
tibi proſperā deus. Cui cum ſe regem eſſe carolus pernegaſſet:ah inquit puella:tu ipſe
rex es francorum nobiliſſimus. Ad hec uerba ſpem cepit rex cuiuſpiā fortunæ melio/
ris. Itaq; ſelectis prudētibus aliquot uiris qui eam diligētius probarent:illa ſe ideo ue/
niſſe conſtanter affirmat ut carolum in regnū reſtituat:deum ita decreuiſſe:ut ſe duce
aurelianēſes obſidione liberent᾽:& augli francia tandem extrudant᾽:perducturam ſe ca
rolum ad remos:ubi more maiorum ſacra unctiōe linatur:de quibus omnibus oracu/
la diuinitus accepiſſet. Tantum copiis opus eſſe quas illi ducēdas carolus committat.
Et dum de aliis arduis & ad religionem chriſtianā pertinētibus multa accurate rogare
tur:ſupra fœminæ ſenſum reſpōdebat. ſiue enim de diuinitate ſiue de bello quæreret᾽:
non muliebriter ſed ſcite:& quaſi perita loquebat᾽:ita ut mulier admiratiōi eēt multis
Perpenſo igit᾽ conſilio uiſum eſt optimum factu eſſe. ſi auſpicio eius carolus ad bellum
uteretur. De importando aureliā commeatu primum mandatū puella accepit: quam
rayus & delorus aureæ militiæ equites ualida armatorū manu ſtipati comitabantur.
Profectis bleſam obuii aduenerūt reginaldus chartrus remoꝝ pontifex franciæ can
cellarius:aurelianēſis nothus:ſtephanus hyrus:aliiq; nō pauci electi milites. Cōmeatu



curribus īpoſito & milite inſtructo:ex bleſis per ſolonam iohanna mouet. Atq; poſtri

Iohannæ gladius

die aurelianum uerſus progredit᾽. Vtebatur puella ī expeditionibus gladio quem hoc
modo nacta erat. Eſt templū in agro turonēſi diuæ catherinæ dicatum:genti regionis
illius plurimū uenerabile ubi donaria plurima atq; uetuſtiſſima uiſunt᾽. In eo tēplo an
tiquum enſem inter ſacras oblationes utraq; parte liliis inſculptum extare carolo io/
hanna patefacit:petens ut miſſo ad templū armoꝝ fabro gladium illi dono perferat.
Admiratus carolus ſi templū illud aliquādo iohanna inuiſiſſet: percontat᾽ mulierem
qualiter id norit. Neq; inquit puella locum noui neq; humano ad hoc auctore uſa ſum
Deus eſt qui reuelauit. Mittit rex opificem qui inuentū ad ſe gladium ferat. Profectus
ad templū faber enſem inter ſqūalētia alia arma rubiginoſum ad carolū perfert. Quo
mox iohānā rex donauit. Sed de āglis orationē perſequamur. Angli qui ad propugna
culum ſancti iohānis blanci erant francos uenire audiētes loco deſerto ad fratrum au/
guſtinenſium ædes quæ ad extremū pontem in diui laurētii ſuburbio ſpectant:ſe rece
perunt. Puella uero per medios hoſtes flumine traiecto quē uehebat commeatum in
urbem importauit. At quādoquidem uictualia tenuia erant rayus & delorus cum ſuis
bleſam remeantes ciuitatis periculū cancellario narrant:cui niſi ſuccurrat᾽ uenturā eſſe
in hoſtium poteſtatē. Et iohannes aurelianeñ. nothus magnopere orabat laboranti/
bus ciuibus ſuppetiatum iri. Stetit oīm ſententia copioſiſſimū commeatum ad ob/
ſeſſos ferre & iter facere per belſiam qua parte obſidio ciuitatē magis urgebat. Copiis
igitur uecturiſq; rite ad iter ordinatis:frāci (dimidia quæ eſt inter bleſam aurelianūq;
uia confecta) caſtra ponētes reſtiterūt:ſe ſuaq; corpora curātes. Craſtino diluculo in/
ſequentis diei cum ad duo paſſuum millia ciuitati ſucceſſiſſent iohanna aſſumptis ali/
quot cum ualida manu præfectis urbe egreſſa:uenietibus obuiam pergit:atq; ita exer
citibus cōiunctis cum franci inferiores hoſte nō eſſent:in cōſpectu anglorū prætereū/
tes in ciuitatē recepti ſunt. Victualibus ciuitate cōfortata iohanna armis egregie īſtru
cta ad propugnaculū quod ſancti lupi appellabat᾽ mouens anglos qui in eo erant potē
ter oppugnat atq; uincit:nemine ſuperſtite qui uel occiſus uel captus nō fuerit. Hec cū
in conſpectu maioris propugnaculi gererent᾽:tentauere hoſtes eruptionē facere & ſuis
auxiliari:ſed mox in ꝓpugnaculū ſe receperunt. Franci propagnaculo diſſoluto poſtq̄
in urbem rediere multis coitionibus clam habitis an londonias propugnaculū oppu/
gnatum irent:cōmunicato tandē cum iohanna cōſilio illa ſuccēſens:nihil me inquit ꝓ
ceres celaueritis potis ſum hec & maiora animo cōdita meo ſilere. Tacuerāt ſiquidem
proceres ne muliebri leuitate res in vulgū prodiret:ꝙ propugnaculum oppugnandū
ſimularent:ut anglos qui ſalonā uerſus in obſidione erant in alteram ligeris ripā alli/
cerent dum ſuis auxilio uenire feſtinarēt: quibus a ſua ſeſſione mouētibus franci eorū
ſtationes occuparēt. Nec irā iohanna poſuit:donec iohānes aurelianus nothꝰ id quod
conſilio definitū eſſet illi enarrauit. Cognito decreto ſententiā inquit puella laudo ſi
opus reuera aſſit. Nam cū cordata eſſet & confidēs deo mulier:multa quæ a præfectis
de bello conſulebant᾽ improbabat: nihil obſidionis tpe ſiniſtre aut infœliciter gerens
Aderat enim prælīātibus ſuis armis inſtructa:equo uſa potēti & animoſo:in quem ex/
pedite inſtar expediti militis cōſcendebat. Igitur multa animo cogitans:operæpreciū
cenſet ſi hoſtem inuadat qui ad extremū pontem ad ſancti laurētii ſuburbana ſedebat
Erant in flumine naues nō paucæ muris ciuitatis deligatæ:ī eis multo milite impoſito
ligerim tranſmittit. Copiaſq; in continētem exponit: inſultum factura in hoſtem. Pu/
gnatum illic eſt donec occumbente fere ſole receptui ſignum puella dat. Regredien/
tes in naues francos anglus adoritur. Eam ob rem puella ſuos cohortata hoſti reſtitit:
propulſatq; perſequēs eum uſq; ad auguſtinēſium ædes:quas licet anglꝰ munitiſſimas
feciſſet:captas tamen fugato hoſte franci occupauerūt. Erat ad eum quem dixi pontē
proxime auguſtinenſes turris ex quadrato lapide cum propugnaculo & foſſa:in eo lo
co fugiens anglus ſe recepit. Vbi excubias cōtinua nocte habens iohāna cum illuxiſſet
propugnaculum oppugnare iubet:aſſerens tempus proxime adeſſe cum anglus uincē
dus atq; regno expellēdus erat. Dum hinc francus inſtat:illinc hoſtis acriter ſe tuetur:

iohanna in humero ſcorpione ex propugnaculo miſſo vulneratur: quo vulnere neq;
triſtior neq; negligentior fuit: ſtans continenter ad foſſæ labrum & militē fortiter age
re admonens. Continuata obſidione cum aduesperaſceret: francus in foſſam om̄ibus
partibus dilapſus in propugnaculum ſcandens ui expugnat: quadringētis anglis inter
emptis: cum præfectis tribus mollino iohāne pommaro & guillermo glaſſida. Cæteri
omnes capti in poteſtatem uenere francorum. Hec a iohāna geſta hoſtis qui belſiam
uerſus grande propugnaculū habebat proſpicere facile poterat. Caſu igitur ſuorū per/
territi hoſtes poſtq̃ ab urbe campanas toto claſſico uelut in cōmuni letitia pulſari exau
diunt: mane facto magdunū (deſerta obſidiōe) confugiunt. Ad hunc modū diſſoluta
obſidio eſt: & ciuitas ab hoſtis poteſtate erepta. Quod maximū momentū ad Caroli
fortunam fuit. Tallebotus autē ægre ferens ſe aurelianenſi circūuallatione fruſtra/
tum damnū compenſaturus lauallum aggredit' arcem oppidumq; nocturno furto in/
uadens. Cepit ibidem lauallum comitē: quem donec quiq; & uiginti ſcutorum millia
illi exſoluiſſet in uinculis habuit. Interim iohāna carolum regem ſollicitat maiores
copias cogere & ſibi recuperare quæ in agro aurelianēſi ab hoſte occupabantur. Vo/
cato propterea ad ſe alenconii duce carolus gergeum petere. Affuerūt mox iohānes
aurelianēſis nothus: bouſſacus mareſcallus: grauilla: culautus admiraldus: ambroſius
delorus: uignolus hyrus: & guillermus bruſſacus: qui tametſi ſtipendio regio non iu/
uarentur: uiſendæ tamen iohannæ cauſa quam diuinitus miſſam arbitrabantur: milita/
re non recuſabant. Itaq; gergeum profecti oppidum poſt octauum obſidionis diem
expugnant. Nec multis interpoſitis poſt diebus magdunum auctis copiis Carolo iu/
bente mouentes: pontem cum turri capiunt: poſitoq; præſidio: bogentium protenus
contēdere. Audito francorum aduētu angli relicto oppido in arcem quæ eſt ad pon/
tem ſupra ligerim amnem cōfugiunt: quam (dimiſſis libere abire anglis) franci rece/
perunt. Recepta arce rumor per francorum caſtra increbuit Tallebotum & iohan/
nem faſtolum cum quinq; anglorum millibus apud ieuillam in belſia uiſos eſſe: qui
magdunum proficiſcerent'. Miſſis exploratoribus poſtq̃ id uerum eſſe franci cogno/
uerunt: compoſito agmine in hoſtem mouēt: & apud patayum propter templū quod
illic munitiſſimū erat caſtra metantur. Stabant in excubiis belmanorus: ambroſius de
lorus: hyrus: potonuſq; hoſtis aduentū explorantes. Quos non longe cum iuſto exer/
citu ſequebant'. Alenconius dux richemontus coneſtabilis uindocinēſis comes: iohan
nes aurelianenſis nothus: & iohanna puella. Angli uero dum uiam pergunt: cōſpectis
francis ad proximū nemus iter cōuertunt pugnandi locum ſibi idoneum captātes. At
qui in excubiis erant nullo ſe colligendi ſpacio hoſti dato: prælium commiſere: ita ut
equitatum omnē anglorum in fugam coegerint. pedites quidem uiſa equitum fuga ī
nemus & uiculum qui iuxta erat dilapſi: nemoris beneficio ut quiſq; poterat ſe tueban

Anglorum cædes

tur. Interim alenconii dux acie inſtructa aduenit. Tria circiter millia hoſtium in ea
pugna cecidere. Captis ex anglorum nobilitate cum talleboto q̃plurimis. Tum in ca/

Tallebotus capitur

roli poteſtatem uenit iemuilla & alia quædā per belſiam loca. Menſe iunio inſequē/
tis anni qui fuit chriſtianæ gratiæ quadringēteſimus uigeſimuſnonus ſupra mille: iohā
na puella carolum conueniens: iam inquit ſereniſſime rex hoſte ſuperior eſſe incipis.
Multas urbes atq; arces ex anglis ereptas tibi audientes uidemus: nunc tuæ conſe/

Initiū conſecratiōis caroli ſeptimi

crationis tempus aduenit. Diuinæ dignationi placet ad remos proficiſcaris: ubi mo/
re maiorum ſacra unctione delibutus dyadema ſuſcipias. Qua una re uenerabilius
franco populo tuum nomen erit: et hoſti formidabile. Nihil te perterreat q̄ cam/
pania et reliquæ fere belgæ omnes ab hoſte tenentur: uiam tibi propitiatore deo pa/
rabimus. Tantum copias contrahe: & dei decretum exequamur. Hec iohannæ uerba
ſpem omnibus magnam faciebant: propterea q̄ uitæ puritate puella præ ſe ferebat
ſanctitatem: & nihil muliebriter agebat aut loquebatur. Enimuero ſacerdotali con/
feſſione quaq; fere ebdomade conſcientiam purgabat: & diuinam euchariſtiam deſu/
mebat. Igitur collecto apud gyen non mediocri exercitu. Carolus remos per campa/
niā petere conſtituit: præmiſſa cū aliquot præfectis iohanna puella: qui obſtātē forte



hoſtem impediret. Proxime antiſſiodorum carolus cum ueniſſet: prodiere illi obuiā
aliquot ciues: ſed in ciuitatē non admiſerūt. Erat illis diebus trimolus qui multa apud
regem auctoritate habebat'. Hunc ab antiſſiodorēſibus pecuniam accepiſſe cōſtans fa Antiſſiodoꝝ
ma fuit: ut illis liceret induciarū beneficio frui. Itaq; ciuitati nihil incommodatum eſt:
cibos exercitui miniſtrātibus incolis: dum precium ſolueret'. Præterita antiſſiodoro:
carolus ſanctum florentinū recepit: oppidanis ſe libere dedētibus. Trecas inde profe Sanct' florentinus
ctus poſt ſextum diem q̃ illic deſperata deditione ſediſſet. Laboratum eſt in exercitu fa
me: ita ut plæriq; fabis & triticeis ſpicis tantū milites ueſcerent'. Rerum pœnuria cogni Trecenſes
ta carolus primores exercitus ad contionē uocans petit quid ipſi faciendum eſſe cen/
ſerent. Nemo omniū fuit qui reducendū exercitum eſſe non diceret cum neq; cōmea
tus neq; ſtipendium militi ſufficeret. Vnus tamen robertus maſſonus q̃q̃ ab hac ſentē
tia non abhorreret: uellem inquit iohannā de hac re audire: quæ eñ præſentis expedi
tionis auctor fuit: ipa ſuis conſiliis paratum forte auxilium feret. Igitur uocata iohāna
rogataq; ſententtiā: ad carolum cōuerſa. Si ego inquit quod uerum teneo eloquar: an
mihi rex credideris? id cum ſecundo quæreret. Tibi inquit rex: ſi quod profuturum ſit
dicas credam. Trecenſes inquit puella tui ſunt & intra proximū biduum ſe ciuitatemq;
tibi dedent. Credulus fœminæ rex ſtare loco copias iubet. At iohāna confeſtim equū
inſcendens quēq; militem cogit: ea quæ ad oppugnationē neceſſaria erant ad muros
importare. Quod animaduertētes trecēſes loci antiſtitem cum ciuibus aliquot: & mi/
litum quibuſdam præfectis ad carolum legant: ciuitatem dedituros ſi miles anglus in
de abire cum iis quos captiuos habebat libere permittat'. Cōditiōe accepta: rex poſtri Nota ī rege fidem
die trecas ingredit'. Egrediētes urbe hoſtes iohanna captiuos abducere uetat. Quorū
redemptionis precium: ne fidei & poſitæ cum hoſte legi detraheret: rex exſoluit. Or Cathalaunū.
dinatis apud trecas magiſtratibus: cathalaunos petit: qui eum cōmuni omnium letitia
excipientes miniſtros reipublicæ quos carolus inſtituit admiſerūt. Inde remos qui an Remi
glo parebant adoritur quos nulla ui recepit: letis proculdubio ciuibus ſuum regē exci
pere. Eo uenere dux barrēſis & lothoringiæ: Commerciēſis quoq; dominus: non par/
uas copias ducentes: ut regi inſeruirent. Itaq; carolus & unctus & coronatus eſt a regi/
naldo chartrenſi remoꝝ antiſtite aſſiſtente puella quæ militare uexillum manu gere/
bat: nimirum exultans q̄ ſe una hortāte carolus regni dyadema & ſacram unctionem
loco celebri atq; huiuſmodi ſacris multos per ānos ad id muneris deſignato recepiſſet
Sacratione abſoluta: relictis remis uellium iter agens oppido libere potitus eſt. Nec Vellium
ſueſſiones ſignum ullum rebelliōis oſtenderūt. Simili quoq; modo per briam nōnul/ Sueſſio
la fortia loca fecere deditionem. Priuino oppido cum carolus ageret: bethfortus cū Priuinū
duodecim armatoꝝ millibus ex pariſiis ducens corbolium acceſſit animo (ut ipſe ia/
ctabat) pugna cum carolo conferendi: id ubi regi cognitum eſt: priuino diſcedēs ad ca
ſtellum cui mota nomen eſt exercitum duxit: nō ob aliam cauſam q̃ ut anglo pugnādi
faceret poteſtatem. At bethforto mens fuit pariſios repetendi. Conſtituerat carol' Brayum
ſequana amne traiecto brayum proficiſci promittētibus oppidanis tranſitū ſe cōceſſu
ros. Sed francis angliſq; cōcurrentibus eodem tpe ad ripā ut traiicerēt: leui commiſſo
prælio carolus ſuos trāſire prohibuit. Exactis poſt nō multis diebus caſtrum thiericū p Caſtrūthiericum
fectus: mox per ualleſium creſpeiumq; præteriens: caſtra in campo iuxta dāmartinum
ponit. ſpe animoq; erectus pariſium recuperandi. Cognito q̄ ad ſe carolus aduentaret
bethfortus ad uicum mitriacum copias educit: ſex a dammarto millibus paſſuū diſtan
tem. Vbi loco natura munitiſſimo militem cōtinet. Præmiſſis aliquot equitibus duce
ſtephano hyro qui anglos adequitarent: ubi reſciuit hoſtem loci munitionibus conſi/
dere: carolus ſuos ultra progredi uetat. Bethfort' autem pariſium citiſſime reuerſus ē:
Miſerat per hos dies carolus ad compendium beluacēſeſq; nōnullos ex ſuis fidiſſimos
exploratum quo in ſe animo incolæ eſſent. Cognoueratq; illos cupere maxime ab an
glorum ſeruitute liberari: eiq; obtemperare qui uerus rex eſſet. Proinde baron ſilua/
nectenſis agri uicum ut compendium peteret profectus: cognoſcit bethfortum maio
ribus copiis auctum in ſe ducere. Petruelis ſiquidem henrici angloꝝ regis p ſupiores

dies romanus cardinalis a pontifice romano legationem ad anglos receperat pecuni
am militemq; cogendi aduerſus bohemos:qui de chriſti doctrina & fide nõ recte cre/
Improbus ſa derent.Qui millibus quattuor armatorũ in galliam traductis ſe cum bethforto cõiun
cerdos & ſa/ xerat in francos arma cõuertens quæ in chriſtianæ religionis hoſtes ſimularat acce/
crilegus piſſe.Igitur ut de bethforti acceſſu certior carolus redderet̃:Ambroſium delorũ cum
uiginti tñ equitibus exploratum quid apud hoſtem geratur mittit. Qui iter ingreſſus
uidet procul denſiſſimũ puluerem in aerem ferri:nec dubius fuit id progredientis ag/
minis indicium eſſe:moxq; paulo ultra pergens anglos manifeſte conſpicatur:idq; per
caduceatorem carolo feſtinãter renũtiat.Ea re cognita carolus acie ordinata ſiluane/
ctum iter facere conſtitués apud montẽpiliolum qui mons cõtemplationis aliquãdo
dictus eſt cum ueniſſet:redeũte ambroſio deloro:accepit anglos barronẽ ducere per
riuum qui ex ſiluanecto perfluit:ſed eos magnopere impediri uadi anguſtia per quod
uix bini euadere poſſent.In ea traiiciendi difficultate ratus Carolus hoſtem intercipi
poſſe:primam aciem incedere iubet.Sed iam magnã ſui exercitus partem anglus trã
miſerat:q̃obrem carolus ſuas acies in conſpectu hoſtis habuit:moxq; leuibus cõmiſſis
digladiationibus.Cum ſol condere ſe inciperet:angli ad ripam flueti caſtra poſuere:
aggere uallo ſudibuſq; ſeſe muniẽtes.Habẽtes præterea a tergo lacum. Rex autem in
monte piliolo ſuos continuit.Poſtridie cũ illuxiſſet:carolus quaterna acie inſtructus
in anglos ducit.Primã alenconii dux & uindocinẽſis comes adminiſtrabãt. Secundæ
præerat dux barri.Tertiam ducebat rayus & bouſſacus franciæ mareſcalli. Quartam
quæ ad excurſiones inſtituta erat & cui frequẽter locum mutare neceſſe eſſet modera
bantur Albretus iohannes aurelianẽſis nothus iohanna puella & hyrus. Sagittariorũ
baliſtariorumq; curam gerebant grauilla & iohannes foucaudus lemouicenſis. Regis
cuſtodiam borboniorũ dux trimoluſq; receperant. Aciebus ad hunc modũ inſtructis
decretum erat anglos adoriri.Sed cognito quãtum illis locus adiumento eſſet:leuibꝰ
aliquot præliis ante caſtra utrinq; commiſſis:cum neq; cõuitiis neq; prouocationibus
e caſtris excitari hoſtis poſſet:francus tandem ad hoſtium caſtra proxime profectus:
manu tandiu conſeruit:donec adueſperaſcente & multo puluere cælo caligante fuerit
prælio deſiſtere coactus.Mane facto rex creſpeyum : bethfortus pariſiũ petiit. Biduo
poſt recepit carolus compendiũ:ubi præfectum poſuit guillermum flauium loci indi/
genam. Eo quoq; beluacenſes cõuenere regis poteſtati ſe permittentes.Idem fecere
ſiluanectenſes qui miſſo ad carolum ſuo cum aliquot ciuibus antiſtite ciuitatem dede
re quo rex paulo poſt ſe ipſe contulit. Bethfortus præuidens animo q̃ benignior for
tuna caroli rebus arrideret:pariſio abire cõſtitués ludouicũ luxemburgũ morinorum
epiſcopum quem franciæ cancellariũ anglorum factio appellabat & iohannẽ rachetũ
equitem anglum unacum ſymone morhiero pariſianũ prætorem ciuitati adminiſtra/
torem præpoſuit cum duobus armatorum millibus ad præſidiũ relictis. Reliquum ue
ro exercitum ad normannos profectus compluribus ſuæ factionis locis diſpartiuit.
Sanctus dyo Igitur cognito bethforti diſceſſu:carolus ad ſanctum dyoniſium ex ſiluanecto mo/
niſius uens oppidum(excipiẽtibus eum ciuibus)ingreſſus eſt. Tertio poſt die franci caroli
iuſſu ad uicum cui capellæ appellatio eſt caſtris conſtitutis:cum ibi pernoctaſſent:eru
ptione in eos a pariſiacis facta crebris præliis concertarunt:non ſecus ac ſi præludia q̃
dam armorum agitarent. Repetẽtibus tandem ciuitatem pariſianis:franci duce alen/
conio ad ſancti honorati portam copias promouere:expugnãtes cõfeſtim propugna
culum quod pro porta extructum erat.Qua ſpe adducta iohanna:ciuitatem quoq; op
Pugna ad ſcĩ pugnare præter omniũ opinionem conſtituit.Eſt ab ea parte duplex foſſa & inter utrã
honorati pa/ q; agger.In priorem neq; aqua neq; luto impeditam cum facile franci deſcendiſſent:
riſieñ. portã Alteram foſſam ſuperare labor fuit:propterea ꝙ latior & aquæ affatim plẽa eſſet.Im/
portatam undiq; materiã cum iohanna in foſſam opplendam iacit: e muro ſagitta in
crure percutit̃:nec eo tardius in opere perſeuerat:cõmilitones pſeuerare cohortans.
Nec potuit inde reuocari donec alenconius negocioſam mulierem per ſe reduxit. Si
gno receptui dato franci ad ſanctum Dyoniſium iter conuerterunt. Quo tẽpore ex



latiniaco ad carolum nũtii cõuenere qui oppidum tradere pollicentur. Quare miſſus Latiniacum
latiniacũ ambroſius delorus oppidũ recepit. Carolus aũt e ſancto dyoniſio digredi
uolens:ducem borboniũ adminiſtratorẽ inſtituit earum ciuitatũ quas a tempore ſuæ
unctionis in belgis receperat:relicto cum firmis copiis apud ſanctũ dyoniſium uindo/
cinenſi comite & cullauto.Atq; ĩde latiniacũ profectus:mox montẽargi præteriens:li
gerim traiecit. Abeũte carolo angli burgũdiq; ſanctũ dyoniſium recuperãt: ſiluane
ctum petẽtibus iis:qui ex caroli inſtituto ad præſidiũ relicti erant. Mouit præterea ho
ſtis ad latiniacũ copias.Sed egreſſus oppido delorus cum iohãne foucaudo: ita hoſtẽ
diſtinuit:ut nulla illi fuerit poteſtas proxime oppidũ caſtra admouẽdi.Quare admira
rati reſiſtentiã hoſtes:pariſium remearũt. Cepere per id tempus lauallũ tres normã Lauallum
ni equites hometus bochetus & fererius adiutore multore quodã qui molẽdino præ/
erat in amne marona qui proxime oppidũ pfluit. Et ambroſius delorus foucauduſq; Error militũ
de capienda rothomago clam conſultantes freti ope magni petri qui rothomagenſis
erat:magna ſpe ducebant̃ ĩtercipiẽdæ ciuitatis.Sed definita die cũ iter noctu copiæ fa
ciunt:tenebris falſi:alii rothomagũ:alii alio errantes diuerterũt.Fuitq; eoꝝ inceptatio Solitudo per
ad hunc modũ irrita. Per eos dies miles francus qui in urbibus recẽter in fide caroli agros et ui/
receptus erat:mirũ in modũ uexare incolas & ciues cepit nemini parens & in omnem cos
rapinã diſſolutus.Qua iniquitate factũ eſt:ut diffugiẽtibus colonis agri compluribus
locis inculti remanerẽt:& quæ terræ frugũ feraciſſimæ erãt ſentibus ruſciſq; ſqualerẽt
in ſaltus & ſiluas cõuerſæ:ingẽtes uici & iidem populoſiſſimi ſine incolis dilabentibus
ſtructuris deſerti uacuiq; mox ferarũ luſtra fuere.Que aĩaduertẽs borbonioꝝ dux do/
mum ſe cõtulit relicto ſiluanecti uindocinẽſi comite. Cui paulopoſt carolus bouſſacũ
cum octingẽtis armatis miſit præficiẽs illum regioni quã borbonius reliquerat. Io/
hanna uero puella ſub eiſdẽ diebus ſanctũ petrũ monſteriẽſem cepit:inde cum ad cari
tatẽ copias ꝓmouiſſet : irritam obſidionẽ habuit amiſſis plæriſq; tormẽtis machiniſq; Caſtellũ ſan/
bellicis. Erat caſtellũ ſancti ſelerini in principatu alẽconii ducis uetus & lõge deſolatũ cti ſelerini
quod inſtaurare dux cũ cepiſſet:aduocato ad ſe ex latiniaco ambroſio deloro:caſtellũ
illi cum ualido præſidio cõmendat. Recepto caſtello ambroſius mira ad modũ dili/
gentia locum munit:nihil omittẽs quod ad arcis cuſtodiã ptinere arbitraret̃. Verum
enĩuero angli priuſq̃ munitiones abſoluerent̃:caſtellum circũſident. Preſſis obſidiõe
francis delorus precibus ſuorum uictus : ſimulata eruptiõe noctu cum quinq; armatis
chinonem profectus eſt:nũtians regi quæ ad ſancti ſelerini arcem gerebantur.Quibus
cognitis:carolus copias per cenomaniã aduerſus ãglos ire iubet.Id ubi anglus accepit
omnia in celeritate ponẽs:arcem cõfeſtim acerrime oppugnat. Quod cum haud ſatis
procederet:altera die obſidionẽ ſoluit.Idem quoq; dum apud latiniacũ facere aggre/
ditur:intẽtione ſua fruſtratus eſt:oppidum egregie tuentibus foucaudo mareſcallo &
quẽnodo ſcoto equite. His diebus puella cum latiniacũ acceſſiſſet:cognito ꝙ qua/
dringenti ex angloꝝ copiis nõ procul a latiniaco in franciã cõtenderẽt:aſſumpto fou
caudo & iohanne de ſancto albino & aliis ex latiniaci præſidio hoſtem adorit̃ : oẽs ad
unũ necans. Sed nõ multis poſt diebus diſſimilis apud compendiũ fortuna illi fuit. Puellæ iohã
Nam anglis burgũdionibuſq; in compẽdii obſidione ſedẽtibus:iohãna ſubſidium ob/ næ fortuna
ſeſſis ferens:cum oppidũ ingreſſa eſſet:& paulo poſt eruptione in hoſtem facta res nõ mala apud
proſpere ſibi ſuccederet:dum oppidum repetit & militũ preſſura aditum præcluderet cõpendiũ
capitur a iohanne luxemburgo qui eam anglis uenũdedit. A quibus hoſtiliter habita
rothomagi cremata eſt odio uidelicet nomĩs franci:& ꝙ uirili ueſte fœmina uſa eſſet.
Prius tñ q̃ ſententiã diceret hoſtis:frequẽti foro & crebris cõſultationibus puellam tẽ
tat:de fide atq; religione chriſti multa ſcrutatus.Arbitrabat̃ eñ mulierẽ magia aliqua
edoctam a carolo rege aſſumptã eſſe:& propterea a catholica ueritate aberraſſe: indi/
gnumq; eſſe cui regnũ deberet̃.Sed ſupra fœminæ uires fuit:pluribus cum hoſte (ut ẽ
nõnullorum mos)per aſſentationem ſentientibus præualere:q̃q̃ ſe & quæq; geſſiſſet
apoſtolicæ ſedis examini permitteret. Sexto ab obſidione menſe:laborãtibus com
pendianis uictualium pœnuria:iametus tillayus cum centum equitibus oppidum latu

rus ſuppetias ingreditur. Eius loci Guillermus flauius cuſtodiam gerebat:& ei aſſiſte/
bat philippus gamacheus ſancti pharonis meldenſis abbas:homo genere illuſtri qui
obſeſſis & animos faciebat & ſpem adiiciebat uictoriæ. Interim uindocinēſis comes
et bouſſacus quingentis ſupra mille armatis contractis mouētes: turrem ligneā gran/
dem in qua ſe angli obſidionis tempore recipiebāt: expugnant. Dumq; eam angli op/
pugnant: iametus eruptione facta alteram turrē quæ ſiluam uerſus extructa erat: & bur
gundionum præſidio tenebat: inuadit: qui cum quadringēti eſſent: uniuerſi interēpti
ſunt. Hoſtis tanto damno affectus: nocte inſequēti deſertis caſtris atq; obſidione diſſo

**Meldunum**

luta: alter normanniā: picardiam alter remigrauit. Eodem ferme tempore meldu/
nenſes occaſionem libertatis nacti: ab hoſte diſceſſere. Qui enim ī præſidio apud illos
erant angli atq; burgūdiones: oppido aduerſus frācos cum exceſſiſſent: paucis in præ/
ſidio relictis: oppidani leuis cōtentionis cauſa aduerſus præſidium ſuſcepta: arma capi
unt. Erat tum melduni tubicen quidā uetulus qui carolo aliquādo ſeruierat. Hic rixæ
caſum intelligens ciuibus ſignum tuba dat rem gerendi. Itaq; fugatus oppido hoſtis ī
arcem ſe recepit. Meldunēſes uero id quod apud eos gereret̃ feſtinanter renuntiant
gereſmo rhodii ordinis commēdatario: & dyoniſio challio qui eo tēpore in bria erāt
cohortes aliquot militū habentes. Hi nihil morati meldunū proficiſcētes: arcē poſt
duodecimum circūſeptionis diem recipiūt. Neq; pigritātes priuignū cum arce p idem
tempus ui ab anglis extorquēt. Recuperāt præterea per briam regionem oppida atq;

**Cædes āglorum apud cathalaunū**

arces cum corbolio & uicennis. Et apud cathalaunēſes ingens de hoſte cædes facta
eſt. Itaq; ducentibus anglis burgūdionibuſq; octo millia armatorū ut per campaniam
graſſarentur: & prædas agerent: Barbaſanus cathalauni tunc agens cognito ꝙ hoſtis
apud diuam mariam de ſpina caſtra haberet: accerſitis uicinarū artium præfectis cum
ſe iuſtum exercitū habere confideret: hoſtem adoriri feſtinat. Miſſo ad burgū uigno/
lum hyri fratrem nūtio: qui apud caſtellum ſarreyum erat: ut pugnæ adeſſet. Quo ue/

**Rex henric⁹ hērici fili⁹ pariſiū ex āglia uenit**

niente acrior pugna commiſſa eſt & hoſtis ſuperatus. Nondum ſub illis diebus hen/
ricus angliæ rex: patre henrico defuncto in franciam traiecerat. Anno autem ſalutis
milleſimo quadringenteſimo.xxxi. cum annorum eſſet duodecim multa nobilium ca
terua: copiiſq; ſtipatus pariſium aduenit: ubi magnis honoribus exceptus: in diuæ ma/
riæ templo regni dyadema cardinalis uiceſtrenſis miniſterio ſuſcepit. Hic enim cardi/
nalis cum henrico eius gratia aduenerat. Dum hec pariſii aguntur: princeps auray/
cenſis a gaucurto qui dalphinatibus præerat fugatur multis burgundionibus occiſis.

At in bellouacis alia fortunæ conditio fuit. Darondellus enim comes anglus cōſti/
tutis nō longe a ciuitate duorum millium armatorum inſidiis: præmiſſiſq; expeditis
quibuſdam militibus qui beluacenſes ad eruptionem prouocarent: bouſſicaudum et
ſantrallum uaſconem qui in præſidio erant ciuitate egreſſos adoritur: multoſq; occi/
dit eorum præſertim qui pedites ex bellouacis concurriſſent: quibuſcum ipſe ſantra/
lus interiit. Fuit & iniqua renato barri duci fortuna: barbaſano quoq; qui cum eo mi
litabat. Nam apud barrum in obſidione ſedentibus cum accepiſſent ualdemōtenſium
comitem & burgundionum mareſcallum cum ualida anglorum manu in eos aduen/
tare relicta obſidione hoſtem uallo carriſq; circūuallatum impetunt. Capit̃ eo prælio
renatus & barbaſanus cum aliis plurimis necatur. Renatus philippo burgūdo duci tra
ditur a quo pro ipſius renati liberatione caſleti uallē in perpetuam ditionem dux acce/
pit: & ad huncuſq; diem poſſident eius in flandria ſucceſſores. Per eam tempeſtatem
ulibyus nothus ſalſeberienſis & matogohus angli coacta ſuorum ingenti multitudine
ſancti ſelerini arcem appetentes: locum circūcludunt: ubi ambroſii delori uicari⁹ erat
iohannes armengnus: qui obſidionem magno animo tulit: arcem potenter tutatus.
Cognito obſidionis periculo: delorus qui illis diebus apud regem erat obſeſſis ſubſi/
dium mitti ſollicite procurabat. Igitur bueillus & ipſe a carolo præmittūt̃. qui belmon
tem uicontum profecti illic tantiſper morati ſunt: donec reliquæ copiæ conueniſſent
Tertio die poſtq̄ in eo loco reſtitiſſent: uenere interim aliæ francorum cohortes quæ
in uico cui nomen eſt binaiugus tribus paſſuum millibus a belmonte diſtans conſe/



dere. Inter francorum cohortes quæ ducentorum ſupra mille armatorum erant flue/
bat ſattra amnis: qui ponte uno non procul a belmonte tranſiri poterat. Angli uero q
in obſidione ſancti ſelerini agebant: de francorum conuentu certiores facti: pars inter
miſſa obſidione ad francos qui caſtra habebant noctu ducunt: nec morati præliantur.
Excito mox ex re inſperata clamore: brueilus & qui cum eo apud belmontem armati
excubabant: ponte tranſmiſſo laborātibus francis dum opem ferre contendit: iam an/
gli uictores militaria ſigna extra uicum emiſerant: parſq; obligandis captiuis pars reci/
piendis equis & ſarcinis conuehendis diſtinebatur. Hoſtem ſic impeditum franci inua
dunt. Fit atrox prælium ut deiectis utrinq; militaribus ſignis: diu ſit dubitatum: quorū
melior conditio eſſet. Deniq; uictor francus extitit ſexcentis anglis interfectis q̄pluri/
mis inſuper cum matagotho in captiuitatem abductis. Ex francis triginta deſiderati
ſunt: & paulominus capti. Inter quos fuit delorus diro vulnere perculſus paulopoſt
tamen inſtaurantibus bellum francis: recuperatus eſt. Huius cladis nuncio accepto uil
bius cum reliquis ſancti ſelerini obſeſſoribus alenconiū fugientes petiuerunt. Apud

**Carnutes.**

carnotum res quoq; proſpere francis ceſſit. Nam poſitis tribus locis inſidiis: aurelianē
ſis nothus florentinum dillerium iuxta ſancti michaelis portam in primis inſidiis lo/
cat: ſecundas paulo a porta longius conſtituit. Ipſe & hyrus cum quingentis equiti/
bus: ſexcentis fere paſſuum millibus a ciuitate tertias inſidias agit. Ordinatos autem:
& ad hoc a ſe edoctos aurigas cum curribus qui piſces aloſas uehebant ſub lucem ad
urbem mittit: quos non ſecus ac uictualium uectores in ciuitatem admittere ciues ſi/
mile uero erat. Aurigæ uero cum quibuſdam ſibi notis ianitoribus pridiæ in colloqui/
um uenerant: & ſe illis aloſas daturos promiſerant: ſi diluculo uenientibus pateface/
rent ingreſſum. Igitur ianitores ut appropinquantes aurigas cōſpexere: ſocios adhor
tati ut feſtinanter aperta porta piſcibus potirentur: portam reſerant. quam ex proxi/
mis inſidiis uillerius prodiens occupat: ſubſequentibus iis qui in ſecundis inſidiis
erant: atq; ita ante diuæ mariæ templum progreſſi: regium uexillum ſtatuunt: iohan/
nem nothum expectantes. Concurſantibus uero per urbem armatis: loci antiſtes qui
burgundus natione erat occiditur. Laubeſpinus autem ciuitatis præfectus muros ur/
bis tranſgreſſus aufugit. Ad hunc modum carnotum receptum eſt. Obſeſſum eſt

**Latiniacum.**

rurſus a bethforto latiniacum: & magnis uiribus fruſtra oppugnatum: Foucaudo:
Quennedoq;: & Renaldo de ſancto iohanne oppidum defendentibus. Extruxerat eni
bethfortus ad pontis initium ligneam turrim: & ad alteram oppidi partem munitio/
nes latiſſimas ad ſtationem militum. Addiderat quoq; ſublitium pontem qui a tur/
re ad munitiones peruius eſſet: atq; ita circunſeptum exiguum oppidum paucis die/
bus expugnare ſperabat: quatiens crebris tormentis muros. Sed franci ducibus au/
relianenſi notho: iohanne rayo: iohanne gaucurto: & Roderico uallendrano hiſpa/
no: ſequana tranſmiſſo: cum per matronam commeatum nauibus important obſeſ/
ſis: eruptione facta oppidani anglos qui ad ligneam turrim in pontis capite ſtabant
adoriuntur. pars uero francorum quæ in alteram matronæ ripam nauigabat turrim
oppugnare feſtinat. Expugnato propugnaculo hoſtis partim capitur: partim trucida/
tur. Et ueniens bethfortus ſuppetias laturus ſuis haud profuit ſed repulſus in muni/
tiones ſe recepit. Franci quidem commeatu in oppidum importato: Gaucurtum ad
oppidi cuſtodiam deputant. Reliqui per franciam incedentes aliquot arces captas ſo/
lotenus deiiciunt. Francorum diſceſſu cognito: Bethfortus ueritus ne in pariſios
ducerent: diſſoluta confeſtim obſidione caſtriſq; deſertis: pariſium ire accelerat.

**Argētonum in dioceſi ſagienſi.**

Fuit per hos dies apud argentonum agri ſagienſis prælium pertinax: atq; admira/
bile: francis triginta aduerſus totidem anglos pugnantibus. Nemo enim non vul/
neratus prælio exceſſit. tandem nouem ex hoſtium numero cum argentonii mareſ/
callo interemptis: reliqui angli fugæ ſe commiſerunt. Ex francis cecidere Ambroſius
frolaus: Galterus lapoſtus & Dorus roſſaus: reliquis omnibus grauiter vulneratis.

**Proſper īcurſus in normā niam a frācis**

Fuere præterea diuerſis per andegauiam locis ſingularia quædam certamina: de q/
bus ſcribere ſupuacaneū iudicaui. Excurſionē ſubiiciā quā in normānia ābroſius de/

lorus proſpere conſinuauit. Eſt apud cadomenſes annuus mercatus: quo normanni &
ex finitimis locis q̃ plurimi uendendi emendiq; cauſa in diui michaelis feſto in cam/
po ante beati ſtephani cœnobium conueniunt. Id cũ non neſciret delorus: accerſitis fi
nitimis militum præfectis petro ialleto: & ferrebonto: copias ex ſancto ſelerino mo/
uens orna amne ſuperato copiarum partem ad diripiendas nundinas mittit. ipe cũ eq/
tibus quinquaginta & ſagittariis centũ in ſubſidiis ſtabat: aduerſus anglos qui cadomũ
tenebant: ne oppido erumpentes reliquos interciperent. Itaq; direptis mercibus cum
magno captiuorũ numero ſe recipientes franci: poſtq̃ fluentũ ornam traiecere: ad lapi
deam crucẽ ſtare copias delorus iubet. Ibi recenſitis captiuis: oẽs ſacerdotes ſeneſq; cũ
mulieribus & pueris: & pauperes inſuper agricolas domũ dimittit: cæteros qui alicuiꝰ
penſi erant octingentos abduxit. Addam deinceps rem inter ſeria riſu non indignã.
**Ridiculum.** Venerat ad feugeram cenomãniæ uicum guillermus de ſancto albino cum octoginta
equitibus francis: ubi dũ diuerſatur: angli in eum irruentes non modice francos terrue
runt: ita ut nothus quidã boſapreſtus eques: protenus fugiens in rubo ſe occuluit. Fit
nihilominus apud feugerã atrox pugna: & angli ſuperantur. Quorum duo profugi ad
rubum quo boſapreſtus ſe abdiderat euadũt. Ratus boſapreſtus perſecutores eſſe qui
eum peterent: qui inquit eſtis. Reſpondentibus anglis qui non minus pertimeſcerent
ſe anglos eſſe: eiuſq; poteſtati ſeſe pmittere: intellexit rem proſpere a francis eſſe geſtã
Vnde ab anglis fide accepta boſapreſtus tanq̃ egregiam operam prælio nauaſſet: eos
ad guillermũ de ſancto albino captiuos perduxit. At ille cuius ignauia nota eſſet irri/
ſus eſt & captiuis priuatus. Eſt apud francos peruetuſta conſuetudo: grandẽ aliquem
ramũ uel procerũ arbuſculum frondoſum ad mayas kalẽ. ludi cauſa pro portis amico/
rum defigere. Id ut obſeruarent angli qui frenũuicontem occupabant: aſſumptum de
more ramũ in conſpectu arcis ſancti ſelerini ubi delorus in præſidio erat in terra defi/
**Strategema.** gunt protenus abeuntes. Quos mox delorus inſequens: euulſo quem hoſtis detulerat
ramo: eundem proxime propugnaculũ freniuicontis per leuis armaturæ milites plan
tare iubet. Præmiſſo iohanne armengno cum octoginta peditibus: qui ſingulos uiren
tes ramos manibus geſtarent ad fallendum hoſtem. Delorus uero in inſidiis non lon
ge delituit. Poſtq̃ pedites non procul ab arce pone denſiſſimã ſepem cum ramis ſe col
locaſſent: angli ubi frondoſum ſtipitem pro portis arcis defixum conſpiciũt: protenꝰ
arce egreſſi eos qui ramum humo defixerant acriter perſequuntur donec ad delori in
ſidias peruenere: prodit confeſtim in hoſtem delorus & prælio cũ hoſte cõtendit. Qui
uero pedites ad ſepem ſtabant ſe inter arcẽ angloſq; medios locãt: atq; hoc pacto inter
ceptum hoſtem fundunt: occiduntq; compluribus captis. Eadem fortunæ benigni/
tate uſus eſt apud ſillum guillermi delorus: Anglos eñ ex arce ſanctæ ſuſannæ i ſillum
guillermi mouentes: cum prædas feciſſent: ſuperueniens delorus ducentos ex hoſtibꝰ
interemit. ablatis ſpoliis: captiuiſq; receptis. Neq; deteriorem fortunam expertꝰ eſt
aduerſus comitem darondellum in pratis amnis ſatrẽſis ſecus uicum quem gratalum
incolæ uocant. Nam cum ſexaginta ſupra centum equitibus: aduerſus tria anglorum
millia præliari audet: prædas ex hoſte reportauit. Contra accidit apud louuerium
hyro. Qui ab anglis obſeſſus: dum quærendi ſubſidii cauſa loco egreditur: a Iohanne
marſio dordani præfecto captus eſt: & louuerium ab anglis ſubiugatum. Sancti præ/
terea ſelerini caſtellum interemptis iohanne armengno & guillermo de ſancto albi/
no darondellus poſt trimeſtrem obſidionem cepit. Inde ad ſillum guillermi ducens:
obſides de oppido dedendo accepit ea lege: ut eos ſi intra quadrageſimum diem fran
corum ſubſidio obſeſſi iuuarentur: ſaluos dimitteret. Alioquin deditione facta oppi/
do ipſe potiretur. Erant ad id temporis francorum copiæ in armis paratæ quas ambro
ſius delorus ad ſanctum ſelerinum ducere ſperauerat: quibus præerãt alẽconius & an/
degauus duces: & cum illis richemontus coneſtabilis. Hi cum ſuis ad lomellum (ſicut
inter ſillenſes angloſq; conuenerat) proficiſcuntur. Stabat uterq; exercitus in alteralte
rius conſpectu. Vnde & congreſſus & prælia commiſſa ſunt non quidem integra acie:
ſed cohortibus hinc atq; hic in ſe cõcurſantibꝰ & interdũ occidẽtibꝰ. Nã q̃nq̃dẽ ãgli lo



co ſe munitiſſimo continebant: uiſum non fuit francis eos totis copiis impetere. Sed
miſſo ad illos caduceatore petunt aut pugnandi poteſtatem faciant: aut obſides red/
dant ſillenſibus. Obſides anglus reſtituit: & franci domũ rediere: rati hoſtem idem fa/
cturum. Sed uix obliuiſcitur pfidiæ qui fraudulentus eſt. Itaq; abeuntibus francis: ho/
ſtis ad ſillum ſe contulit arcem ſummis uiribus oppugnans: nec multum abfuit: qui ex
pugnaret. diſcedens inde darondellus: per cenomaniã andegauiamq; excurſiones fa/
ciens: arces duas cepit: mellayum & ſanctũ laurentiũ de mortariis. Vbi præſidiis impo
ſitis in normanniã reuertitur: paucis poſt diebus moriturus. Eſt in bellouacis octa/ **Gerberoyũ.**
uo ab urbe miliario diſtans gerberoyum in colle mediocriter edito. Ea arx ſupra
multos ãnos diruta deſertaq; cum fuiſſet: hyrus potonuſq; mille circiter aſſumptis mi/
litibus: ex beluacenſibus profectus arcẽ inſtaurare conſtituunt. In quo opere nihil im
pigre agentes: muros munitioneſq; diligentiſſime extruebant. Qua re cognita daron/
dellus feſtinanter cũ copiis ex normannia adueniẽs locũ circũcingere pperat. Id poſt
q̃ hyrus conſpexit: ſuos in contionẽ uocans: uos inqt cõmilitones in hãc collapſam ar
cem perduxi: ut eam inſtauratã habentes: ea quaſi propugnaculo uteremur aduerſus
hoſtem. Sed dũ muniendæ arci animũ intẽdimus anglus nos præpedit. Itaq; non arx
nobis curanda eſt: ſed uita protegenda. Hoſtium multitudinẽ per agros ad nos hoc lo
co uelut in pedica concludendos properare conſpicitis. Si uiri eſtis res in promptu ge/
renda eſt: priuſq̃ ſtationẽ ſibi hoſtis in obſidione perfecerit. Itaq; cenſeo infeſto agmi
ne erumpendum eſſe: & hoſtem adhuc uenientem & partim occupatum adoriri. Hyri
approbato conſilio: miles ad rem gerendam accingitur. Fit eruptio & acerrime darõ/
dellus inuaditur. qui tametſi uiriliter reſtiterit ſauciatus tamen captus eſt: & ſui fuſi. Ex **Darondellꝰ**
eo vulnere paulo poſt darondellus interiit. Superato hoſte: franci gerberoyũ reuerte **moritur.**
runt opus cœptum exequẽtes. Sub his diebus cum trimolus apud carolum plus cæ
teris aulicis poſſet: inuidiam in ſe multorum excitauit. Caroli præſertim andegauenſis
bueili caluimõtis atq; coytiui. Hii tres quos poſterius dixi in arcem chinonem per po/ **Tremolꝰ cõ**
ſticum ab oliuerio fretarto noctu admiſſi: trimolum in cubiculo depræhenſum: in ca/ **præhenditur**
ſtellum monteſaurum traduxerũt: inſcio rege qui tum chynone erat. Ad quem ex no
cturno tumultu pauẽtem bueilus coytiuuſq; accedentes: nihil eſt inquiũt ſereniſſime
rex quod expaueſcas. Captus eſt trimolus tibi reiq; publicæ apprime nocẽs. Abducto
trimolo carolus andegauenſis apud regem continenter conuerſatus eſt: in eius beni/
uolentiam ſe ſollerter inſinuans: ita ut cõcilio apud turonos aduocato: rex trimoli de/
præhenſionem laudauerit: compæhenſoreſq; inter primores aulicos habuerit. Qui ta/
men non longo tempore in gratia permanſere: a curiæ negociis ſemoti. Trimolus au/
tem quattuor muttonũ aureorũ millibus bueilo perſolutis carcere liberatus eſt. Et
normanni agri conſtantienſiſqui mare accolunt: cum ab anglis arma aduerſus carolũ
regem ferre cogerentur: ipſi hortante quantepio multis hoim milibus ex plebe & ali/
quot nobilibus collectis: in anglos ſe conuerterunt: atq; cadomum ducentes ab inſidi
antibus anglis intercepti partim occubuere: reliquis fugientibus. Quorum reliquias
miſſo ambroſio deloro alenconius dux ad arma reuocauit. Ipeq; mox abrincas cũ ple
beia multitudine profectus: cum nihil proficeret: aſſumpta quantula inualidi exerci/
tus parte in cenomaniam ſe contulit. Nec durauit in armis plebs: ſed ſenſim dilapſa do
mum repetiuit. Caleti quoq; armis aduerſus anglos deſumptis: Carnierum ducto/
rem ſequentes illi obtemperabant. Quo tempore petrus de rupeforti franciæ mare/ **Dieppa a frã**
ſcallus. galterus bruſacus & carlotus mareſius: dieppam anglis noctu ſuſtulerunt. Qua **cis capta.**
occupata cum caletis iuncto exercitus fiſcanum harfleum monſtiuilariũ: tancaruillam
& inſulambonam in caroli ditionem reduxere. Sed diſſoluta militari diſciplina: mili/ **Militum in/**
tes petro mareſcallo non audiebant. petulce illiberaliterq; uiuentes: prædas non miti/ **ſolentia.**
us a francis q̃ ab hoſte facientes: mulieribus iniurii: monaſteriorum uiolatores: & con
temptores religionis. Hæc militum impietas agros ſpoliauit cultoribus: & domos ef/
fecit deſertas. Preter arces & munitas urbes nihil habitabatur. Igitur nihil par/
turientibus agris: miles annona deſtitutus alius alio diuertebat: quidam Carolum

Sancti eligii cœnobiú capitur.

conuenerunt opem ab eo uitæq; alimoniam flagitantes:quandoquidem fortunas ſu
as omnes eius cauſa detriuiſſent. Prouidit illis pius rex:& cui bene antea ſeruitum fuiſ
ſet:deinceps quoq; illi miles obedientior fuit. Itaq; uenablo anglo ducentorum ſu/
pra mille armatorum præfecto:ſancti eligii cœnobio quod ĩ inferiore normánia mu/
nitum eſt occupãte:Andreas lauali comes:& loheacus cum ambroſio deloro anglos
noctu petunt:& cœnobii parte intercepta:ducentos ex hoſtibus interimũt. Mox cum
uenablus inde ſuos eduxiſſet:loheacus deloruſq; lazaium uſq; progreſſi poſt atrociſſi
mum prælium hoſtem ſuperarunt:mortem oppetentibus ducentis:præter eos qui in
frãcorũ poteſtatem uiui peruenere. Venablus autem cum aufugiſſet:paulopoſt in ſuſ/
pitionem ueniens a ſuarum partium anglis capitis ſupplicio afflictus eſt. Per eam
tempeſtatem borbonius dux corbolium & uicennas data præfectis locorum pecunia
recepit. Et potonus in picardiam excurrens abactis multis pecoribus:aduerſante maxi
me comite luxemburgo prædam incolumis abduxit. Sãctum quoq; dyoniſium no
cturnis inſidiis ceperunt iohannes nothus aurelianẽſis & petrus de rupeforti anglis in
de extruſis. Vbi conſeruandi oppidi cauſa petrus cum præſidio manſit:abeunte iohan
ne notho qui aduerſus anglos copias compararet. Moleſte enim hoſtis ferebat in cõ/
ſpectu fere pariſiorum habere loco munitiſſimo militem francum. Propterea contra/
cto ualidiſſimo exercitu ex pariſio mouens ſanctum dyoniſium circũuallat. Conuene
rat ex finitimis agris in oppidum ingens ruſticorum turba:qui una cum præſidio mu/
ros tuebatur ſperans uenturum eis a iohanne notho ſubſidium. Atq; equidem iohan/
nes ipſe milite ſtipatus ad pontem meulanum iam uenerat cum certus factus eſt quaſ/
dam anglorum turmas ex giſortio iter ad ſanctum dyoniſium facere:eaſq; ducere ma/
thagonem & thomam kyrielum. Eam ob rem ipſe aſſumptis loheaco bueiloq; & ãbro
ſio de loro:hoſti obuiam pergens anglos partim cædit:partimq; capit:& mox ad pon
tem unde uenerat cum præda reuertitur. Eius autem pontis atq; arcis ad Caroli ditio/
nem conuerſio recens erat:procurata quidem a ramboello:& petro iallardo uiris no/
bilibus. Erat a muro prominens ad amnem ſequanam latrina in quam conſcendentes
lacamus ferranduſq; piſcatores uiam francis fecere:ſeducto pecunia cuſtode anglo: q
pontis tutelæ erat præpoſitus. Fallendi angli auctor extitit francus quidam cui nomẽ
erat imperator. Ponte recepto ii qui in arce erant deditione facta liberi abierunt. In
terim dum iohannes nothus aurelianenſis apud pontem meulanum moratur: durior
indies erat ſancti dyoniſii obſidio:ita ut deſperantibus auxilium obſeſſis:cum nec eẽt
unde militi ſtipendium ſolueretur:nec multorum dierum commeatus adeſſet:petrus
de rupeforti uiginti dierum inducias cum hoſte cõſtituit ut ſi intra eoſdem dies ſuppe
tiæ a carolo non uenirẽt:oppidum hoſti permitteret. Per has obſidionis anguſtias ui/
ri cœnobitæ monaſterii diui dyoniſii miſerti fortunæ obſeſſorum in ſtipẽdium militi
argenti marcas quadringentas libere contulerunt. Interea dum ſubſidium expectatur
angli non ignorantes quid aurelianenſis nothus de ſuppetiãdo obſeſſis appararet: foſ
ſam ſibi circundant in quam ex fluento quod extra oppidum eſt tantã diuerſis riuulis
aquam deriuant:ut ad caſtelletum quod maiori eccleſiæ uicinum eſt redũdaret:extru
ctis q̃ttuor firmiſſimis propugnaculis quibus adorientes ſe arcere poſſent. Exactis in/
duciis cum ſubſidii ſpe deſtitutum ſe petrus intellexit:deditionem fecit. militemq; ui/
ta fortuniſq; ſaluis eduxit. Recepto oppido anglus muros munitiõeſq; deiecit: præter
eas quæ ad monaſterii tutamen pertinebant. Pariſiani uero anglo parentes cũ cre/
bris incurſionibus ſe a francis premi grauiter ferrent:uilbium anglum qui apud ponti
ſaram in præſidio erat orant ciuitatis cuſtodiam recipiat. Qui pontiſaræ conſtituto ſi/
bi uicario pariſium cum bona anglorum manu ſe contulit. Nec multis poſt diebus
per uilbii abſentiam pontiſarenſes anglos exoſi ad caroli partes conſiderationem ſuã
conuerterunt. Igitur die una egrediente præſidio quod apud eos erat:ſiue ut frumen/
tationem faceret:ſiue ut ex hoſte ſpolia prædaſq; reportaret:cum pauciſſimos in oppi
do cum ſuo præfecto iohãne ripello relictos eſſe animaduertiſſent:ipſi ſumptis armis
portas omnes oppidi obfirmantes anglos ſine ulla tumultuatione comprændunt.



Præter tris qui cum ripello in proximam portam euaſerant. Vnde tegulis lapidibuſ/
q; iactis:poſtq̃ fruſtra ſe tueri conſiderant:in pontiſarenſium poteſtatem trãſiere. Qui
confeſtim accito iohanne inſulæ adæ domino:hominem orant:oppidum burgũdi du
cis nomine cuſtodiendum recipiat. Conſulto duce iohannes pontiſaram in cuſtodiam
accepit. Iam enim interceſſerant collocutiones componendæ pacis conueneratq;: ut
ad diem prædefinitum legati attrebatum mitterentur reconciliationis faciendæ pote
ſtatem habentes. Quamobrem anno ſalutis. M.cccc.trigeſimoquinto Attrebati pa/

Conuentio apud attrebatũ ubi pacis leges cũ burgũdo poſitæ ſunt

cis tractatores conſedere. Imprimis affuit cardinalis ſanctæ crucis romanus legatus or
dine cartuſienſis nicolaus nomine:cardinalis ciprius:quos epiſcopi ſex comitabantur
& abbas ueſelaus:Caroli oratores fuere borboniorum dux:comes richemontus cone
ſtabilis: remorum archipræſul cancellarius:uindocinenſis comes regii hoſpitii pri/
marius magiſter:Chriſtoforus haricurtus:Adam de cambray parlamentei ſenatus pri
marius præſes:Guillermus quadrigarius parlamenteus conſul:eccleſiæ pariſienſis de/
canus & alii permulti ex francorum nobilitate non obſcuri. Nec defuere britonum du
cis alenconiiq; & barri oratores. Anglorum legationis hi principes conuenerunt car/
dinalis uiceſtrenſis:Eboracẽſis archiepiſcopus:Comites hontitonus & ſuffortus & nõ
nulli ex dignitate eccleſiaſtica uiri cum permultis angliæ nobilibus. Burgundionũ du
cis hi primores fuiſſe traduntur:Leodius cameracenſiũ & attrebatenſium antiſtites:Ni
colaus raulinus ducis cancellarius:gheldrenſis:ſtampenſis:ſancti pauli: uandemonten
ſis:niuernenſiſq; comites:& alii inferioris nominis proceres quorum frequens nume
rus erat:præter flandrenſium oratores. Conſidentibus pacis gratia cuiuſq; partis lega/
tis tametſi ſanctæ crucis cardinalis:plurimum eniteretur irritatos præteritis bellis ani/
mos ad concordiam pacemq; perducere nulla ratione anglorum pertinaciam flectere
potuit:ut cum carolo francorum rege paciſcerentur. Sed concilio abierunt re infecta:
ꝓmittẽtes ſe alia aliqua die conuenturos. Abſentibus anglis cardinalis non propterea
cœptum prætermiſit: de burgundi cum Carolo reconciliatione mox afferens men/
tionem. Quæ res ſicut grata oratoribus fuit:ita finem habuit optatum. Nam poſtq̃ ni
colaus raulinus burgundus cancellarius ſui principis nomine longam orationem ha/
buiſſet:multa ediſſerens quæ a carolo rege dari concediq; duci philippo merito debe
rentur (q̃q̃ omnia in rem ducis eſſent) nihil de petitis detractum eſt. Itaq; plæraq; lo/
ca burgundiæ finitima quæ regis campaniam uerſus erant ad ducis ditionem perue/
nere. Artheſio quoq; adiunctæ ſunt ambianis ciuitas corbia mõdeſiderius pærona ſan
ctus quintinus & abbatiſuilla cum pontiuiaco & boloniæ comitatibus. Quas terras ſub
caroli imperio parlamẽteiq; ſenatus ditione dux poſſideret. Eas autem ciuitates quas
poſterius nomiauim⁹ quæ ad amnem ſommonobriam ſitæ ſunt redimere carolus po
terat quadringentis aureorum milibus. Fuere aliæ ad pacem conditiones: quæ quan/
doquidem abſolutæ hactenus nõ ſunt:nec eas perficiẽdi ſpes ulla manet:mortuis prin
cipibus: ſilẽtio a me prætereunt. Permulta ſiquidem concordiæ gratia frãci oratores
admiſere quæ ſi completa omnia fuerint queadmodum carolo oneri erãt:ita honori
atq; maieſtati eius forẽt indecora. Sed reuera rerum omniũ ea turbatio & calamitas ꝑ
id tempus fuit: ut iuri regio aliquid adnuendum eſſet. Si enim ab anglis burgundus
non diſceſſiſſet:longe difficillimũ carolo erat utrũq; hoſtem peruincere. Et philippus
burgũdus anglorꝝ ſuperbiã ueritus quos ſibi aliquãdo dominari formidabat libens ab
eis ſeceſſit. Rebus fœliciter compoſitis oratores in legati romani cõſpectu iurãt illiba
ta ſeruare quæ de pace dicta diffinitaq; extitiſſent: atq; ita pax ꝑ caduceatores magna
oĩm exultatione vulgata eſt. Morit eodẽ tpe yſabella caroli ſexti uxor:fortunis (ſi

Mors yſabellæ caroli matris

reginam cõſideres) tenuis & pauper. Quippe quæ ſub anglorꝝ principatu degẽs:eorũ
arbitratu uitam agebat priuatæ fœminæ nõ abſimilis: patiẽtiſſima quidẽ & ad tempis
qualitatẽ ſe accommodãs. Nulla re magis irritata:q̃ ꝙ carolum regem eius filium in/
ceſto concubitu natũ anglus diffamabat. Cadauer nobiliſſimæ mulieris quattuor tm̃
comitibus naui aduectum apud ſanctũ dyoniſiũ ſine ulla pompa ſepelit. Liberatur
eiſdem diebus renatus dux barri qui apud diuionẽ burgũdiæ primariũ oppidum a phi

lippo in cuſtodia habebatur. Ex eo tempore ſolus hoſtis anglus erat aduerſus quem
franci belligerarent. Igitur apud pontiſaram agente coneſtabile & cum eo aurelianen
ſi notho : iſlo ſe contulere cum quingentis equitibus (philippi iuſſu) dominus de ter/
nando: & ſymon lallanus ſtrenuꝰ auratæ militiæ eques: quibus põtiſaræ relictis cone
ſtabilis ad ſanctum dyoniſium ab anglis deſertam proficiſci conſtituit: oppidi inſtaurã
**Cædũtur angli.** di cauſa. Qua re comperta: anglus ex pariſiis obuiam pergens: a coneſtabili (francis a
pontiſara mouentibus) duriter excipitur ad lapideum pontem qui nõ procul a ſancto
dyoniſio ad ſequanam pertinet: ubi quadringẽti angli periere: multis cum thoma bel/
monte militum præfecto captis: prælio fœliciter geſto coneſtabilis ſanctum dyoni/
ſium occupat. Et turrim quæ ueneni nomen habet in quam aliquot ex fuga angli ſe re
**Pariſiani frãcos admittũt** ceperant circunſepit. Ibiq; relictis qui obſidionem continuarent: cum certum haberet
quoſdam pariſianos ciues perteſos eſſe anglorum dominationis: atq; cupere carolum
ſibi regem adciſcere: aſſumpto aurelianẽſi notho aliiſq; militum ductoribus: per poſ/
ſiacum noctu ſequanam tranſmittens ad cartuſienſes qui extra diui michaelis portam
ſunt caſtra admouit. De cuius aduentu clam prædocti michael lailerius: iohannes fon
tanus & aliquot alii ciues: cum illuxiſſet: populum in hoſtem concitant: ad quos con/
feſtim conuenientes thomas pigacheus: iohannes de ſancto benedicto: nicolaus lou/
uerius & iacobus bergerius magni inter ſuos nominis: anglos partim cædunt : partim
fugant capiuntq;. Quorum plæriq; ſancti dyoniſii portam occupare fruſtra niſi ſunt.
Nam ferreæ cathenæ quæ per omnia fere uiarum urbis compita erant protenus tranſ
uerſum tẽſæ ſunt & iter hoſti præreptum. Ad hoc ex feneſtris & tectis ædiũ nemo non
in diffugientes anglos ſaxa & omnis generis materiam demittebat. Alii per uiam in/
uentum hoſtem armis adoriebantur. Morinorum autem epiſcopus qui anglorum ſe
cancellarium gerebat: cum uilbio & mohiero mercatorum præpoſito populi ſeditio/
nem declinantes: in ſancti dyoniſii propugnaculũ ſe citiſſime receperunt : fugientem
præpoſitum dum piſtor quidam amicus illi & perfamiliaris ut eum populo reconcilia
ret reducere conatur a præpoſito uibrata in eum haſta occiſus eſt. Exaudito qui in ur/
be erat clamore coneſtabilis & qui cum eo franci erant: alii porta ſancti iacobi refracta
alii ſuperatis muris: plæriq; nauibus quas in flumine ſequana repererunt in urbem per
uadunt: nulla cæde facta. Sed propugnaculum quo ſe hoſtis tuebatur obſeſſum eſt. Ex
quo iamiam mohierus delapſus ad pontem charentonum diffugerat ubi a ſuis prodi/
tus in poteſtatem uenit dyoniſii de chailli equitis franci: a quo non multo poſt precio
redemptionis accepto liberatus eſt. Erat huius mohierii nepos brichanteus qui tur
rim ueneni apud ſanctum dyoniſium a francis obſeſſam tuebatur: anglorum partes ꝑ/
tinaciſſime ſecutus. Huic ut fidem facerent franci pariſiorum deditionis auunculi mu/
lam illi repræſentant. Qua conſpecta brichanteus ſpem euadendi capiens: e turris pin
na in ſubiectam ſe foſſam præcipitat: ubi ab iis qui rure in oppidum conuenerant ſine
mora trucidatur: atq; ita turris recepta eſt: & qui in ea erant uel occiſi uel capti. Pa/
cato pariſiorum tumultu: angli qui propugnaculum obtinebant ſalutem deſperantes
de deditione colloquium habuere. Itaq; loco cedentes abire liberi permiſſi ſunt: irri/
dente eos plebe ꝙ non per ciuitatem: ſed foras muros iter facerent. Confirmatis in
caroli fide pariſiis : coneſtabilis ad creolium mouens: poſtq̃ quindecim dierum obſi/
dionẽ fruſtra feciſſet: inde abiit & ſancti germani in laya arcem recepit: data præfecto
ut illam dimitteret pecunia. Eodem anno qui erat chriſtianæ gratiæ quadringẽteſi
mus.xxxvi. ſupra mille Ludouicus caroli filius uiennenſis dalphinus margaretã ſcoto
**Pontiſara ab anglis cap. ẽ.** rum regis filiam uxorẽ turonis accepit. Neq; poſt dies multos angli pontiſarã cepe
re: francis extruſis. Erat eñ tum hyems horrida: & oppidi foſſæ glaciatæ: & altiſſima ni
ue terra albicabat. Igitur angli niuis beneficio admoniti lintheis candidis ſe amiciẽtes
in ipſa niue cum decubuiſſent: fallentes oppidanos: in foſſas gelu concretas demiſſi: in
de in muros atq; oppidũ repente inuaſerunt: negligenter excubantibus frãcis: q̃ tãetſi
uenturos in ſe anglos accepiſſent: tñ neq; uigilias facere: neq; foſſarũ glaciem effringe
re curauerunt. E pontiſara ſe uix ſaluum proripuit iohannes uillerius : & uarembonus



burgundæ cohortis ductor. Fratres autem duo genere non obſcuri ludouicus atq; yn/
detus cognomento guitri portam q̃ daucri noiatur cũ aliquot ex ſuis occupantes: poſt
q̃ diu uiriliterq; anglorũ oppugnationẽ pertuliſſent: ſubſidii ſpe defecti: ſalui ꝑmitten/
te hoſte abeuntes: portam reliquere: duobus tantũ anglorũ poteſtati permiſſis : quos
graui neſcio quo crimine delatos capitis amputatione affecerunt. Cepere præterea
montẽargi & caſtella q̃dam: q̃ oĩa paucis interactis diebus franci (ære præfectis impti
to) receperunt. Miſſuſq; a carolo coneſtabilis ad caſtrũ audunũ locũ expugnauit. Ce/
pit deinceps nemorſum: & deinde monſterolũ ad amnẽ yonam obſedit: ad quã obſidi
onẽ ueniente carolo cõfeſtim oppidũ ui receptum eſt: & mox arx in quã thomas gue/
rardus anglus confugerat caroli ſe poteſtati ſummiſit : data ꝑfecto facultate abeundi.
Philippus item burgundionũ dux anglos caliſiũ occupare permoleſte ferens: ꝙ & **Caliſiũ a burgundo obſidetur.**
ſibi inimici eſſent: & ad aliquid a finitimis ſurripiendũ promptiſſimi: grandi ex flãdria
præſertim exercitu contracto: caliſiũ obſidere maturauit. Vbi poſtq̃ menſes duos con
ſediſſet: præliis cõpluribus militariter ꝑpetratis: tumultuante flamingo exercitu: uix a
ſuo duce flandrenſes temperauerunt: indignati ꝙ tanto tpe domo abeſſent: præſertim
in quotidiano periculo agentes. Itaq; occiſo iohãne horno nobiliſſimo equite: quem
philippus peramabat: ipſi dimiſſa obſidione: & philippo cũ paucis relicto: nullo ordine
flandriã petiuerunt. Dux nihilominus ſtrennue agens: cũ in ſe prodeuntes anglos ſuſ/
tinuiſſet repuliſſetq;: cũ ea quã habebat militũ manu domũ profectus eſt. Porro an
gli receptis ex anglia maioribus copiis: in artheſiũ flandriãq; incurſantes: mirũ in mo/
dum graſſati ſunt. incendia prædaſq; facientes. Quos tandẽ burgundus miles adorſus
caliſium repetere coegit. Tentauit quoq; philippus crotoyũ arcem ab anglis recipere
lignea turre ad oppugnationẽ fabricata: cuius præfectus fuit iohannes de croeyo. Sed
mouentibus in eum ex normannia anglis: relicta obſidione copias reduxit. Eadem **Francorũ militum ĩhumanitas.**
tempeſtate & fames & peſtilentia pariſios uexauit. Frumentaria eñ mẽſura q̃ eſt apud
illos ſextarius: libris turonorũ nouem ueniebat. Et per agros tanta erat armatorum in
agricolas impietas: ut uicis uilliſq; deſertis: in ciuitatem confugerent: nec erat illis an/
glorũ q̃ francorũ melior conditio. Itaq; in hoſpitali domo pariſieñ. q̃ dei nomen ha/
bet non pauciores fame q̃ peſtilẽtia periere. Eã ob rem ciuitatis primores & ĩprimis ri/ ***Miſera pariſioꝝ cõditio***
chemontus alii alio ſe contulere: tribus tantũ ad ciuitatis cuſtodiã relictis: adã cambra
cenſi parlamenti primo ꝑſidente: ambroſio de loro ꝑtore: & ſymone carolo rationũ
regiarũ ꝑfecto: quẽ computorũ ꝑſidentẽ appellant: uiris q̃dem auctoritate prudentia
atq; integẽ fide ꝑſtantibus. Quibus inter cætera aduerſa illud moleſtiſſimũ maxime
fuit: ꝙ milites franci q in ꝑſidiis ꝑ munitiſſima territorii pariſieñ. & finitimarũ arcium
erant: pecora ſibi abigebant ex agricolonis ꝓdas nõ minus q̃ hoſtes faciẽtes. Neq; huic
frequenti malo aliter q̃ ꝑcio raptoribus ſoluto occurrere poterant: ꝑſidio uidelicet mi
litũ deſtituti q peſtilente ciuitatẽ non incolebant. Itaq; & agri colonis: & ciuibus ciui/
tas ꝓpe deſerta erat. Accedebant tot malis luporũ crebræ in urbẽ incurſiones: q ſupra **Luporum incurſus.**
octoginta hoĩes cũ per agros deuoraſſent: ĩ urbanos quoq; ſæuiebant. Aduerſus hanc
beluã lege definitũ præmiũ eſt: ut pro ſingulis captis lupis ſolidi uiginti ex fiſco capto
ri ſoluerent: ꝑter publicã erogationẽ quã plebs ſua ſpõte uenatoribus ĩpẽdiſſet. Nec **Brugenſium ſeditio.**
defuit ꝑ id tꝑs philippo burgundo duci a brugẽſibus aduerſitas. quem ad ſe receptum
clauſis portis brugenſes ꝑſecuti ſunt: multis ex eius aulicis trucidatis, inter quos adam
uillerius inſulæ adæ dñs dũ oppidi portam effrĩgere cõtendit occidit. Quã temerariã
ſeditionẽ ducentis riderorũ aureorũ millibus apud ducem poſtea brugenſes purgaue/
runt: præter munera quæ eius uxori yſabellæ portugalẽſi ut uirum placaret contulere
Hæc cum brugis geruntur: Carolus apud bituriges cõuentu habito dum baſileæ ſy/ ***Meldis capitur.***
nodus agitur legem tulit quam pragmaticã etiã nunc appellamus romanis q̃dẽ appri/
me odioſam. Eodẽ anno richemõtus meldim ciuitatẽ poſt quindecimũ obſidionis di
em multis anglis interemptis expugnat. Mercatum autem in quo erat ualidum præſi/
dium hoſtis fortiſſime tutatus eſt. Aduenientibus ſubſidio dorceto comite atq; talle/
boto: qui nacta in flumie matrona naui in mercatum nouũ præſidium induxerũt. poſt

biduum inde abeuntes.Cæterũ diligenti oppugnatione attriti angli: ſuis fortunis ſal/
uis deditionẽ fecere.Mercato a francis recepto cum rex pariſii eſſet accito richemõto
eum cũ ingenti exercitu in normãniam mittit:quẽ mox ſecuti ſunt alenconii dux io/

**Abtincæ.**

hannes & andreas laualus mareſcallus multis armatis ſtipati.Hi oẽs abrincas petentes
ciuitatem obſident.Eſt aũt urbs in colle mediocriter edito ad occeanũ britannicũ ſita
normannorũ ditionis.Ibi cum dies circiter uiginti conſediſſent:dorcetus comes: dñs
de ſcalis:& tallebotus anglorũ præfecti frequentibus copiis contractis:ad uicum ſancti
leonardi duobus tantũ paſſuũ millibus a francorũ caſtris diſtantem ſua caſtra admo/
uere:non procul a gilberti ponte:qui ſupra ſceam amnem inter utrũq; exercitum erat
Vbi non pauca leuia utrinq; prælia cõmiſſa ſunt:aliis ſceam tranſmittere conantibus:
aliis tranſitũ prohibentibus.Tandem conſpicientibus francis amne ſuperato anglus ĩ
abrincas euaſit.Qui mox eruptione in francos facta acerrime pugnauerunt.Franci au
tem mutato loco pontorſonẽ uerſus caſtra reduxerunt. Sub his diebus ſanctã ſuſan
nam buellus:prodente eam anglo:noctu cepit.quæ cũ ad alenconiũ ducẽ pertineret:

**Ludouici in patrem coniuratio.**

buellus tamen ſibi inuito duce obtinuit. Non ſatis carolo fortuna fuerat inimica:ni
ſi a filio quoq; pientiſſimus offenderetur pater:tot per ſuperiora tempora turbationi/
bus uexatus.Ludouicus erat ei filius dalphinus uiennenſis:q traditus a patre marchiæ
comiti liberaliter imbuendus:poſtq̃ adoleuit:præceptoris eruditionẽ aſpernatus: ny/
ortum ſe recepit.Accerſitoq; iohanne borbonio & iohanne alenconii duce:abiecta tu/
tela:libere ſe poſthac uiuere profeſſus eſt:quippe qui & ætate & rerum cognitiõe ydo
neus eſſe ſibi uideretur negociorũ regni adminiſtrationẽ gerere.Addebant ludouico
aĩos ipẽ dux:atq; anthonius chabannus:iohannes de rupe pictauiæ ſeneſcallus petrus
de ambaſia:& alii complures nouarũ rerũ percupidi:qui aliquot iam ciuitates ad defe
ctionem ſollicitare ceperunt. Nam ii omnes coniuratione pictauis facta: ludouicum
a patris cõione maxime auertebant.Quorũ cõſpiratio pragueria dicta eſt.Ea re p mar
chiæ comitem carolo delata confeſtim ad ciuitates ſcribit:ne dalphino eiuſq; ſectatori
bus audiant:ne ue eos ad ſe admittant.Interim dalphini factionis auctores ex nyotto
ad ſanctũ maxentũ progredientes arcem(iaquetto quodam proditore)excipiũt: at/
q; in oppidũ cœnobiumq; conuerſi: loci dñam fortunis oĩbus ſpoliauerunt idẽ cœno
bĩo facere feſtinantes. Verũ iohannes ſachetus oppidi municeps cum tribus & uiginti
ſuarũ partiũ ſtudioſis ueſtibulum quod crucis appellatur:tãdiu aduerſus dalphinates
defenſauit:donec ex pictauis ubi carolus agebat ſubſidiũ ĩpetraret.Abbas quoq; & cœ
nobitæ obſeratis eccleſiæ portis fornicẽ conſcendentes teſtitudine effracta in hoſtes
ſaxa deiiciebant.Qui audientes regem ad ſe cum copiis proficiſci:prædis abactis diffu
gere.Carolus autem hora noctis ſeptima cum ueniſſet:laudata abbatis diligentia: mo
naſteriũ prouentibus atq; priuilegiis donauit.Qui in arce inuẽti fuere paucis exceptis
ultimũ ſuppliciũ ſubierunt. His ita geſtis carolus nyortum adoritur. Vnde mox ad
borboniũ ducẽ ſe proripuerunt dalphinates.Quapropter nyortẽſes nulla rebellione
adhibita carolo ſe dedere.Captus in arce eſt iaquetus ille proditor & in partes quattu/
or mẽbratim diſſectus. Cognito q͏̃ dalphinũ cum ſuis dux borboniorum recepiſſet
conſiliorũ particeps factus:Copias in borbonienſes carolus ducens:complura loca ce
pit:multis regionẽ damnis afficiens. Hæc agente carolo:dalphinus ſanctũ porſanũ
occupat belli fortunã experturus.Rex uero nunc rionem:nunc claromontem incole/
bat:borboniũ agrũ incurſantibus ſuis.Hæc ciuilis peſtis ſexto poſtq̃ cœperat menſe in
terceſſore comite deu quieuit:dalphino in patris gratiam redeũte:qui poſtea apud re
gem uixit.Conſpirationis autẽ auctores uenia a carolo impetrata & regio diplomate

**Harfleum ab anglis capit.**

firmata:quiq; in ſuas domos abierunt. Per hos dies obſidentibus harfleũ anglis:frã
ci duce notho aurelianeñ.ualida manu mouentes:cum anglorũ munitiones penetra/
re non potuiſſent:harfleum tandem præſidio ſaluo & monſtiuillariũ hoſti permiſere.
Atq; eodem anno carolus aurelianorũ dux qui poſt blãgianã pugnam in angliam du/

**Liberat dux aurelianẽſis.**

ctus quinq; & uiginti annos in cuſtodia angliæ regis fuerat ſolutus eſt:quatercentũ au
reorum millibus pro ipſius liberatione numeratis.Hic cum in ſancto audomaro reuer



ſus ageret:philippi ducis burgundiæ neptem mariam cleuenſis comitis filiam deſpon
ſauit multis a duce donis honoratus. Eodem tempore egidius de raya franciæ ma/
reſcallus ſortibus uſus plæroſq; infantes peremerat:quorum ſanguine futura auſpica/
batur:principatum affectans.Qui britonũ ducis iuſſu compræhenditur:& mox uerita
te maleficiorum per petrum hoſpitalem ducis cancellarium comperta:duplici crucia/
tu eodem fere momento afficitur.Extabat ad tormenta furca:ad quam egidius illaq̃a
tur ſcabello ſuppoſito:cui pedibus adniteretur. Circum quem accenſo igni:& ſcabel/
lo deiecto:confeſtim ſtrangulatur & uritur. Eſt rupes in inferiore normannia inſtar
inſulæ in mare prominens:interdiu bis atq; noctu æſtuariis maris tribus partibus allu/
ta:quam grauillam incolæ uocant eam girardi uillam primo dictã fuiſſe accepi eam cũ
alternis expugnationibus franci angliq; diuerſis temporibus poſſediſſent:angli tandẽ
inſtaurant ualide illam munientes:utpote q̃ inexpugnabilis eſſe fortificatiõe facta ui/
deretur:& quam deinceps ualidiſſimo præſidio tenuerunt.Et franci quoq; eodẽ exẽ/
plo louueriũ diu deſolatũ a normannis oppidum:auctoribus potono ſalzardo & ãtho
nio chabano muniunt:nongentis militibus præſidio adhibitis. Extruxerunt præterea
ad ſequanã ripam ligneũ propugnaculũ:quo rothomagũ nauigio adire eos qui ſupra
aduerſum amnẽ incolebant:impedirent.Conchas item pertus breſſayus & floquetus
dedentibus ſe anglis cepere.Et katherina caroli ſeptẽnis filia philippi ducis primoge/
nito deſponſata eſt:ut q̃ inter principes beniuolentia conuenerat:ſacro nuptiarũ fœde

**Tartas**

re perduraret. Eſt in uaſconia oppidum tartas non ignobile ad dñm de albreto ſpe/
ctans:id cum franci tenerent burdegallus ſeneſcallus cum captabuſſo & quibuſdã an/
glis circũuallauit.Contritis tandem in obſidione menſibus fere ſeptem interueniente
albreto ad inſequentẽ modum conuentũ eſt.Oppidum in frãcorum poteſtate perma
neret:carolus albreti filius in eo præfecturam gereret.fidem tamen daturus burdegal
lo ſeneſcallo:nullam ſe uim aut bellum ex oppido aduerſus anglos illaturũ: liberũ an
glis in oppidũ ire redireq; negociandi cauſa. Frãcis quoq; permiſſum eſſe burdegallæ
aliiſq; locis anglicæ ditionis cũ anglis mercatorũ more conuerſari.Has conditiones ſi
carolus aliquando obſeruare nollet:licere illũ tertio ante præteritas conditiones mẽ
ſe id mareſcallo prædicere.infra quod tempus:ſi franci prælio ſuperarentur locũ dede
rent.Sin contra:oppidũ ſibi poſſiderent.Carolo interim q minori ætate eſſet aliquot
ex francis angliſq; conſultores deſignarent.Re ut ſcripſi confecta quiſq; quo uoluit di
greſſus eſt. In cãpania nonnullæ francorũ cohortes cũ per ſummã iniquitatẽ p agros
pallantes oẽs paſſim ſpoliarent:Carolus rex trecas petit:& imprimis borboniũ nothũ

**Stipendium militibus aſſignatũ ut uicis relictis arces incolerẽt**

crudeliter armis abutentẽ in amne alba extĩguere iubet. Plæriſq; militũ præfectis par
facientibus officio amotis:decernens milites poſthac uicis relictis urbes uel arces ĩco/
lere:& eis ſtipendiũ ex publico dari:quo ſine iniuria quietiſſime alerentur. Ordina
tis apud campanos rebus:cum per picardiã ſimile carolus effeciſſet:creoliũ mittit coy
tiuũ mareſcallũ & hyrũ qui arcem oppidũq; ad eam partẽ qui bellouacos ſpectat obſi/
derent.ipſe uero p ſiluanectũ uiam carpens:ad alterã fluminis yſaræ ripã caſtra admo/
uit:reliquã oppidi partem obſidens.Fuit illic oppugnatio frequẽs:& aliquot locis tor
mentorũ iactu muri deiecti:quo interdũ franci cõſcendẽtes manu cũ hoſte cõferebãt.
conſpiciente eos rege.Quapropter colloquio cũ francis de deditione habito:guiller/
mus poytus oppidi præfectus libere cum ſuis abire pmiſſus: arcem oppidũq; reliquit.

**Creolium capitur.**

Creolio recepto:ad ſanctũ dyoniſiũ ueniẽs carolus inde pontiſarã copias oẽs admo
uet:ĩ cœnobio maubuſſono quod mille ab oppido paſſibus diſtat diuerſatus. Reliquo
exercitu ueteres macerias q̃ e regione oppidi paſtua uerſus ſunt occupante.Quod ii q
in præſidio erant aduertentes:ſtatim oppido erũpunt:cœnobiũ ubi carolus agebat im

**Põtiſara obſidetur.**

petentes.Fit igitur utrinq; atrox præliũ:ſed cedentibus anglis franci ad pontẽ uſq; & p
pugnaculũ quod in eo hoſtis extruxerat anglũ pſequũtur. ibiq; ſubactis foſſis & palis
humo defixis:nocte illa ſe continuerunt donec ex pariſiis deductis nauibus:amnẽ yſa/
ram qui oppidi muros præterfluit tranſmiſerunt:eatenus qua diui martini cœnobium
exiſtit:quod ioachinus roaldus:thealduſq; ualẽpargnus cũ aliis quibuſdam feſtinãter

occupant. Foſſis per gyrum cœnobii perductis: cū oppidū fere hoc modo circūſeſſum
eſſet franci propugnaculum pontis anglis eiectis capiūt. Libera erat porta q̄ rothoma/
gū ducit qua ingredi hoſtis egrediq; poterat: ita ut per eam tallebotus ſæpe: & deinde
eboraceñ. dux cōmeatum ſuis importarent: francos nonnūq̄ ad pugnam prouocātes.
Sed loco ſe mouere ordinēq; deſerere temerariū eſſe ducebant franci: quoꝝ maxime
ſollicitus carolus erat: diligentiſſime oīa prouidens quæ obſeſſoribus conuenirēt. Nā
per ambroſium delorū pariſiorum prætorem ingentē commeatū ad ſuos per amnem
ſequanam yſaráq; importare fecit: hoſte maxime inuito atq; ſummopere repugnan/
te. Quod cū prohibere dux eboraceñ. tallebotuſq; non poſſent: ꝑ poſſiacū ubi regem
compræhendere tallebotus ſperabat: iter faciēs: cū oppidū penitus populatus eſt: una
cū eboraceñ. duce in normanniā ſe contulit: relicto apud pontiſará clipтono equite an
glo cum fere mille armatis: q̄bus eboraceñ. fidē abiens dedit de ſubſidio obſeſſis ſta/
tuto die cōferendo. Digreſſo duce carolus accerſitis præfectis qui per uicos finitimos
in ſtatione erant: tormentis muros quatere cepit: & templū diuæ mariæ quo ad ꝓpu/
gnaculū hoſtis utebat᷑ (quia ꝓpe muros extrinſecus erat) expugnat. Et tertio poſt die
oppidū circūquaq; oppugnare iubēs magno oīm militum aīo nixuq; exuperat: occiſis
quingentis anglis captoq; cū aliis multis præfecto. Ex francis quinq; ad ſummū deſide
rati ſunt. Laudatus eſt imprimis coytiuus admiraldus qui ad obſidionē atq; expugna/
tionem ſingularē operā nauaſſet: nomen quoq; ſibi comparauit iohannes bureus qui
tormentis & belli machinis ꝑ eos dies præfectus erat obſcurus antea & mox induſtria
atq; diligentia regi acceptus. Ea uictoria benefortunatus carolus pariſium ueniens a ci
uibus magna celebritate exceptus eſt. Eadem tempeſtate iohannes floquetus quo/
rūdam ciuium ope adiutus ebroicas cepit: perforato ab aliquot incolis muro: per quē
floquetus eſt admiſſus. Et licet in mercatū confugientes angli ſe turribus tigniſq; cir/
cūfulſiſſent: mox tamen partim interempti partimq; capti aut clam (reſerata ciuitatis
Nota.
porta) elapſi ſunt. Subiiciam unū quod militem cautum reddere poſſit. Ex pōtiſara
cū nō pauci captiui in arce q̄ coruila dicit᷑ nō longe a carnoto in uinculis haberent᷑: un᷒
ex eis ut reliquorū redemptionē procuraret dimiſſus: franciſcū aragonēſem q̄ angloꝝ
partiū erat conueniens: narrat q̄ negligenter caſtellum a francis ſeruaretur. facile factu
eſſe arcem occupare: prædari q̄ in ea eſſent & inde uinctos eximere. Re cognita fran/
ciſcus cohortē non procul a loco in inſidiis noctu locat. inde cum illuxiſſet quattuor
ex ſuis habitu ruſtico indutos pomorū ſaccos raporumq; oppletos humeris tanq̄ uena
les importare in caſtellum mandat: qui nullo prohibēte arcem ingreſſi (pars eñ præ/
ſidii loco aberat: pars adhuc ſomno tenebatur) in cubiculū præfecti euadunt: eūq; dor
mientem compræhendunt. & mox ex inſidiis proripiens ſe hoſtis arcem & q̄ in ea cō/
perta habuit occupat. Atq; ita ſolutis captiuis reliquam prædam rothomagū traduxit.
Ignauiæ pœnas digne luit qui inimico proximus ſibi diligēter nō cauet. Eniuero peri
ere aliquando toti exercitus ſibi nimiū indulgentes: & non attēdentes quid hoſtis mo
Dieppæ obſi dio.
liatur. Anno inſequente qui fuit chriſtianæ gratiæ. cccc. xlii. ſupra mille tallebotus
mille quingentorū delectorū anglorū ductor non procul a dieppa maritimo oppido
quod a francis tenebat᷑ caſtra ponens: in colle qui polletus ab incolis dicit᷑ cōſedit. ex/
tructa ibi lignea grandi admodū turre: quā multis tormentis & machinis bellicis com
muniuit: ut inde oppidi muros crebris iactibus cōcuteret. Erat ad oppidi tutelam carlo
tus mareſius trecentos ſecū egregia uirtute milites habens. Ad quē paucis poſt diebus
iohannes aurelianeñ. nothus cū circiter mille armatis ueniens: poſtq̄ locū militēq; re
cenſuit arturū de longauilla & thomā droynū ſexcentorū manu militum ſtipatos ad
uetus præſidium adiūgens dieppa egreſſus eſt. Miſit præterea carolus rex alterū ſubſi
diū obſeſſis. Cui præfecit thedoalū burgeſiū: aſſignato illi guillermo ricaruillo centū
equitū præfecto. Firmata tanto præſidio dieppa franci talleboto cum potenter reſiſte
rent: ipſe paulo poſt abiit: relictis ad obſidionē peragendā ſexcentis anglis quibus præ/
erant guillermus poyttus & iohannes rippellaus. Procedente t̄pe poſtq̄ hoſtis ad diep
pam ptinaciter ſedet: Ludouicus caroli filius uienneñ. dalphinates patris iuſſu ingenti



collecta militum manu ex pictauis dieppam petit diſſoluendæ obſidionis gratia. Qui
ſecundū amnē ſommonobriam iter faciens: obuios ſibi excepit ſexcentos ſupra mille
milites qui ei in ea expeditione obſequerentur. Eorum primi ductores extitiſſe refe/
runtur ſancti pauli comes: domicellus de cōmerci: gaucurtus: caſtillionis lauali comi/
tis frater: & eius caſtillioni dñs qui ad amnē matronā eſt. Acceſſione huiuſmodi proce
rum inſtructior factus dalphinus abbatiſuillam ſe contulit: quo thedoalum burgeſiū
ad ſe uenire iubet. Is ubi aduenit: conſilio de re gerenda capto: thedoalum cum trecen
tis militibus præmittit: qui ad anglorum caſtra commeatū inuehi prohibeat: ipſe pau/
lopoſt reliquas copias dieppam ducit: ubi poſtq̄ militem ex labore pauliſper recreatū
habuit: occidente iam prope ſole ſexcentum probe armatos ad collem ubi hoſtis con
ſidebat ꝓficiſci imperat. Fuit nox illa continuo fere ymbre madens: nec propterea erū
pere in francos deſtitit hoſtis: q̄q̄ acri pugna in munitiones ſuas regredi a francis coge
retur. Poſtridie dalphinus dieppa mouens in collem polletum in conſpectu hoſtiū co
pias ſiſtit. Habebat enim fabricatos ligneos pontes ad tranſmittēdas foſſas quibus ſe
anglus per ambitum ligneæ turris circūſepſerat. Igitur ſecundo die poſtq̄ ad collē ſuc/
ceſſit: pontes rotis prouectos ad foſſas admouens: mox ſigno dato oppugnare turrim
feſtinat. Nec ſegniter hoſtis obſiſtit: & inſilientibus in eum francis ſumma ui conflicta
tur: hos ſaxis opprimens: alios telis ſagittiſq; vulnerans. Ad primum congreſſum octo
ginta franci cæſi ſunt: trecentis & ſupra grauiſſime ſauciatis. Quibus integri hortante lu
douico ſuccedentes: oppugnationem nequaq̄ deſerebant: dalphini præſentia: angloꝝ
quoq; odio uehementer animati. Nec defuere dieppenſes. Qui baliſtarios ſexaginta
educentes crebris ſcorpionibus hoſtem ne e turris muro tuto propugnaret: prohibe/
bant. Eapropter inſtante atrociter franco milite: expugnata eſt turris: trecentis anglis
interemptis: reliquis captis cum guillermo poytto: iohanne rupalo & talleboti notho
qui in dieppenſiū poteſtatem uenere. Qui autem francæ originis erant oēs ſuſpendio
affecti ſunt cum aliquot anglis qui ante oppugnatam turrim dalphino conuiciati fuiſ/
ſent. Tam firmo propugnaculo diſſipato: tormenta q̄ in eo erant in oppidū dalphinus
trāſtulit. Laudatis militibus ciuibuſq; quorū diligenti opa parta de hoſte uictoria erat
Dedit item oppidanis munera ad ſarcienda dāna q̄ obſidionis tempore perpeſſos eſſe
cognoſcebat. Inſequenti anno. M. cccc. quadrageſimoquarto de duorū & uiginti
menſiū induciis inter franciæ angliæq; reges conuenit: ꝓmiſſa utriq; libertate merces
cōmutandi atq; inter ſe negociandi. Per quod induciarū tempus: ne miles ocio tor
peſceret ſiciliæ regi carolus ſuppetias tulit aduerſus mettenſes: & quoſdā lothoringiæ
incolas qui ei nō parebant. Admonitis mettēſibus obedire cum dicto audientes non Expeditio in mettenſes.
eſſent: eos carolus circūſedit multis copiis & dalphini præſentia potens. Firmata obſi/
dione: romanus imperator de heluetiis q̄ſtus ꝙ imperio rebellarēt: Carolū per bour/
galemoniū germanū inſignē equitē orat partē militū ſibi contra deſciſcentē a ſe helue
tium cōicet. Ea res cū ingrata regi nō eſſet: dalphinū baſileā cū copiis mittit. aſſiſten/
te illi bourgalemonio federici militis præfecto. Dū aūt uiam pergit heluetiorū nō cō In heluetios
tēnendā manū nō longe a baſilea offendit: in quos cū in hortos quoſdā ſe recepiſſent
arma conuertens: bourgalemoniū ante alios amiſit cū aliquot aliis interemptū. Fudit
nihilominus hoſtē & ad unum occidit. Inde ad ſanctum hypolitum mouēs ſpe oppidi
confeſtim oppugnandi: cum id fruſtra conatus fuiſſet: habuit tamē ſibi obtemperātes
oppidanos. Sed francus miles ſuo more ex agris prædas agens furētem gentem in ſe
excitauit: ita ut diuerſis locis cōſociati heluetiorum manipuli non paruam copiarū par
tem occiderunt. Igitur bourgalemonio mortuo ſuiſq; partim occiſis dalphinus regio
nis aſperitate cognita ad patrem qui apud nantium lothoringiæ primarium oppidum
erat reuerſus eſt. Quo ſe contulit comes ſuffortus anglus a henrico ad carolum miſſus
qui caroli filiam regi ſuo uxorem peteret. Neq; id comiti denegatum eſt. Præerat Ductor met tenſiū crude lis.
mettenſibus iohannes uitotus barbarus & ferus moribus homo. Hic equo inſigni ute
batur: in cuius cauda aſſutum erat tintinabulum ut ingrediens egredienſq; ſæuus impe/
rator audiretur: atq; cognoſceretur. Adeo quidem inhumanus: ut ex ſuis aut ex hoſti/

bus captum neminem precio redimi ſuſtineret. Si autem compertum haberet fœmi/
nas urbe egreſſas de uirorum liberatione pertractaſſe: eas nece afficiebat. Sed barbari
crudelitatem uicit ciuium ꝓuidentior modeſtia. Fatigati itaq; diuturna obſidione met
tenſes: regem muneribus placant: ducentis ſcutorum millibus belli impenſas compē/
ſantes. Rebus ad hunc modum ordinatis: carolus cathalaunum profectus eſt. Sub
idem tempus cum eccleſiæ ſynodus baſileæ haberetur: eugenius pōtifex romanus co/
gnito ꝙ patres qui concilio aderant eum a pontificatu amouere ſtuderent: ſynodū fer
Fœlix ſabau/ rariam & inde florentiam transferre laborauit. Vnde baſilienſis ſynodus amedeū ſa/
dus papa. baudum qui ſolitariam uitam apud rapaliam uiuebat in pontificem quem fœlicem no
minauit aſſumpſit. Interim mortuo eugenio cum romani cardinales thomā de ſuſan/
na eugenio ſubſtituiſſent nicolaum quintū eum appellantes: orto in eccleſia ſciſmate.
Caroli maxime opera contentio ſopita eſt: conceſſa fœlici per ſabaudiam ampliſſima
legati poteſtate. Per eoſdem dies tametſi inter reges francoꝝ atq; angliæ induciæ ꝓ
cederent: franciſcus tamen ſurienus cognomento aragonenſis tumultuaria armatorū
manu feugeras, quæ normanniæ finitimæ, ſunt ad britanniam pertinentes circūuentas
cepit atq; populatus eſt. Qua de re britonum dux apud carolum per nuncios queſtus:
oſtendit hanc in illum contumeliam ab hoſte illatam eſſe: inducias illibate conſeruā/
tem: decere ab anglo repetere quod per nefas abſtuliſſet. Querela ducis accepta: caro
lus ad angliæ regem & ſombreſſetum ducem iohannē hauartum & guillermum cou/
ſinotum ex ſuis aulicis mittit: qui res ex feugeris induciarū tempore a franciſco ſurrep
tas repeterent. His reſponſum eſt franciſcū aragonenſem id non ex ſententia regis cō/
miſiſſe: factum neq; regi neq; ſombreſſeto placere. Quod ut carolo ſombreſſetus per
ſuaſum faceret: per nuncios idem ſignificat petens ut ob eam rem nihil de induciis no
uaretur. De accepta autem iniuria ſi oratores louuerium mitteret: eodē uenturos ſom
breſſeti legatos: qui controuerſiam pariter componerent. Id Carolo cum gratum fu/
iſſet: dies conuetioni apud louuerium dictus eſt. Ibi dum oratores conſultant: interim
tollenda anglis pontiſarcha fortiſſimo ad ſequanam in normannia oppido floquetus
ebroicenſis prætor uir bello ſtrennuus conſilium capit. Vector quidam quadrigarius
ſolitus per id oppidum iter crebro facere: & eam ob cauſam anglis iam notus proui/
derat animo eius loci præſidium negligenter agere: neq; ſatis oppidi cuſtodiæ attentū
eſſe. Igitur rem a ſe frequenter animaduerſam ad floquetū iacobūq; de claromonte &
dominū de maulgnio belliperitos defert. petitq; ſibi aliquot delectos milites attribui
qui illum ad id negociū iuuent. Deſignantur imprimis duo: qui ſingulis ſecuribus de
ſumptis lignarios ſe fabros ſimulantes uectorem comitantur. Quos ſingulatim alii lō
go interuallo ne multitudo ſuſpitiōem faceret ſubſequūtur. Qui omnes definito inter
eos die ad cauponam quæ in ſuburbio eſt hoſpitii prætextu conuenere. Huius autem
cauponæ hoſpes iniuriam ſupra paucos dies ab anglo acceperat. Quod non ignorans
quadrigarius ab indignāte ob iniuriam hoſpite cubiculum ſeorſum petit ubi ipe cum
ſuis ſecreto diuerſetur: ſimulq; rem conceptam illi patefacit. Letus rei indicio hoſpes:
opem quoq; ſuam illis pollicetur. Inſequente nocte dominus de breſſy cum militum
cohorte q̃ proxime oppidum poteſt uerſus ſancti andoeni portum ſe ad inſidias com
ponit. Floquetus ad alteram pontis regionē q̃ louueriū ſpectat: cū iacobo claromon/
tano & quingentis equitibus in uicino nemore ſe collocat. Vector quadrigarius ſub lu
cem inſequentis diei cū uehiculo ad primā uſq; pontis portā cū ſimulatoribus fabris tā
tum progreſſus: ianitorē noīe appellat: orans ianuā ſibi reſerari: ꝙ feſtinus eſſet mer/
ces importare quo eas uehendas receperat: ſimulq; præmiū beneficio pollicetur: fidē
dans ꝑ eis qui ſecures ferebant. Ianitor qui uectorē notū haberet: adhibito ſecū āglo
portā recludit. quā mox uector ingreſſus uehiculū ibi ſiſtit ſimulanſq; ex marſupio nū
mos in mercedē anglo depromere: unū qui ex britonū moneta erat labi in terram ex
induſtria ꝑmittit: quē nummū ut humo leuaret dū ianitor procumbit: uector exerto
pugione confodit: ii uero q fabri putabātur ad ſecundā portam interim cū ꝓceſſiſſent:
anglū interimunt. moxq; ex inſidiis floquetus: aliiq; milites properātes oppidū arcēq;



hoſtiliter uociferantes inuadunt. omni præſidio uel cæſo uel capto: cū ad eam horam
non aliter q̃ ſecurus quiſq; obdormiſceret: inter captiuos cōpræhenſus eſt comes fau
quēburgus diues anglus. Ea res anglos mirū in modū cōtriſtauit. Quibus ne paci præ
cluderetur uia: carolus q̃ capta erant reddenda cenſuit: ſi feugeras reſtituerent. Id ad
ſombreſſetū referentibus anglis: utriq; legati ad cœnobiū quod bonū portū uocant
poſtea coiere. Interim gerberoyū in bellouacis a domino de mouy: & in burdegal/
lis conacus: malgrinuſq; a uerdrino uaſcone: & a floqueto in normānia conchæ captæ
ſunt. De quibus locis recuperandis, miſſo a ſombreſſeto iohanne infante. Carolus re/
ſpondet ſi feugeras britonū duci reddant: ea q̃ recenter capta franci tenerent ſe reſtitu
rum. De feugeris in mandatis nihil habere cū iohannes infans reſpondiſſet: re infecta
diſceſſit. Nec ab his qui ad bonū portū conuenerant aliud geſtum eſt. Reuerſis ad ca/
rolum oratoribus: ipe de belli ratione cōſiliū cum ſuis cōicat quippe qui hoſtis ſuffu/
gia doloſq; nulla modeſtia peruincere poſſet. Ad britonū ducem miſſis nunciis bellū
cōi beniuolentia gerendū ſuſcipitur. Per præcedentiū tempus induciarū non deſtite/
rant angli qui mantā uernoliūq; & latiniacū occupabant uias publicas inſidere: quoſq;
paſſim uel ſpoliantes uel iugulantes: & ut a crimine patrociniū ſumerēt: eos qui ab eis
talia paterentur armigniacos appellabant. Facies tamen ſuas ne agnoſcerentur laruis
obtegebant & ꝑſonati quidem incedentes: laruatos ſe appellari gloriabant: eoſq; pſeu
dofaciatos vulgus uocitabat. Aduerſus tot mala coeuntibus undiq; copiis auſus hoſtis
ex feugeris in britones eruptionē facere uiginti ſupra centū anglis occiſis in ſuas muni
tiones redire coactus eſt. In normannia apud uernoliū multor cuius molendinum
oppidi muris proximū erat nocturnis excubiis deſignatus cū forte obdormiſſet: ab an
glo excitatus iniuriā acceperat. Quam ægre admodū ferens multor: de prodendo frā
cis oppido rationē cū floqueto init. Commoditate facinoris accepta floquetus merce Vernolium
dem homini pollicitus: petrum breſeyū & iacobum claromontanū rei conſcios facit. capitur.
Quos ad conſtitutū diem conuenientes multor per molendinum cui ipe præerat ſca/
lis ad muros oppidi admotis in uernolium admittit. Erat enim dies ille dominicus ad
rem diuinam audiendam chriſtianis maxime celebris. hinc occaſione accepta multor
qui eo quoq; die excubuerat collegas ſub lucem admonet ad eccleſiam rei diuinæ gra
tia properare: ut dei religione expleta: mox cibo matutino reficerentur. Igitur colle/
gis abeuntibus gratum francis facinus multor perpetrauit, ſuam iniuriā ulciſcēs. In mi Nota.
nima ſiquidem fera interdum animus ineſt: ſe ad uindicandum pro tempore compo/
nens. Capto oppido: qui euadere potuerunt angli in arcem ſe receperūt. atq; eam quæ
in media arce eſt turrim muro foſſiſq; apprime munitam occupant. Ex qua ne hoſtis
dilaberetur. iohannes dunenſis comes quē aurelianū nothum ſupra nominauimus ca/
roli militiæ per eos dies princeps protenus aduenięs turrim circūſedit. Nec multis in/
teriectis diebus accepit tallebotū cum copiis bretoliū aduentaſſe: non aliam ob rem q̃
ut obſidionem diſſiparet: importaretq; commeatū obſeſſis. Eapropter dunēſis comes
non diu uernolii moratus relicto in obſidione florentio dilliers carnotenſi in tallebo/
tum ducens eum non procul a haricuria eſt aſſecutus: loco quidem munitiſſimo ſe cō
tinētem. In quo a francis die illa tota ad pugnam prouocatus nullam pugnandi pote/
ſtatem fecit. Sed inſequente eius diei nocte in haricuriæ arcem ſe contulit. Franci autē
relicto tall eboto: ebroicas profecti ſunt. Dum hæc in normannia geruntur: Caro/
lus ligeri per ambaſiam tranſmiſſo: uernolium petere conſtituit opem laturus obſidē
tibus turrim. Et per eos dies comites deu & ſancti pauli cum quattuor equitum milli/
bus nogentum ducentes oppidum arcemq; capiunt præfecto iohāni fabro cum iis qui
in præſidio erant data libertate abeundi. Arcem uero iniecto igne deſolatam franci re
liquere. Inde progredientes ſequana traiecto ad pontemaudomari uocante eos ab Pons audo/
ebroicis dunenſi comite iter carpunt. Illis igitur ad rillum amnem qui præter muros marus capit.
fluit ſe conferentibus dunenſis comes cum reliqua copiarum parte in regione quæ ad
rothomagum uergit caſtra ponens: poſtq̃ omnia quæ ad oppugnationem neceſſaria
erant parata nunciantur dato ſigno quiſq; certatim in muros euadere contendit. Itaq;

magnis animis anglus obſiſtit. Sed in oppidum irruentes picardi: moxq; altera parte
dunenſes: hoſtem propulere. Qui in ædes publicas quæ in mercato ſunt confugientes
paulopoſt comitum dunẽſis & ſancti pauli poteſtati ſe permiſere. Qui enim capti ſunt
fuere uiginti ſupra quadringentos: inter quos oppidi præfectus monteſaurus normá/
ni fiſci moderator fuit & fouquetus hetonus anglus. Re bene ad pontemaudoma/
ri geſta: dominus de mouy ad loci præſidium ſtatuitur. Sub idem tempus aliæ quæ/
dam arces a francis duce loheaco receptæ ſunt. Et uernoliana turris: rege carnoti agen
te deditionem fecit modico redemptionis precio ab iis qui in præſidio fuiſſent perſo/
Lexouium. luto. Secuti ſunt lexouii: ad quod dunenſis comes cum iis qui ad pontemaudomari
militauerant mouens eos nulla ui adhibita receptos ſuis legibus uiuere permiſit. Man
Manta. ta plus laboris ut ſe dederet attulit: deditionem recuſantibus anglis qui eam tuẽdam
receperant. Sed deficiente ab eis plebe & porta q̃ ſancti nomen habet cum bona oppi/
di parte armis occupata: ciues ad francos egreſſi de deditione conditiones acceperũt.
Quod ab anglis compertum eos humiliores fecit. Nam accepta diſcedendi cum ſuis
fortunis libertate oppidum reliquere. Cæteris qui cum hoſte alio ſe cõferre duxiſſent
idem permiſſum eſt. Manentibus nihil nocitum omnino fuit. Rebus compoſitis pe/
trum breſſeyum comes dunẽſis oppido præpoſuit. Carolus eodem tempore ex car
notenſibus uernolium uenit ab incolis magna animi alacritate & beniuolentia exce/
ptus. Atq; interim pictauẽſis ſeneſcallus petrus breſſeyus memorabile facinus ador
Longnyum. tus eſt. Eſt caſtellum apud normannos longnyum cui præextenditur atrium patens
(quod baſſam cortem franci dicunt) foſſa muroq; circunſeptum. Ei caſtello præerat
ſanctimarianus franciſci aragonenſis gener: habens ad loci præſidium milites ducen/
tos: quos in atrio continebat. Cum hoc breſſeyus colloquio habito impetrat caſtelli
deditionem oportuno tempore a ſe faciendam. Adueniente conuentorum die breſ/
ſeyus armatos longnyum mittit: quos ſanctimarianus ſoceri amicitiam eiuſq; uxoris
præſentiam parui ducens in caſtellum clam per poſticum introducit. Qui autẽ in atrio
ſtationem habebant francis in caſtello conſpectis obſiſtere quidem conati facile qua
ſi & numero & robore inferiores cœpto deſtiterunt: qui omnes capti & bonis ſpoliati
ſunt præter frãciſci uxorem quæ cum fortunis (in generum multum prius oblocuta)
Vernonẽſes libera diſceſſit. Sub idem tempus caduceator a floqueto ad uernonenſes qui ſequa
nam in normannis accolunt miſſus ut in caroli ditionem fidẽq; ſe conuerterent a iohá
ne doremonto loci præfecto irriſus eſt: dicente ſe quidem cum loci incolis oppidi cla/
ues perq̃ libenter præbiturũ. Nec moratus ad clauium artifices pergens doremontus:
multas rubigine uetuſtateq; ſemeſas claues caduceatori colligatas tradit. Cui reſpon/
dens caduceator: hæ inquit obſoletiores ſunt q̃ ut tam celebris oppidi portis conueni
ant. moxq; ad comitem dunenſem qui interim proxime uernonem copias admoue/
rat acceſſit: referens ea quæ a doremonto geſta cognouiſſet. Illuſione accepta: comes
ad oppidi regionem quæ ad rothomagos ſpectat conſedit. Domino de mouy & guil/
lermo canuto alteram partem obſidentibus: quibus erat francorum ſagittariorũ fre/
Inſtitutio frã quens manus attributa: qui ad belli neceſſitatem recenter fuerant ex ruricolis delecti
corum ſagit/ & a uectigaliũ oĩm contributione ſine controuerſia liberi. Eniuero ex ædibus ſexagin/
tariorum. ta: unus aſſumptus armis ab iis qui domi reſtant inſtructus: & aureo tantũ nũmo dum
domo egreditur donatus: ĩ militiam pergit: & horũ quidẽ egregia opera carolus mul/
tis locis ꝓſpere uſus eſt. Ex eorum numero hi qui ſub dño de mouy & canuto milita/
bant: inſula q̃ in uernonis conſpectu eſt occupata: confeſtim põtem qua in oppidũ uia
eſt: intercipiunt. Qua re perterriti oppidani ex ſuis ad comitẽ legant iohannẽ abaronẽ
anglum & guillermũ daguenetũ cũ aliquot loci bonæ opinionis incolis. Quibus ad
comitem admiſſis: daguenetus ita locutus eſſe perhibetur. Ad uernonenſes (illuſtris
Oratio comi comes) caduceatorem miſiſti qui eos regis tui noĩe admoneret: ſe atq; oppidum eius
tis dunenſis poteſtati permittant. Igitur ad te uenimus: ut nobis dicas q̃obrem admonendos nos
ad uernonẽ/ eſſe ducas & quid a nobis tibi faciendũ putes. Comes ut modeſtus erat reſpondens nõ
ſiũ oratores. ignoratis inquit uiri oratores uernonem cum arce & circũiacenti agro ad carolum re/



gem paterno iure pertinere. Quæ cum uel ui uel dolo ablata hoſtis occupet: nunc pa/
tri ad regnũ ſuccedens carolus: ea ſibi reſtitui iure optimo petit. Fuiſſe nanq; per ſupe/
riores annos multa geſta bella quibus uaſtatũ regnum attrituſq; populus diu multũq;
miſere elanguit. demũ inducias inter principes interceſſiſſe: ut interim concordiæ uia
pararetur. Sed parum in fide ſtantibus anglis: medio induciarũ tempore feugeras oc/
cupaſſe & expilaſſe: quam adhuc tenerent tametſi cõpluribus conuentionibus de redi/
tegrando damno fuiſſet tractatum. Tam multis iniuriis acceptis: carolum ex procerũ
conſilio conſtituiſſe iuſtiſſimis repetere armis quæ a patre atq; a ſe anglorum perfidia
ſuſtuliſſet. Eam cauſam eſſe q̃obrem uos de deditione facienda admonere præcipimꝰ
Poſtq̃ hæc a comite dicta ſunt qui miſſi fuerant ſeorſum a contione ſecedentes: recu/
ſantibus anglis deditionem oppidani caroli ſe partes ſequi omnino conſtituerunt. Re
lictis propterea apud comitem obſidibus: uernonem repetentes: uernonetũ imprimis
(id eñ arci nomen eſt) reſtituere. Verum ꝙ a rothomagenſibus non plurimũ uerno/
nenſes abſunt: & inde ſubſidium affuturũ ſperarent: oppidum dedere ea lege pollicen
tur: ſi anglus ſuppetias illis infra proximũ ſabbatum non ferret. Conſtituto die quia ſe
deſtitutos ope intelligerent: emiſſis libere ex præſidio anglis: dunenſem comitem in
oppidum uernonenſes admittunt: qui loci atq; arcis cuſtodiam rigaldo de fontanis aſ/
ſignauit. Dum hæc uernone geruntur carolus ebroicas: deinde louuerium petens:
ab incolis incredibili leticia exceptus eſt. Quo tempore guillermus canutus arcẽ quæ
dangu appellatur ex præfecto portugallo uoluntaria deditione recepit. Et ſancti pauli
comes gorneyũ in fide admittens oppido atq; arce a carolo donatus eſt. Comes item
dunenſis poſt quindecimum obſidionis diem haricuria potitus eſt. Interim mouen
tes ex uernone proceres ad carolum louuerii agentem cum ingentibus copiis conue/
nerunt: per quos dies rupis guidonis dominus eius nominis arcem quæ ad eum perti
nebat dedente ſe præfecto recuperat. Contractis ad louuerium omnibus copiis: Ca Copiæ ad ca
rolus maturat ea perſequi quæ ad reliquam normanniam ſubiugandã opus erant. Ca/ rolum cõue/
rolum igitur artheſium comitem deu: ſancti quoq; pauli comitem & iohannem ſaueu niunt.
ſum cum quattuor armatorum millibus ad nouum caſtrũ cui præfectus erat adam bil/
letonus anglus in præſidio habens quadraginta ſupra centum milites proficiſci iubet
Captum eſt oppidum ui. Arxq; recepta: conceſſa anglis facultate ſuas inde fortunas ex
portandi. Dunẽſem præterea comitem carolus alteras copias ducere chambraſiũ mã/ Chambraſiũ
dat: quem complures franci proceres uno exercitu comitati ſunt. Inter quos fuere co/
mites claromontenſis & niuernenſis: dorualus & ialonnus franciæ mareſcallus: Caro/
lus culautus: Petrus breſeyus: gaucurtus: buellus: peditum equitumq; millia quattuor
educẽtes. Caſtris ad chambraſium admotis poſt diem octauum: guillermus ernitus an
glus arcis præfectus (lege cum francis libere diſcedẽdi compoſita) loco ceſſit. Erat
deſſayum in alenconii ditione caſtellum quod anglus multis annis tenuerat: ab eoq; Deſſayum.
lacus non longo multum interuallo diſtans. Hunc lacum cum hi qui ad deſſayũ erant
expiſcandum per eos dies accepiſſent: plæriq; lacum petunt: piſcium concupiſcentia il
lecti. Ea re per nuncios cognita: alenconii dux contractis ex tempore copiis: ad lacum
occultis itineribus contendens: anglos illic pallantes oẽs intercipit. Captoſq; in deſſay
conſpectu ſiſtens: eos neci deſtinat niſi arcem dedant. Deditum oppidũ eſt & caſtellũ.
Ex dieppa quoq; qui præſidio erant partim fecanũ cœnobium quod ad occeanũ eſt Fecanum.
petentes noctu expugnant. Nec longa mora interpoſita ecce ab anglia nauis q̃ circiter
centũ milites ad fecani præſidium ferebat: ad portũ appellit. Quos fecanicæ oppugna
tionis ignaros & ideo in continentẽ egreſſos franci compræhendunt. Ad hæc britá
niæ dux: francorũ ſuorũq; robore ſtipatus: ex britannia conſtantiã profectus: ciuitatẽ Conſtantia.
ſecundo ſui aduentus die (abeũtibus inde anglis) cepit. Eadem fortuna nulloq; nego
cio ſanctũ laudum & uicinas arces non paucas occupat: ubi ex francis præſidiũ cõſtituit Sãctus laudꝰ
Sub id tempus alenconienſes ad ducem ſuum miſſis clam nũciis: patere illi aditum Alẽconium.
in oppidum promittunt. Quo nuncio dux ſpem recuperandæ hæreditatis capiens: pro
tenus copiis ad oppidum collatis ab incolis intromittitur: anglis in arcem fugientibus

quam fractis animis defenſantes paulopoſt ducis ſe arbitrio dedidere. Auxiliatus eſt
duci ad hanc rem ludouicus bellomontus qui ex cenomannia ad eũ ſexaginta equites
ducens conuenerat. Fuit eodẽ anno. M.cccc.xlix. apud uaſcones francis fortuna(ſi
Gaſto fuxi comes. cuti cœperat)candidior gaſtone fuxi comite mauliſſonẽ obſidente: q a carolo uaſco
niæ regionis ad pireneũ uſq; adminiſtrationẽ receperat. Erãt gaſtoni in obſidione tria
Mauliſſon. equitũ & decẽ ſagittariorũ milia. Quorũ repentino cõſpectu permoti oppidani ad ga
ſtonẽ nuncios de deditione miſere. Angli uero ubi id cognouerunt: in arcẽ q in edita
rupe eſt ꝓfugerunt. Itaq; mauliſſone recepta: comes fuxi cũ accepiſſet in arce pœnuriã
Nauarr⁹ rex frumenti & cõmeatus eſſe: rupem ex oĩ parte circũuallat. Cui aĩo obſiſtendi: rex nauar
ãglos ſecut⁹. rus(cuius filiã gaſto habebat uxorẽ)ſex uarii generis hoĩm millibus contractis: cũ ga
ſtonis militũ ordinem roburq; exploraſſet: ſuos paulo retrocedere iuſſis: ad comitis ſe
colloquiũ admitti impetrat. Coiere paruo militũ numero principes: mille a caſtris frã
corũ paſſibus. Vbi rex nauarrus comitem allocutus. Miror te inquit cariſſime gener:
neglecta ueteri noſtra amicitia mauliſſonẽ quã tuendã mihi anglus commiſerat uindi
caſſe: & nunc arcẽ quoq; capere conari: cui meus coneſtabilis ſuo & anglorũ noĩe præ/
Gaſtonis re/ſponſio. ſideret. Ad regis uerba gaſto ad ſequentẽ modũ reſpõdit. Affinitatẽ recte rex illuſtris
cõmemoras: quãobrem tibi & beniuolus & obſequens eſſe debeo: ſi alio me non du/
ceret parendi neceſſitas: & honeſtas officii. Carolo regi ſubiectione & fide cũ ſim im/
primis obnoxius: tũ ob id maxime ꝙ uaſconiã meæ tutelæ ſuppoſuit: iuſſus ab eo mau
liſſonẽ cepi. neq; hinc abſcedã donec aut alter me fortior extrudat: aut arcem ad caro/
li ditionẽ redire cõpulero. Comitis uoluntate cognita: nauarrus copias ad ſe reduxit.
Obſeſſi uero impetrata diſcedendi ſecuritate arcẽ dedidere. Eodẽ tpis tractu q̃dam
in normannia arces captæ ſunt a dño de blanuilla: touqua: in rupe proxime occeanum
extructa: a dunenſi comite argentonũ: ubi ſimulato metu ex muro de deditiõe prolo/
Dolus dolo ſuperatur. cutus hoſtis: arma cũ pararet: quidã in populo primores diuerſa qua anglus parte dolis
agit: francos affati fraudẽ manifeſtant: orantes ſignũ quod præ ſe ferrent ſibi proten⁹
dari. Oppidanos cõſtituiſſe Carolo regi parere: anglis expulſis. Signo recepto: frãcos
admonent eo accedere quo ſignũ in muro erectũ cernerent: ſe q̃dem illos in oppidum
accepturos. Admiſſis p muros bono numero francis: angli ſuo cõmento fruſtrati: ĩ ar
cem ꝓpropere confugerunt. Quã nõ multo poſt dedidere: ex ſuis fortunis oĩbus: præ/
ter baculũ unũ nihil inde exportantes. Nec fuit oliuerio de carſalio præſidii ꝓfecto
melior conditio. Per eos dies caſtellũ gaillardi loco edito ad ſequanæ ripam conſtitu
tũ(Carolo in obſidione agente)captũ eſt. Freneii quoq; arx ab alenconii duce(dedẽ
tibus ſe libere anglis)recepta. Giſortiũ ꝓterea richardus merburus ãglus carolo reſti/
tuit. Donatus ꝓpterea a carolo ſancti germani in laya ditione atq; ꝓfectura: duos inſup
liberos iohannẽ atq; hemonẽ qui apud pontẽ audomari capti in cuſtodia tenebant̃ re
Iohãnes gaucurtus. cepit. Giſortio ꝓpoſitus eſt gaucurtus ueteranus auratæ militiæ eques: rerũ gerendaꝝ
longa experientia & fide in regẽ ſpectatus. Tot p normanniã locis potitus rex: cum
& procerũ præſentia & robuſtiſſimo exercitu inſtructus eſſet: contractis ad nouiburgi
Rothoma/gus obſidet̃. planiciẽ copiis: dunenſem comitẽ ſequanã(rothomagũ uerſus)trãſmittere iubet: præ
miſſis ad ciues caduceatoribus: qui ciuitatem ad caroli ius repeterent. Quos hoſtis cõ
minata illis morte audire recuſauit. Tenebatur eñ ciuitas firmiſſimo anglorũ ꝓſidio.
Caduceatorũ relatione ꝑcepta: carolus copias ad ciuitatẽ ꝓmouere mãdat. Admotis ĩ
urbis cõſpectu militib⁹: atq; p caduceatorẽ de dedẽda ciuitate ciuibus iterum admoni
tis: poſtq̃ triduo toto quo illic acies conſtitit: nemo in colloquium prodiret: ingruerẽt
q; continui imbres(erat eñ hyemis principium)dunenſis comes ad pontem arcis ſe
recepit: diuerſantibus p circũiacentes uicos ad hibernandũ militibus. Dum hæc ita
rothomagi aguntur: aliquot ciues q̃bus grauis eſſet anglorũ principatus: duas turres
cũ muro intermedio p ſpeciẽ cuſtodiæ occupant: aĩo q̃dem francos oppugnatiõis tpe
in ciuitatẽ admittendi. Ea ſpe erectus carolus: dunenſem comitẽ cũ oĩbus copiis rotho
magenſes adoriri iubet. Poſito in conſpectu ciuitatis toto exercitu: duas acies dunen/
ſis ĩſtituit: unã cui ipſe præerat ad portã(q̃ bellouaca dicitur)ſiſtit. Altera quam claro/



montenſis comes carolus ducebat inter furcas & ciuitatẽ ſe locat. Expectantibus in eo
ordine francis: ſi quod a ciuitate ſignũ prodiret: uenit ad eos hora poſt meridiẽ ferme
ſecunda homo eques renũtians duas turres a quibuſdam ciuibus non alia cauſa teneri
q̃ ut opem accedẽtibus francis afferrent. Quo nuntio admonitus dunenſis ſagittarios
ad eam partem qua turres erant mittit: ipſe uero pedes(reliquo comitante exercitu)
ſubſequitur. Iam ſcalis erectis quadraginta armati in ciuitatem euaſerant: cum tallebo Tallebotus
tus cum trecentis egregie inſtructis pedibus properans: militare uexillum in ſummo
muro ſiſtit. Moxq; in eos qui murũ ſuperauerant: & qui turres tuebant̃ debacchatus:
ſexaginta trucidat: præter aliquot quos ſeruandos delegit captiuos. Qui uero præcipi
ti lapſu e muro in foſſam uolentes ſe demittebant: uel crure uel brachio(paucis inco/
lumibus)ſunt mutilati. Poſt ſecundam oppugnatõis diem rothomagenſes indignati
aliquot ex ſuis non mediocres ciues a talleboto occiſos eſſe: neq; parum formidantes
ne altera oppugnatione expugnari præda fierent francis: primores ciuitatis(aſſum/
pto ſuo archiepiſcopo)cum populi turba prodeũtes: ſombrecetum forte ducẽ: quem
rex anglus normanniæ præfecerat: per uiam offendunt: atq; ad inſequẽtem modum
pontifex alloquitur. Noſti clariſſime dux q̃ proxime nos circũſedet francorum exerci Põtifex ſombreſſetũ alloquit̃
tus: neq; miſeram ciuitatis conditionem ignoras. Secundus nunc atq; quadrageſimus
dies agitur: quo nec frumenti neq; uini neq; lignorum quicq̃ ad nos importatum eſt.
Omniũ rerum & maxime annonæ caritas apud nos eſt: perneceſſarium eſt ſi ſalui eſſe
uolumus: rem cum francorũ rege componere. Liceat igitur tua cum uenia reipublicæ
et tuæ ſaluti couſulere. Mittere legatos qui icto cum francis qualicũq; fœdere ciuitatẽ
quiete aliqua leuent. Hec pontificis oratio quãuis duci nõ conueniret: circum tamen
aſpiciens cum paucis ſatellitibus inter populi turbam ſe ſtipatũ intellexit: ferocitate ce
lata: humilitatẽ præ ſe tulit: ſe inquiẽs boni conſulturum quod ciues optimũ factu ar/
bitrarent̃. Moxq; ad publicas ciuitatis ædes ſe conferẽtem: pontifex & populi melior
pars ſecuta eſt. Ibi cõmuni aſſenſu pontificẽ cum aliquot ciuibus atq; equitibus anglis
oratores conſtituũt. Quibus mandata dant francum regem cõuenire: & cum eo pacis
q̃ optimas cõditiones poſſent impetrare. Igitur præmiſſo ad pontiſarcẽ pontificis offi
ciali. qui proficiſcendi ad carolũ ſecuritatem legatis obtineret: ſecuritate habita ad ſan
cti andoeni portum tribus paſſuum millibus ab ipſa pontiſarce diſtantem oratores cõ/
uenere: Affuere caroli nomine dunenſis comes: cancellari⁹: petrus breſeyus: & guiller
mus couſinotus: & nũnulli alii ex regio conſilio litterati homines. Conſidẽtibus utrin
q; legatis: rothomagẽſis pontifex orat rothomagenſibus in primis remitti ſi quod ab
illis in carolum regem perperam geſtum eſſet. Id quicquid eẽt nõ incolarum malitia
neq; franci nominis odio ſed ꝙ anglorum potẽtatui inuiti ſubiicerent̃ fuiſſe ꝑpetratũ.
Nunc regis poteſtati ſe ciuitatemq; permiſſuros ſi cuiq; liberum foret uel abire quo
ſuus animus inclinaret: uel in ciuitate ſaluis fortunis incolere. Si tamen ad diſceden/
dum pateret anglis ſine offenſione ad ſuos commilitones uia. His tantum a pontifice
poſtulatis nihil detractum eſt: modo iuramento firmarent: ciuitatem in caroli ditio/
nem poſituros. Adiurati: cum in urbem noctu reuertiſſent: geſtorum a ſe rationem
donec illuxiſſet ponere non ualuerunt. Coacto poſtera die concilio: cui ſombrecetus
aſſiſtentibus plæriſq; anglis præſidebat: poſtq̃ legationis ſeriem pontifex enarraſſet:
ciuibus conuenta probantibus: indignantes angli concilio egreſſi: alii in palatium: alii
in arcem raptis armis ſe receperunt. Quare commoti rothomagenſes: arma quo/
q; deſumpſere: conſtitutis paſſim aduerſus hoſtiles inſidias excubiis. Simulq; anglo/
rum a ſe diſceſſionem per nuntium Carolo ſignificant: ut ſine cunctatione ſubſidium
illis ferat: uno omnes animo eſſe recipere illum in ciuitatem. Interim cum ii qui ex/
cubabant: anglos quoſdam per uias armatos incedere conſpexiſſent: ſeptem ex illis
trucidatis reliquos in ſuas munitiones reppulerunt: murorum parte cum aliquot
turribus et portis occupatis. Nec longa interiecta mora dunenſis comes cum ingen/
tibus copiis ueniens: Sanctæ Catharinæ cœnobium quod in colle ciuitati adiacenti
ſitum eſt(anglis qui in præſidio erant ſeſe dedentibus)recepit. Quibus ne per uiam

honfleum petẽtibus prædandi occaſio eſſet: carolus pecuniã ad quottidianã impẽſam
donare iubet. Mox uero cœnobiũ ingreditur. Dunenſis aũt comes ad portam quam
marchauillam dicunt caſtra fecit. Anno chriſtianæ ſalutis. M.cccc.xlix. Ad quem pro
tenus accedentes ciuiũ primores ex propugnaculo quod pro ianua erat ita ſunt prolo
cuti. Fauſtus fœlixq; regi & nobis tuꝰ ad nos illuſtris comes aduẽtus ſit: populi ſiquidẽ
iuſſu tibi occurrimus: portarum claues repræſentãtes: quo intelligas pateſcere franco
militi in ciuitatem aditum: & quem uoles ex totis copiis numerũ ad nos introducere.
Quibus dunenſis comiter reſpõdit: nõ ſuo quidem ſed eorũ arbitratu ſe omnia geſtu/
rum. Viſum eſt mille equites cum ſuis ſagittariis qui in ciuitatẽ admitterent̃ ſatis eſſe.
Horum pars proxime palatium (quo ſombrecetus atq; tallebotus ſuum præſidiũ con
tinebant) ſtationem habuit. Altera inter palatium & arcem ſedem accepit. Tertia du/
ce petro breſeyo: in ipſo arcis cõſpectu conſtitit. Reliquus exercitus ingens quidem
et ſupra q̃ ante annos multos uiſus fuiſſet copioſus: per agrum qui ad bellouacos ſpe/
ctat diuerſatus eſt. His ſicuti annotauimus ordinatis: angli qui pontem ad ſequanam
amnem tenebant ſe dedere. Sombrecetus uero orat ad carolũ ire ſibi liceat. Admiſſus
petit id ratum haberi quod rothomagenſis pontifex de reddenda ciuitate apud ſancti
andoeni portum ad ſe ueniens rettuliſſet. Cui ad hunc modũ carolus modeſte reſpon
dẽs. Rem inquit ſombrecete parum æquam efflagitare uideris. Poteras æquo iure cũ
rothomagenſibus frui cum de deditione ageret̃. Sed tu aduerſus pacis legem pugnãs
quãtum per te fieri potuit ſpem in armis repoſuiſti: conatus ciues a me auertere. Con/
ſtitui propterea te e palatio nunq̃ dimiſſurum donec liberam ciuitatem una cum hon/
fleo: & reliquis quæ tui occupãt locis in meam ditionem reſtituas. Poſtq̃ hec ſombre/
cetus accepit: ualedicens regi in palatium remigrauit comitantibus illum comitibus
claromontano & deu. Poſtridie palatium arcemq; obſidere carolus iubet. Sombrece
tus aũt ubi ad oppugnationẽ parari tam diligẽter omnia a francis uidet: in colloquiũ
cum carolo admitti petit. Ad regem cum ueniſſet: eadẽ quæ prius poſtulãs: ut ea quæ
fuetat rothomagenſibus indulta conditio ſibi ſuiſq; permaneret reſponſum accepit: id
ſe fruſtra ſperare qui apud ſancti andoeni portum conuenta recuſarat. Atq; ita a carolo
ſombrecetus in palatium digreſſus eſt. At dunenſis comes caroli iuſſu palatiũ arcẽq;
foſſis circumuallat: ne obſeſſis egrediendi facultas ulla eſſet. Igitur machinis tormẽtiſ
q; circum admotis. Sombrecetus dunenſem ad colloquium uocat. Data utrinq; fandi
poteſtate: & diurnis per uices induciis confirmatis: poſtq̃ diu multumq; ultro citroq;
itum atq; reditum eſt. Conuenit ſombrecetum cum uxore & fortunis ſuis atq; anglis
liberum dimittere: ea lege ut aureorum quinquaginta carolo: pacis tractaroribus mil
lia ſex perſoluerent: ære quod a ciuibus & incolis angli contraxerant in primis diſſolu
to. Oppida præterea atq; arces ab anglis per normanniam occupatis reſtituerent. His
iureiurando roboratis & obſidibus: inter quos tallebotus erat datis: ſombrecetus di/
miſſus eſt: Qui datæ carolo fidei non oblitus thomæ hou & fouqueto ethoni mandat
loca de quibus cõuenerat in caroli poteſtate reponãt. Repoſita omnia præter harfleũ
ſunt: quam arcem corſonus qui eam præſidio tenebat relinquere pernegauit. Quæ cã
Carolus rex rothomagũ ingredit̃ — fuit: ut unus obſidum tallebotus aliis abeũtibus in cuſtodia ſeruaret̃. Emiſſis rotho
mago anglis calendis nouembribus (omniũ ſanctorum ſolẽnibus rite religioſeq; ab/
ſolutis) Carolus regio apparatu ciuitatem ingreſſus: mira admodum exultatione &
Recuperñt feugeræ — omniũ letitia exceptus eſt. Dum hec rothomagi gerunt̃ britonum dux feugeras de
dente ſe francíſco aragonenſi recuperat: qui ab anglis quoq; deficiens francorum par/
tium fuit: Mathagothus præterea (qui beleſinum præſidio anglorum tenebat) poſtq̃
nullo ſuorũ ſubſidio ſe adiutum iri cognoſcit. Locum duci alenconii liberum dimittit.
Fuſam item per id tempus fuiſſe inuenio anglorum cohortẽ ad gaurayum normãniæ
oppidum cum frumentatũ pergerent. Hec cædes a militibus comitis ſancti pauli duci
bus gaufrido courano & ioachino roaldo facta eſſe traditur. Poſtq̃ tempus quod ſa/
tis ad res rothomagi componendas erat: carolus exegit: caudebecum profectus: har/
Harfleum — fleum exercitum duci iubet. Cuius obſidio difficultatem multam afferebat. Tum



propter maris æſtuaria. Tum propter hyemis aſperitatem quæ & gelu et ymbribus
plus ſolito inhorruerat. Neq; in agro uicino ædes aut tuguriola erant ad militum ſta/
tionem ſed ut quiſq; melius poterat ſcrobibus ad hoc effoſſis: ſedem ſibi parauerat pa/
leis atq; geneſtis eas obtegentes. Præerant tormentis atq; impedimentis iohannes et
iaſpar bureau fratres induſtrii homines. Hi uineis atq; aggeribus extructis: bombar/
das ſexdecim ad quatiendum harflei muros in ipſius æſtuarii arenis ſiſterant: ita ut per
foſſas ad oppidi proxime muros tuto perueniri poſſet. Et carolus quidem caſſide ar/
matus & manu clipeũ ferens: interdum ad opus uiſendum accedebat. Ab occeano aũt
quinq; & uiginti nauium claſſis excubabat ne uel ab anglia obſeſſis ſuppetiæ prodirent
uel obſeſſis fugæ adeſſet facultas. Hac tam arcta circumſeſſione coanguſtatus hoſtis:
dunenſem comitem ex muro ſecum uerba habere efflagitat. Huic nomẽ erat thomas
auringanus in præſidio habens anglorum millia duo. Conueniente comite deu: cum
diu fuiſſet de deditione fabulatum: tãdem natalis dominici die decretum eſt: hoſtem
infra calendas ianuarias loco exceſſurum: ſuis inde facultatibus ſine controuerſia ex/
portatis. Id decretum ſigillis ſex francorum procerum firmatum eſt: & ab hoſte octo
obſides dati: calẽdarum die harfleum receptum & obſides reſtituti. Quinto poſt die
relicto firmo præſidio carolus honfleum copias mittit. Ipſe interim in cœnobio geme — Honfleum
tenſi diuerſatus eſt. Quo ad eum agnetem (quam propter egregiam ſpeciem bellam — Bella agnes
appellabant) ueniſſe iohannes charterius geſtorũ caroli ſcriptor tradit: eo animo ut
regem admoneret proditionis qua in eum quidam cõiurauerant. De hac agnete con
ſtans mea ætate fama fuit eam a carolo adamatam fuiſſe: & puellam breuiſſimæ uitæ
peperiſſe: q̃q̃ carolus ex ſe prognatã eſſe omnino diffiteretur. Deceſſit in eo cœnobio
agnes cõdito ſexaginta milliũ aureorum teſtamẽto: ubi exſecta eiꝰ præcordia humo tra/
dita ſunt: reliquum cadauer lochias elatum & in diuæ mariæ templo ſepultum. Fuit nã
q; ad modum lepida & faceta: luxuq; & ueſtium cultu ſupra mulieris modeſtiam gloria
bunda. Qui faſtus quãdoquidem non niſi grandi ſumptu ducitur: eius pompæ impen
ſam ad amorum mercedem carolus facere credebatur. Acceſſit ad ſtupri ſuſpitionem
propinquorum agnetis ad dignitates eccleſiaſticas repentina promotio. Per eos — Guyces ca/
dies comes fuxi contracta ingenti militum manu: Lantretum fratrem & fuxenſem no — ſtellũ prope
thum obſidere guycem: ualidam in agro baionenſi arcem iubet. Id poſtq̃ nauarrus — baionam
coneſtabilis cognouit: coactis anglorum copiis una cum Georgio ſoltinto baionenſi
prætore: nauibus per amnem qui baionam præterfluit ut obſeſſis auxilio adeſſet du/
cens a francis (quibus hoſtis aduẽtus prædictus erat) Interceptus eſt: & anglorum du
centi ſupra mille occiſi: Georgius autem ubi male ſuis fauentem fortunam intellexit.
Cuneo ſexaginta equitum facto: per mediam francorum aciem irrumpens in propu/
gnaculum arcis peruenit. Vnde noctu egreſſus cum baionam ſe recipere feſtinat: a fu/
xenſi notho fugiens captus eſt. Ad honfleum redeo: quo præmiſſi franci ſagittarii
dum reliquæ copiæ aduenirent aliquot præliis cum hoſte decertauerunt. Quo poſtq̃
dunenſis comes acceſſit: & tormẽta admota ſunt. Courſonus eques anglus hõflei præ
fectus ad.xii. calẽdas martias cedere arci: niſi infra eum diem ſubſidio ſuorum iuuaret̃
promiſit. Fruſtratus expectatione: arcem reliquit: fortunas ſuas ſecum exportans.
Freneyum item receptum eſt: libere abeuntibus anglis: qui illud præſidio tenebant:
recepto quoq; monforto præfecto qui apud pontem audomari captus extiterat: pro
cuius redemptione ſalutiorum millia decem ſoluerunt. Eiſdem diebus thomas cui
quirielus cognomẽ fuit: cum tribus hominum millibus ex anglia in normanniam ap/
pellens: ualongnas inuadit: quas poſt primum & uigeſimum obſidionis diem (libe/
re inde emiſſo a bello roaldo) capit. Nec diu illic moratus: ipſe cum ſuis & iis qui
propinquioribus oppidis in præſidiis erant: Cadomum baiocaſq; mouens: per ua/
da Clementis iter facere conſtituit. Ea re cognita Carolus comiti claromontano
mandat Thomam quirielum perſequatur. Igitur aſſumptis caſtrenſi comite: & Pe/
tro breſeyo: aliiſq; inſigni uirtute proceribus: ſexcentos equites cum ſagittariis du/
cens Gaufridum cẽuranum. Et ioachinum roaldum præcedere cum ſuis cohortibus

**Pugna for/migniana** iubet:qui hoſtium iter explorẽt.Inuento tandem hoſte:poſtremam aciem adoriunt.
Occiſis mox aliquot anglis:tantilla fortuna cõtenti:paulo ab hoſte ſeorſum ſe recepe
runt:donec inuentum a ſe hoſtem comiti nũtiaſſent. Nũtio accepto comes copias di/
ligenter promouet:& anglos aſſequi feſtinat:qui ad uicum formigniacũ qui carẽtum
inter & baiocas eſt:iam peruenerãt : & conſpecto procul franco exercitu in acie ſtabãt
inſtructi:adciſcentes confeſtim ſibi ex baiocis mathagotũ.Erant illis a tergo pomaria
& ſepes quæ francũ in eos progredi maxime prohibebant.Quare in cõſpectu hoſtium
ueniens comes leuibus præliis anglos laceſſit. Verum multitudine militũ inferior: ri/
chemontem ex ſancto laudo ad ſe uenire per nũtium orat. Qui impigre aduenit:iaco
bo luxemburgo eum comitãte:quos lauallus doruallusq; & loheacus ſequebant : qui
ducentos & quadraginta equites præter ſagittariorũ magnũ numerum ſimul efficie/
bant.Iam enĩ comes claromõtanus diu pedes pugnam cõmiſerat : & paululũ ceſſerat
loco:aliquot tormẽtis amiſſis cum richemõtus ex molendino cui de foſſa appellatio
eſt:ubi caſtra poſuerat ſuos in hoſtem emittit.Quos poſtq̃ ad pontem quem de barra
incolæ uocant conceſſiſſe mathagotus cõſpexit:ipſe cum uero inſigni equite anglo &
mille ſatellitibus:deſertis ſociis pars cadomũ:pars baiocas petit. Deſertus a mathago
to quirielus ad inferiorem profluentẽ (quo uicus alluitur) commilitones ſuos con/
cedere iubet. Illic commiſſo acerrimo prælio:ſagittarii anglos fundũt: & partim inter
imunt ſe cum comite claromõtano protenus cõiungentes. Nec mora iuſſus a riche/
monte petrus breſeyus ſuperiorem anglorum alam inuadit:quoſq; obuios proſternẽs
q̃q̃ uiriliter anglus decertaret. Vtroq; cornu fuſo:richemontus ſuperato fluento hoſtẽ
totis copiis aggreditur. Decertatum eſt eo loco incredibili pertinacia. Nec profuit an
glo q̃ multitudine præſtaret. Occubuere enim ſeptingenti ſeptuagitaquattuor ſupra
millia quattuor:& Thomas quirielus cum aliis mille inſigni nobilitate anglis captus:
octo tantum ex francorum exercitu deſideratis. Præ cæteris francis enituit eo prælio
ſpectatiſſima monſgaſconis & ſancti ſeueri fortitudo. Nec caruit laude petrus breſeyus
plurimiq; habitus eſt dominus mãneyus floqueti militum ductor:qui floquet⁹ effra/
cto a calcitrante equo crure apud pontem arcis ægrotus decubabat. Parta inſigni
uictoria franci uirum copias duxere:nõ ſine controuerſia:coneſtabili ne an comiti cla
romontano eius uictoriæ gloria deberetur. Plæriſq; affirmãtibus in coneſtabilem ui/
ctoriam eſſe referendã qui magiſtratu ſuperior eſſet. Aliis contra cenſentibus comitẽ
claromontanũ ad id præliũ a rege delegatũ noĩe fuiſſe: ſuiſq; auſpiciis partam uictoriã
Diremit cõtentionẽ carolus:& rem ſapienter fortiterq; geſtam claromõtano aſſigna
uit. Pariſiani de uictoria formigniana certiores facti: duodecim puerorum infra pri
mam adoleſcentiam millibus ad ſanctum innocentem contractis : ſupplicationem ad
diuæ mariæ templum decreuerũt:ſingulis eorum lucernam ceream accenſam manu
**Virus capit. Abrincæ** geſtantibus. Viro quo ſe franci contulerãt recepto:claromõtanus baiocas cõtendit
richemontus ad britonũ ducem profectus eſt qui delecto exercitu abrincas circumſe/
dere ſtatuerat. Circũuallata ciuitate & crebris per dies uiginti oppugnatiõibus uexata:
Lanyetus loci præfectus cum præſidio libertate abeundi impetrata ciuitatem reliquit
Tombellenam præterea arcem non longe a diui michaelis iugo diſtãtem in rupe ex
tructam:britonum dux anglis (q̃q̃ frequentes eſſent) paruo negocio excluſis:caroli
nomine recepit. Eodem anno qui fuit ſalutis quadringẽteſimus quinquageſim⁹ ſupra
**Baiocenſes** mille carolus ad baiocẽſes dunenſem comitẽ cum exercitu legat. Qui nihil moratus
ad ſuburbium quod cadomum uerſus ſpectat caſtra fecit. Claromõtanus comes & ipſe
caſtrenſis cũ ſuis copiis alterã quæ ad carentoniũ uergit occupant. Dño de mõtenayo
copiarum ducis alenconii ductori & roberto conigano ſcoto pars quæ ad diui frãciſci
cœnobium eſt ceſſit:atq; ita tribus diuerſis locis baiocẽſes obſeſſi:dies quindecim gra
uem obſidionem tolerauere:egregie pugnãtibus anglis qui in præſidio erãt nõgenti
longo armorum uſu bellaces. Itaq; q̃q̃ crebro tormentorum iactu muri p ambitum ciuitatis
deiecti eſſent:facilemq; expugnationẽ fore milites franci exiſtimarent:inuitis princi/
pibus bis uno die oppugnationem tẽtauere:cupidi deturbare tota normãnia anglos.



Accepi regnobertũ quem in ſanctorum numerũ relatum baiocẽſes magna religione
uenerantur:qui uiuens & baiocaſſinus comes primũ:& deinde epiſcopus extitiſſet: ui/
ſum fuiſſe per quietem dunẽſi comiti : eumq; oppugnationis admonuiſſe : quã miles
francus apparabat:uetuiſſeq; ne id pateret:ſed furentem exercitum reuocaret. Id ſi fa/
ciat:bene quidem obſidionem ſibi ceſſuram. ſi ſecus diſpendiũ accepturum:atq; ea ui/
ſione excitatum comitem mox ad milites properaſſe:eoſq; ab oppugnandi pertinacia
reduxiſſe:mathagotũ uero poſt quindecimã obſidionis diem ad colloquiũ cum dunẽ
ſi comite acceſſiſſe:cõditiõeſq; ſuæ & anglorum ex ciuitate digreſſionis accepiſſe. Enĩ
uero tametſi multa ſibi concedi peteret:illud tantũ impetrat:abiret cum ſuis commili
tonibus liber:armis relictis. Clarioribus autẽ fœminis ſingulos equos qui eas ueherẽt
habere:equitibus aureos decem peditibus quinq; exportare permiſſum. Interdictum
ne cadomũ ſed chereburgum ſe reciperent. Sub idem tempus briquebecum ualon
gneq; a coneſtabile receptæ:cum ſancto ſaluatore uicõto. Deinde cadomũ obſeſſũ **Cadomẽſes**
quod firmiſſimo præſidio anglus tenebat. Richemõtus ad diui ſtephani monaſteriũ
ſtationem accepit:cui ſe confeſtim comes claromontanus cõiunxit: Erant his militan
tes equites mille ducenti cum quattuor millibus & quingẽtis peditibus duobuſq; mil/
libus francorũ ſagittariorum. Dunenſis comes ſuburbium uancellenſe obtinuit:quin/
gentos equites:pedites quingentos ſupra millia duo:& totidem francos architenẽtes
ducens. Affuere quarto poſt die niuernenſis comes cum comite deu: & armatorũ for
tiſſima manu:qui orna amne per pontem ad id ipſum a francis conſtitutum:trãſmiſſo
ad trinitatis cœnobium conſedere. Cõueniẽtibus ad hunc modum copiis:poſtera die
propugnaculum quod ad diui ſtephani ædem uergebat expugnatum eſt. Venit dein/
ceps carolus & cum eo renatus ſiciliæ rex:mille equitibus:duobuſq; ſagittariorum mil
libus equo uectis:& totidem francorum architenẽtium millibus ſtipatus : diuerſatuſq;
eſt apud ardaynum monaſterium ubi per tempus obſidionis habitauit. Auxit militum
animos:caroli præſentia:& circumductis per ambitũ foſſis:cuniculis ad oppidi menia
ſuccedebant. Et ante omnes propugnacula quæ ad uancellenſe ſuburbanum pro por/
tis erecta erãt dunenſis oppugnare cœpit: uiq; expugnauit. Coneſtabilis uero nihilo
ſegnior turrim quæ ad angulum oppidi ſanctum ſtephanum uerſus extabat ſuis per
cuniculum miſſis deiecit. Ea prolapſa hoſtem ita perterruit : ut de deditione mox
colloquium iniret Rebus componendis carolus dunenſem & cum eo petrum breſeyũ
iohannẽq; bureum præfecit. Anglorum nomĩe richardus heriſſonus cadomenſis præ
ſes quem balliuum uocant & robertus gargeus cõuenerunt. Pro ſe euſtacium gauuetũ
& diui ſtephani abbatem cadomẽſes miſere. Conuentionis dies poſtridie feſti diui ba/
ptiſtæ iohannis fuit. Pactum eſt anglos oppido exceſſuros: ſi infra iulias calendas ope
ſubdidioq; ſuorum non iuuarentur. Ad conſtitutum diem cum nemo illis ſuppetiare/
tur:conuentis paruerunt : oppidum arcemq; dedentes. Erat in arce dux ſombrecetus
cum uxore & liberis:magno uallatus militum præſidio. Nam ad oppidi cuſtodiam
quattuor anglorum millia fuiſſe memorantur. Quibus ad ſua in angliam cõuehenda
naues datæ ſunt. Liberato anglis cadomo:dunẽſis comes cum ducentis equitibus &
ſagittariorum frequẽtia per arcem in oppidum ingreditur. Quinto poſt die Carolus a
populo magnifice exceptus:poſtq̃ magiſtratus officiaq; diſtribuit : exercitum falleſiã
ire mandat. Dum cadomi carolus agit uenere a philippo burgundorũ duce oratores
dominus croyus & iohãnes croyus fratres : & darſius quoq; cãpanus eques auratus : q
caroli filiam peterent:carolo philippi filio uxorem dari. Procedẽtibus falleſiam co **Falleſia**
piis:& iohanne bureo qui impedimẽtis præerat multos ſagittarios ducens lõgo inter
uallo ſubſequẽte:angli eruptione facta impedimẽta adoriunt:quos cum ægre bureus
ſuſtineret:affuit cõfeſtim potonus cum ualida cohorte cuius uirtute in ſuas munitões
hoſtis ſe rettulit. Succedentibus deinde copiis:falleſia toto ambitu circundatur. Cui
obſidioni cum multo plures q̃ negocio cõueniret aſſiſtere carolus intelligit: richemõ
tem cum parte copiarum chereburgum mittit. Qui ad falleſiam manſerunt : multis
ſubactis foſſis tormentiſq; muros quatiunt:obſeſſos nullo tempore quieſcere permit

tentes. Quare ueriti andreas treſbotus & thomas ethonus quos eo loci tallebotus ad
præſidium cum quingētis ſupra mille anglis reliquerat ne ui expugnarent: ea condi/
tione falleſiā in caroli poteſtate reponendā datis obſidibus ſe aſtringūt: ſi tallebotum
dominū ſuum (qui apud druydas captus tenebat) carolus liberaret. Exactis undecim
dierum induciis (nemine ſuppetias obſeſſis ferente) & tallleboto recepto: angli qui
falleſiam tenebāt liberi abiere: falleſiæ præfecturam potono carolus contulit. Atq; in
Danfrōtum de exercitus partem carolo culauto duce dāfrontum legat. Ea arx & ſi fortiſſima eſſet
ualidoq; anglorum præſidio teneret: Hoſtis nihilominus fortunæ præſentis iniquita/
tem conſiderās: impetrata abeūdi poteſtate oppidum cum arce franco permiſit. Ea
dem tempeſtate chriſtianæ quidē ſalutis anno milleſimo quadringēteſimo qnquage
ſimo franciſcus britonū dux qui caroli partes cōſtanti fide ſecurus fuerat: morte obiit
Egidi⁹ ducis Huic aduerſus egidium fratrem inexpiabile odium fuit. Propterea ꝙ anglicæ factiōis
britāniæ fra/ eſſet: neq; ulla ratione ut ab ea reſipiſceret adduci poterat. Quare in cuſtodia habitus
ter ſtrāgulat⁹ franciſci tandem iuſſu a duobus ſatellitibus: mātilibus ad eius iugulum cōtortis ſtran/
gulatur. Eius necis culpam in montabanum qui egidii cuſtodiam a duce receperat bri
tones referunt: dicētes egidium quidem bono in francos animo fuiſſe ſed mōtabani
perfidia ſecus ac ille ſentiret franciſco relatum extitiſſe: eiuſq; rei teſtes poſtea fuiſſe
collegas montabani: quorum pars ultimo ſupplicio affecta eſt: pars fuga uitæ conſu/
luit. In chereburgi obſidione res ante illam ætatem inaudita geſta eſt: cuius aucto/
Nota rem fuiſſe iohānē bureum traditum eſt. Eſt chereburgum arx ad maris æſtuarium ſita
loco arenoſo & ad tormēta locanda ſolo inſtabili quo per dies ſingulos ſemel atq; ite
rum mare influit. In tam male fido loco iohānes bureus tormenta ſtabiliuit obtegēs
ea contra pelagi iniurias tegumētis coriaceis: quæ multa pinguitudine ipſe deūxerat.
Eo pacto puluis qui in tormentis erat defenſus: nullo maris humore uitiari poterat:
ita ut reſtagnante pelago tormenta facile ad iactum erigerent & muros arcis concute
rent. Rei nouitatem admiratus thomas gonelus præſidii moderator: dedendæ arcis
conſilium capit. Erat illi filius ob æs cōtractum rothomagi obſes. Hunc in precium de
ditionis ſibi reſtitui perit. Quo recuperato ipſe cum toto chereburgi præſidio in angli
am liber dimiſſus eſt. Initio huius obſidionis occiſus ex muro eſt præfectus coytiuus
franciæ admiraldus bello ſtrēnuus & fide erga carolū ſpectatus. Interemptis præterea
tedualus cormoſianus treceſis prætor bello nō illaudatus eques. Hec chereburgi arx
ultima locorum fuit quæ anglis deuictis in normannia carolus recuperauit. Poſt ānū
et dies ſex ꝙ̃ bellum incoaſſet. parua quidem hominū cæde atq; ſtrage ſi hoſtium mul
titudinem atq; potentiā: uariaſq; per loca uictorias putes. Eſt enim terra normānia una
metropoli & ſex urbibus quattuorq; & nonagīta munitiſſimis oppidis atq; arcibus po
tens: plæriſq; uicis frequens ad ciuitatū ſpeciem extructis: quam ſexto uix die expedi/
ditus pertranſeat: pecoris & piſcium ferax: frumenti uberrima: pomorū atq; pirorum
tam paſſim conferta: ut hinc potum gens ſibi affatim exprimat: & ad exteros copioſe
fructus exportet. Lanificii plebs ſtudioſa eſt: & bibax etiam pomacii quod ſicerā uocāt
gens omnis ſuapte natura callida nullis exteris legibus obnoxia: moribus ſuis & con/
ſuetudine quam pertinaciſſime tuetur uiuit: doli quidē & litis apprime gnara: quo fit
ut cum illa ſocietatem aut negociū ſortiri exteri formident: alioquin doctrinæ & reli/
gioni dedita bello inſuper idonea & fortis. Cuius egregia in exteros geſta plurima re/
feruntur. Poſt ſubactam normāniam quam armis tuendam richemontus accepit:
carolus ad aquitanos animū conuertit: quibus quadraginta ſupra centum annos an/
glus dominatus fuerat. Primas eius belli partes recepit lemouicēſis uicecomeſ & cum
eo carolus culautus mareſcallus: potonus ſantralianus: petrus louuanius: ioachin⁹ ro/
aldus: & gaufridus de ſancto belano. Hi ad bergeracum agri petragoricorum ducētes
oppidum circūuallant: admotiſq; tormentis expugnant. Cui ad præſidium præficitur
cum centum equitibus philippus culautus. Inde ioſacum ī dordonæ amnis ripa ſitum
mouentes: occiſis quinq; & uiginti anglis caſtellum capiūt: dedētibus ſe mox aliquot
Aquitania finitimis locis. Cum ad aquitaniæ expeditionē pecunia ad militis ſtipendiū parum



ſufficeret: delatus eſt xanconius regii fiſci primarius quæſtor ꝙ regiam pecuniā male
adminiſtraſſet: idcirco in uincula apud turonos coniectus ingentem admodum pecu
niam regio ſe ærario deraſiſſe confeſſus eſt. Igitur diuturno carcere caſtigatus ꝙ̃q; gra/
uior peculatori pœna deberetur: tamen centum & uiginti millibus aureorum a benigno
rege mulctatus eſt. Leue quidē pro immenſo furto ſupplicium. Per id tempus dor/ Comes dor/
uallus comes albreti filius anglos exoſus: ex baſaco ad medocū non procul a burde/ uallus
galla inſulam: prædæ gratia iter faciens: cum ſui curandi & reficiendi cauſa in ſaltu qui
ſecus uiam erat reſtitiſſet: certus efficitur burdegallenſes duce ſuo maiore (ſic enim ci
uitatis magiſtratum uocāt) in eum arma deſumpſiſſe: atq; in proximo circiter nouem
peditum millia adeſſe. Quo nuntio minime exterritus doruallus: tametſi quingentos
tantum: ſed egregia uirtute milites haberet: aciem inſtruit: moxq; hoſtem adorſus: ſex
centorum ſupra mille hominū cædem fecit: fugiēte burdegallam duce. Cepit præter
ea ducentos & mille captiuos. Huius uictoriæ partes ſibi merito uēdicauerint ſtepha/
nus uignollus: robinus petitus qui ſcotorum cohortes ducebat: & alter militū ductor
cui leſpinaſſus cognomen fuit militari fortitudine atq; uſu exercitati. Franciſco bri/
tonum duci cum petrus in principatu ſucceſſiſſet: ad carolum ſe contulit: qui eo tem/
pore monbaſonem incolebat. Veniendi cauſa erat fides carolo ob ducatum præſtan/
da: utq; in regis uerba iuraret. Fidelitatis ſacramētum ſoluentibus mos eſt cingulum Altercatio
enſem clipeumq; deponere: quæ relicta: ad primarium regis cubicularium pertinent. de modo ꝑ/
Poſtꝙ̃ fide carolo præſtita ea militiæ inſignia petrus depoſuit: trenellus cancellarius. ſtandi fidē re
Tu igitur inquit illuſtris dux: regi liberam prorſus fidem exhibes: eiq; ut domino pa/ gi ꝑ britonū
riturus te illi ſubiectum oſtendis. Cui ducis cancellarius qui iuxta aſtabat reſpondens. ducem
Non inquit ut locutus es: francorum regi ſe ſubditum dux profitetur. Diuerſa eſt & in
hoc atq; aliis franciæ principibus ratio fidei præſtandæ. De hoc uerbo cum diu alterca
tum fuiſſet. Et ego inquit carolus o illuſtris dux: tuorum anteceſſorū more te admit/
to. Dein petrus ob montiſfortis comitatum in caroli uerba iurauit: nullaq; adiecta cō/
ditio: carolo fide ſe aſtrinxit. Inſequēti uere rex dunenſem comitem in aquitaniam
legat adiectis illi copiis. Imperatq; montēguyonē circūſidere. Ad quem angoliſmo/
rum dux non longe poſt cum iuſta militū manu: ipſeq; iohānes bureus acceſſit. Fuiſſe
in eo exercitu quadrīgēti equites cum ſuis peditibus & geſariis: & tribus francorum ſa
gittariorum millibus referūtur. Eques enim apud francos is eſt qui uno gladiatore &
duobus ſagittariis militat: publico ſtipendio alitus. In præſidio montiſguyonis erat Monſguion
arnoldus de ſancto iuliano: qui deſperata ſalute confeſtim in colloquiū cum domino
rochechoardi & rochefoulandi iohanneq; bureo uenit. Deditionis conditionibus fir
matis: cum ad diem præfinitū nemo anglorum nomine ſuppetiatū arnoldo ueniſſet:
ipſe libertate cum ſuis bonis abeundi obtenta: montēguionē caroli poteſtati reliquit.
His quoq; diebus dunēſis comes blayam quæ e regiōe medoci inſulæ in littore ma Blaya
ris ſita eſt duobus locis obſedit: qui in portæ conſpectu ſtationē ſibi cōſtituēs: ad arcis
regionem reliquas copias locat: quibus præfecti erant iacobus chabānus & ioachinus
roaldus: a mari uero iohānes burſarius claſſi imperitabat: armatos complures atq; cō/
meatum uehens. Qui ad portum ſuccedētes: quinq; ingētes hoſtium naues ex burde/
galla obſeſſis ſubſidium frumētumq; laturas cōſpiciunt. Quas intrepidi adoriuntur: &
duro cōmiſſo prælio anglos in fugam agunt. eos ad ſtationem uſq; burdegallenſem ꝑ
ſequentes. Reuerſo ex hoſtium fuga burſario blaya tormētis quatitur: ita ut multis
partibus muri corruerint & franci aliquot ſagittarii de petri louuanii phalange: occidē
te iam ſole in muros peruaſerint: ſequētibuſq; reliquis oppidum ui ceperint ducentis
ex præſidio partim occiſis partim captis: cæteris in arcem ſe recipiētibus. Quibus uita
his conditionibus ſalua fuit. Omnes in regis poteſtatē iure captiuitatis uenirēt. Vnde
precio dato ſe redimere poſtea poſſent: bona ſua omnia ſub cuſtodia deponerēt: nec
inde quicꝙ̃ exportarēt. Liberati aliquādo in francos arma nō caperent. Nec captiuita/
te eximerent: niſi ea quæ per aquitaniam occupabant libera dimiſiſſent: dimiſſis etiā
quibuſq; quos uel iure belli uel contracti æris obligatione ipſi haberent in uinculis:

Erat cũm anglis petrus de mõteferrato homo inſigni nobilitate qui præſenti liberta/
te donatus eſt: datis obſidibus filio & nepote: donec decem aureoꝝ millia perſol uiſſet
Qui ſi intra quadrageſimũ diem fidelitatis iuramentũ carolo præſtaret: duoqꝫ ſuæ di/
tionis oppida dunenſi comiti ſeruanda cõmitteret: pecunia abſolueret᷑. Rebus apud

Burgus

blayam ita cõſtitutis: franci oppidũ arcemqꝫ recipiunt: ſeqꝫ mox ad burgũ cõferentes
(ubi berardus de mõteferrato cum quingẽtis bellacibus armatis in præſidio erat) lo/
co potiunt᷑: dedentibus ſe anglis & ſua inde libere ex compoſito exportãtibus. Eodẽ
ferme tempore quattuor locis franci obſidionẽ poſuere. Albretus cum duobus ſuis li
beris & robuſta militũ manu arquas: armigniacus comes ryonẽ: comes de pointieure
caſtillionem in petragoricẽſium agro circũuallat: Dunenſis comes fronſacum natura
atqꝫ arte munitiſſimã arcem petere iubet. Interim aũt libournẽſes miſſis ad dunenſem
comitẽ oratoribus: certis ſe legibus caroli ditioni credidere. Obſeſſi uero quattuor lo
cis angli cum accepiſſent burdegallos de deditione cum francis uerba facere acertime
quidem ſe defendebant: euentũ cõuentionis præſtolantes ut unacum ciuitate cõmuni
pacto uterent᷑: aut re infecta cõditioni temporũ ſe acommodarẽt. Sed qui fronſacum
tuebant᷑: obſidione anguſtati ad. xiiii. calẽdas iunii arcem frãcoꝝ poteſtati permittere
promiſerunt niſi intra illam diem ſuarũ partium duces opem illis afferrent. Poſtq̃ fru/

Burdegallenſes

ſtra auxilium expectãt. fronſacũ ut cõuenerat relinquũt cum ſuis bonis abeuntes: rece
ptis obſidibus quos ad promiſſi firmitatẽ dunẽſis comes acceperat. Dum hec in præ
dictis obſidionibus gerunt᷑: burdegallẽſes ad dunẽſem comitem ſuos nũtios mittunt
cum mandatis ſe atqꝫ ciuitatẽ cum prouincia uaſconiæ caroli poteſtati diffinitis condi
tionibus ſummittẽdi. At nos deditionis formulã nõ ſubiicimus: propterea ꝙ burdegal
lenſes in fide nõ manſerunt: q̃q̃ exacta die qua ex anglia opem præſtolabant᷑: francos
in ciuitatẽ induxiſſent. Fuxenſis comes & captaubuſſus burdegallorum exemplum
ſecuti: in caroli ditionẽ uenere: quibuſdam adiectis cõditionibus quas dunenſis comes
fortunã nõ aſpernatus regis nomine admiſit. Paccata omni fere ꝓuincia: magna pars
exercitus domũ dimiſſa eſt quæ uiginti millium robuſtoꝝ uirorum & qui armis aſſue/
ti eſſent numerũ efficere certo cognitum eſt. Supererat ultima uaſconũ baiona: quã
miſſis cum expeditione comitibus fuxi & dunenſi circũuallare carolus mandat. Obſi/
dio propter bina fluenta doram & niuam quibus ciuitas pene omnis alluitur: duobus
locis ita partita fuit: ut alter exercitus alteri ſuppetiari nõ poſſet. Paucis tamen interce/
dentibus diebus angli qui ſuburbiũ ſancti leonis forti præſidio tenebãt (rebus ſuis dif/
fiſi) ſuburbium cum ſacris locis incendũt: ad ſuos ſe recipiẽtes. Quos inſecuti propere
franci parum abfuit quin una cum hoſte in ciuitatẽ irrumperẽt: ſed altiſſima foſſa im/
pediti impetu abſtinuerũt. Poſtridie eius diei albretus & uicecomes tartaſus cum du/
centis equitibus & tribus ſagittariorũ millibus ſubliciũ pontẽ qui ad ſanctum ſpiritum
ducit: per quem ad obſidẽtes hoſti patebat acceſſus: occuparũt: eumqꝫ deiiciũt. Erat ad
mare propugnaculũ quo eruptionẽ facere hoſtis poterat. Igitur imparatos intercipe
francos ratus: cum clam milites eduxiſſet: bernardus biernus fuxenſis nothus in hoſtẽ
progreſſus eum in ciuitatẽ egregia uirtute retruſit. Nec longa interueniẽte mora tem
plum ciuitati propinquũ foſſis atqꝫ aggere diligentiſſime munitũ partim dolo partim
ui atqꝫ armis capit: atqꝫ ita circũquaqꝫ ciuitate cõcluſa: obſeſſi metu percellunt᷑. Nec tar
dant nuntios ad comites mittere qui colloquiũ impetrent. Quo aſſecuto: pax eis con
ceſſa eſt: ſi iohannẽ de belmõte rhodium equitẽ præſidii præfectum cum om̃i reliquo
præſidio captiuum darent: reliquis ciuitatis incolis ſuis legibus relictis: ſi quadraginta
aureorum millia in rebellionis mulctã perſoluerẽt. Ad hunc modum baiona caroli di

Crux cãdida

tioni reſtituta eſt. Die uero inſequenti oriente ſole ſereno cælo crux candida in cælo
uiſa appauit quam & francus angluſqꝫ palam conſpexit. Quo cæleſti ſigno arbitrati ci/
ues ſe diuinitus admonitos carolo parere: mox angli regis inſignibus abiectis candida
ſe cruce (ut francis mos eſt) ornauerũt. Baiona recepta aliquot ex burdegalla atqꝫ ba
iona ciues ad carolum qui apud talliburgum agebat: ueniũt: fidem nõ ſecus q̃ ſuo regi
exhibentes: baionẽſibus autem carolus ex milliũ quadraginta mulcta uiginti remiſit.



Gandenſes

Eadem tempeſtate gandẽſes a philippo burgundionũ duce diſceſſere ob ſalis tribu
tum quod illis annuũ imponere conabat᷑. Hinc bello excitato: magna pars regiõis cæ/
de atqꝫ incendio uaſtat᷑. Nec fuit philippo incruẽta uictoria. Rediere tandem in ducis
beniuolentiã gandenſes: rebellionis pœnas magno ære luẽtes. In anglia quoqꝫ ob rei
publicæ adminiſtrationẽ dux eboraceñ. & ſombrecetus cõgregatis copiis manu cõſe/
rere feſtinabant: niſi epiſcopoꝝ ſtudio atqꝫ moderatõe deſtitiſſent. Per id temp⁹ ni/

Cõſtantinopolis a turcis capit᷑

colao quinto eccleſiam romanã miniſtrãte: Cum turci capto bizantio græciã omnem
fere occuparẽt: guillermus deſtoteuillus rothomagenſis cardinalis ad carolũ legatus
mittit᷑ qui inter francos angloſqꝫ pacis arbiter eſſet. Nam tam potẽtibus regibus bello
per odium occupatis: reliquos chriſtiani nominis populos a turcis inuadi & facile uici
põtifex ueriſimiliter formidabat. Legato carolus reſpõdit: dolere ſibi ea quæ a turcis
græcia pateret᷑. Neqꝫ ſe adeo in anglos eſſe concitatũ: quin poſitis armis æquam hone
ſtatem pacemqꝫ admittat. Id ſemp nõ modo optaſſe: ſed & hoſti obtuliſſe. Ea ſi inter/
ueniat: ſe armis milite atqꝫ opibus afflictis chriſtianoꝝ rebus ultro auxiliaturũ. Tra
iecerat in angliam ad henricũ regem eadem cauſa archieps rauẽnates. Cui p regis hen
rici ad id delectos cõſultores reſponſum eſt. Cum tm̃ terræ a francis angli ſuſtulerint
quãtum carolus ab eis abſtuliſſet: tum oportunũ fore ut de pace conuentio haberetur
Tam ſuperbe uerbum fecit hoſtis: cui de chriſtianoꝝ eminẽti periculo nulla cura erat

Reformatio ſcholæ pariſienſis

Igit᷑ legationis exitus inanis extitit. niſi ꝙ ſcholæ pariſiẽſis deprauatos mores cõpoſi
tiores reddere legatus ſtuduit: excõmunicationis mucrone feriẽs eos qui poſitarũ a ſe
legum præuaricatores forẽt: qui ue ſcholæ rectoratũ id eſt primariũ magiſtratum qui
tertio quoqꝫ menſe finit᷑: pecuniæ largitione reciperet. Qua lege cæteri quiqꝫ ſcholaſti
ci magiſtratus tenebant᷑: ne ſolito ſtrepitu atqꝫ largitione officia uenirẽt. Dum hec

Iacob⁹ cuer⁹

a legato gerunt᷑: iacobus cuerus caroli argẽtarius cum turcis commerciũ habens: dela
tus eſt ꝙ omnis generis arma contra eccleſiaſticã prohibitionẽ ad illos importaſſet:
opificeſqꝫ & fabros eiuſmodi artis ad eos demiſiſſet. Chriſtianũ inſuper e turcorũ ſer/
uitute forte elapſum domino ſuo captiuũ remiſiſſet: & ingẽtem per linguã occitanam
pecuniam exegiſſet. Eas ob res in carcerẽ caroli imperio cõiectus eſt: deinde grãdi ære
mulctatus in exiliũ deportatus. Pœnas quoqꝫ falſæ delationis luit fœmina inſignis cui
mauritaniẽſis nomen erat. Inuenio ſabaudiæ ducẽ per id tempus in carolũ nõ nihil
commiſiſſe: & propterea regem irritatũ expeditionẽ ĩ ſabaudum duxiſſe. Delicti uero
modum ſcribere nõ poſſum quem a ſcriptoribus nõ accepi. In foreſtam carolus cũ ue
niſſet (unde breuis in ſabaudos eſt tranſitus) legatus deſtoteuillus ad nicolaum pon/
tificem reuertens cognito caroli aduẽtu: ad ducem primũ conuerſo itinere: mox ad re
gem uenit: atqꝫ ita egit ut commiſſoꝝ pœnitẽs dux omnia ſatis carolo facturum iure/
iurando promitteret. Ea ducis pœnitudine mitior factus rex domũ copias miſit. Lega/

Burdegallorũ a carolo defectio

tus ſcœptum iter perſequit᷑. Interea burdegallẽſes uetuſtæ ãgloꝝ cõſuetudinis & cõ
tubernii non obliti aduerſus francos cõiuratione facta: dominũ leſparrũ cum aliquot
ciuitatis optimatibus per ſpeciem alicuius cõuenientis negocii a ſe dimittunt. Cui⁹ cõ/
iurationis auctores fuiſſe referunt᷑ mõferratus & dãgladus fidei quam carolo præſtite
rant cõtemptores. Euecti in altũ qui burdegalla egreſſi erant in angliam ad henricum
ſe cõferunt. Promittuntqꝫ ſe ciuitatẽqꝫ ſuam eius poteſtati permiſſuros ſi exercitum in
aquitaniã mittat: francoꝝ apud eos nullas copias eſſe præter eas quæ in præſidiis erãt
conſtitutæ minus ad cõſerendũ prælium ſufficientes. Legatur ad id bellum a henrico
tallebotus qui angloꝝ millia quinqꝫ claſſe imponẽs ad medocum inſulã. xv. calendas
decembris adnauigatus: cõfeſtimqꝫ aliquot cohortes late dimittẽs terrorem incolis ĩ
cutit. Burdegallẽſes audito talleboti aduentu: alter ad alterum ſermone clam habito:
francoꝝ præfectos liberos dimitti oportere conſulebãt. Hi erant coytiuus aquitaniæ
ſeneſcallus & iohannes podiẽſis ꝓprætor ciuitatis. Dum in dubio res agit᷑ quidã ſecre/
to abeũtes portã anglis reſerãt. Nec mora uterqꝫ præfectus cũ omni præſidio & regiis
magiſtratibus ad hoſtiũ manus nulla cæde commiſſa proditi ſunt. Coniuratione ad
carolum perlata: utrũqꝫ mareſcallũ cum dorualo comite & ioachino roaldo ad claro

montenſem comitẽ qui aquitaniæ præerat mittit: ſexcẽtis equitibus & eis adiunctis ſa
gittariis eos comitãtibus. Sed diligens hoſtis prius aliquot arces cepit q̃ copiæ conue
niſſent. Superuenerant quoq; talleboto ex anglia quatuor millia armatorũ cũ octo/
ginta nauibus commeatũ affatim uehentibus. Et caſtillio quidem fronſacuſq; in pote
ſtatem talleboti peruenerũt. Carolus autẽ poſtq̃ turoni hibernaſſet: nouas copias edu
cens liſigniaci caſtra fecit: atq; inde ad ſanctum iohãnẽ progreſſus: accepit charlayum
oppidum a iacobo chabano ui captum eſſe multis anglis occiſis atq; eos qui in turrim
confugiſſent capite omnes punitos extitiſſe propterea ꝙ præſtitã carolo fidem abiu/
Caſtillio
raſſent hoſtem ſecuti. Nec multo poſt caſtillionẽ in agro petragoriceñ. copias ducere
loheacum iubet: attributis ipſi octingẽtis ſupra mille equitibꝰ cum ſagittariis. Poſitis
apud caſtillionẽ caſtris: iohannes bureus & iaſpar eius frater impedimentorũ præfecti
ſeptingẽtos quos continẽter habebant foſſores foſſis circũdare caſtra imperant. Co/
gnito quid ad caſtillionẽ gerebatur tallebotus eductis quinq; angloꝝ millibus in fran
cos progredit' qui ad eius aduentũ in uallum ſe feſtinãter recipiũt. Pedites uero ſagit/
tarios ſegnius agentes tallebotus circiter centũ intercipit. Qua fortuna elatus: cũ fran
cos fugere perſuaſum haberet: nec ſuæ adhuc copiæ omnes cõueniſſent: paulo reſtitit
atq; interim ſe curare milites iubet. Hec mora francis nõ inutilis fuit. Nam interea ual
lum munitioribus tormẽtis munit: & ſe in hoſtem animoſe corroborat. Coacto oĩ
exercitu tallebotus ad francorũ munitiones ducens: in uallũ tumultuario impetu irrũ
pere contendit. Quem cõſtanti uirtute francus exturbat. Vtebat' eo die tallebotus (ꝙ
ueteranus eſſet) paruo gradario ex quo ſuos in prælium animabat. Reliqui uero oẽs
pedites dimicabant: & incredibili animi feruore caſtra oppugnabãt: militaria ſigna lõ/
ge plura ad oſtentationẽ ferentes q̃ illorum numero cõuenirent. Pugnatũ eſt diu atq;
acerrime ita ut diu dubia uictoria neutri ſpem promitteret. Donec accito montabano
& præfecto henaudoo cui britonum ducis phalanges audiebãt: franci uiribus receptis
Morit' talle/ botus
hoſtem propellunt: aliquot eorũ ſignis occupatis. Quam ob rem animo tabeſcentes
angli: cum talleboti gradariũ glande proſtratũ & ipſum tallebotum a ſagittario franco
occiſum cõſpexiſſent in fugam cõuerrunt'. Occubuere in eo prælio octingẽti angli ob
ſcuri nominis cum quadraginta uiris illuſtribus in quibus fuit talleboti filius. Fugien/
tium uero atq; eoꝝ qui ſe amni dordonæ credidere par numerus fuiſſe refert'. Mõſer/
ratus autẽ danglaudus & caudalli filius cum quinq; millibus caſtillionẽ protenus peti
uere. Leſparrus burdegallã. At caſtillionẽſes q̃q̃ firmo præſidio tenerent' deditionem
tamen fecere: caroli ſe omnino uolũtati permittẽtes. Quoꝝ conſiliũ ſecuti melionen
ſes atq; libornenſes dicto paruerũt. Quiq; nouum in medio inſula caſtellum tenebant
poſt quintũdecimũ obſidionis diem a claromõtenſi comite recepti ſunt. Idem fecere
blancaforteñ. cadillaci: ſancti macharii incolæ: langonii & uillendrani. Nam ex ango
liſmis carolus libornum ueniẽs hoſtem timore perterruit: ita ut paucis intermiſſis die/
bus aliquot oppida aq; arces ceperit: & burdegallam ſagittarios miſerit qui agrum ua/
ſtarent: extructo e regione ciuitatis propugnaculo in loco quem lormontum incolæ
dicunt: ubi ad præſidium conſtituti fuere loheacus: ludouicus de bellomonte: iacobus
chabanus: iohãnes & iaſpar bureus fratres. Erat nõ longe in portu claſſis regia armis ci
bariiſq; abunde inſtructa: in cuius cõſpectu etiam angli in nauibus ſtabant q ad nauium
tutamen propugnaculũ exædificauerãt: unde in francos excurſiones dietim faciebant
Sed tandem commeatu deſtituti: preſſiq; continuo francoꝝ incurſu: præſertim cum fi
nitima loca omnia ſibi erepta eſſent: nec quo ſe reciperẽt haberẽt caroli clementiã po
poſcere. Erat eñ carolus natura perbenignus & iam peſtilens aer exercitũ offendebat
q̃obrem recepta in fide burdegalla: anglis dedit abeũdi poteſtatem. Duraſum autem
& leſparrũ alioſq; proditionis principes uiginti relegauit. Sed leſparrus nõ multo poſt
apud pictauos capitis ſupplicium luit: ꝙ alteram in carolum proditionem cogitaſſet.
Guillermus edelinus ido latra
Atq; ita burdegallenſium rebus compoſitis: claromõtano comite ad prouinciæ cuſto
diam præfecto: carolus turonũ regreſſus eſt: cum flueret a chriſtiana ſalute annus qua
dringẽteſimus quinquageſimuſtertius ſupra mille. Quo tempore guillermꝰ edelinꝰ



theologus doctor ſancti germani de laya prior: apud ebroicas ad perpetuum carcerẽ
damnatus eſt ob falſæ religionis cauſam. Nam cum illuſtris cuiuſdã fœminæ amoribꝰ
teneret': neq; cõſuetudine eius frui facile poſſet: demonẽ ſibi patronũ adhibens: eum
in arietis ſpecie adorauit: a quo poſtea edoctus ſcopam ſumere & inter femora equitis
inſtar: ponere quo uolebat breui momẽto ſe traducebat. Quod ĩpietatis genus ualdẽ
ſium eſſe dicit'. Aduerſus aũt burdegallenſium leuitatem atq; perfidiã carolus duas
apud eos arces extruxit quibus in fide cõtineri populus recens cõuerſus poſſet. Per
id tempus cum de præſulatu auxitano duo diuerſarũ partium cõcertarent. Armignia/
cus comes caroli mãdata aſpernatus: alterum competitoꝝ luſtinũ nomine in ſacerdo
tii ſedem perduxerat. Quam rem ægre carolus ferẽs claromõtanũ comitẽ cum copiis
in armigniacũ mittit. Qui adiutoribus comite dõmartino & floqueto eboracenſi præ
tore rebellem ſpoliauerũt terris ſuis. Otho quoq; caſtellanus florẽtinus & guillermus
gonſierus ſimulacra quædã magica arte cõfecerãt: quoꝝ nixu (ut ipſi ſtulte ſperabãt)
præcipuã apud regem inter aulicos auctoritatẽ conſequerent'. Eius rei cauſa ad carolũ
delati: alter tholoſæ: alter turonis in carcerẽ cõiectus eſt. Iohãnes præterea alẽconii Iohãnes alẽ/ couii dux ca/ pitur
dux caroli mandato pariſii cõpræhenſus meldunũ in cuſtodia deducit'. Ipſe eñ tẽpoꝝ
tranquillitati inuidẽs & partæ a carolo quietis impatiẽs: nouos belli motus ab ãglia ꝓ
curabat: miſſiſq; ad hoſtem frequẽtibus nũtiis: hortabat' appetere normanniã: ſe illis
adiutorẽ fore pollicitus. Caſtella arceſq; habere ſe: quæ omnia uenĩẽtibus proderẽtur
Carolum procul abeſſe: & tribus diuerſis regionibus copias ſuas cõtinere. Loca multa
prius occupare poſſe q̃ carolus ſentiat: & ut firmiore fide cõſilia procederẽt: filiã ſuam
eboracẽſis ducis filio in matrimoniũ dare cõſtituit. Ad hanc proditionem miniſteriis
uſus eſt iacobi hay angli: thomæ gilleti ſacerdotis danfronti: & hontitonis caduceato/
ris angli & emõdi calleti. Quibus occultũ ſignum alẽconius hoc dat: pollicẽ eiꝰ dextrũ
manu præhendere ad quem uel uerba uel litteras eſſent: de hiſce rebus reddituri. Hec
poſtq̃ teſtibus & ipſius alenconii ſpontanea cõfeſſione cognita ſunt: Carolus apud ui/
docinas cõuentu procerum habito: iohannẽ alenconii ducẽ fortunis oĩbus priuatum
ſecundo poſtq̃ captus fuerat ãno mortis ſupplicio dignũ pronũtiari iubet. Sed clemẽs
rex ſententiã poſtea moderatus eſt: nec eñ mors proditori inflicta eſt & eiꝰ liberis for
tunæ reſtitutæ. Ad hec omnia ludouici quoq; in carolũ patrem cõtumacia ĩterceſſit Ludouicus a pr̃e defecit
Hic eñ cum natu grandior eſſet occaſione ex aulicis qui patri & rebus publicis inſerui
rent ſumpta ex curia in dalphinatũ abire a patre impetrauit cõſtituto ad hoc tempore
menſium quattuor. Id ſeu ſuapte natura ſeu ſuoꝝ prauis cõſiliis fecerit nõ facile ſcripſe
rim. Illud certũ eſt ludouicũ moleſtiſſime perpeti: ꝙ a patre non ſatis pro ſuo arbitrio
pecuniæ & prouẽtuũ ſibi ſuggereret'. Et domeſticis eius dolebat: totam regẽdi aucto/
ritatem penes quoſdã aulicos eſſe qui publicis officiis atq; magiſtratibus præfecti diui
tiis abundarẽt: ludouico uero primogenito ſcilicet caroli obſequẽtibus præter quotti
dianam impenſam nihil illis ſupeſſet. Hac opinione ducti dalphinatum petiuerũt pre
mentes oĩa uectigalibus & ab opulẽtioribus pecunias exigentes. Nihil eñ eſt quod ĩ/
digens nobilitas ſibi nõ licere putet. Cuius rei cõſcius factus carolus dalphinates petit:
ut ludouicum apud uiennam ubi propugnaculũ in colle ſibi ædificauerat compræhẽ/
deret: At ille patris aduẽtu perterrefactus ad philippũ burgũdiæ ducem mox proficiſci
feſtinat. Interim uero carolus omnẽ delphinatũ uẽdicat mittitq; ad regni exitus ludo
uici digreſſum obſeruare. Qui nihilominus clam dilapſus: in brabantiã perfugit: rece/
ptuſq; eſt a philippo: & debito honore habitus: apud quem annos fere decem manſit.
Miſſis interim ad patrẽ oratoribus qui conciliatũ eum redderẽt patri: eiq; liceret ĩ pa/
tris conſpectũ per aliquot annos nõ uenire. Addidit huic legationi philippus oratores
ſe excuſaturos ꝙ ludouicũ hoſpitio admiſiſſet tanti regis filium cui ĩpe obſequi maxi/
me teneret': trepidãti quidẽ & patris iram potiſſimũ formidãti: cupiẽti quoq; in turcos
expeditionẽ ducere ſi coadiuuaret pater. Auditis utriſq; legatiſ carolus reſpõdit: hono
ris plurimũ ludouico quidẽ deberi ſi in patrẽ debitã pietatẽ exſolueret: neq; philippũ
erraſſe ꝙ eum hoſpitẽ haberet. Verum mirari ſe quæ cauſa timoris ludouico fuerit: ꝙ

tantopere trepidaret:cum patrē facilē & maxime mãſuetum fuiſſet expertus:Cuius rei
teſtes locupletes eſſent gabriel uernus & celeſtinēſiũ auinioneñ prior:qui ob rē ipam
nicolai põtificis romani auctoritate ad eum oratores aliquãdo cõuenerãt:ꝙ uero po/
ſtulationibus nõ acquieuiſſet minime mirandũ eſſe:propterea ꝙ eius poſtulata opti/
morum uirorum ſententiæ repugnarēt:qui ſentirent nequaq̃ decere ut filius a p̃re atq;
a regno procul abeſſet: conſiliũ ſecutus hoĩm improboꝝ.Expeditionē uero in turcos
in ludouici mentē incidiſſe:ſe profecto admirari cuius ipe anteq̃ a patre diſcederet nũ/
q̃ meminerat.Id ipm nihil aliud eſſe q̃ dilarionē ueræ erga patrem reconciliatõnis:eo
maxime tempore cum hoſtis anglus uigilantiſſimus eſſet regnum francorũ repetere:
aduerſum quē milite opus erat:ꝙ uero dlephinatũ uendicaſſet:id ad terræ incõmodũ
non eſſe cuius incolæ libertatem nõ amiſiſſent:quos de hac re oratores ad delphinum
ituros ſperabat:qui nullius ſe incommodi preſſura uexatos teſtarent̃. Verũ neq; litte/
ris neq; legationibus ludouicus moueri potuit ad patris conſpectũ redire: diuq; res in
dubio fuit:an bello tanta diſcordia finiret̃.Sed diſſimulata res eſt:intereaq; carolꝰ in/
teriit. Dum hec inter patrē filiumq; agitant̃:rex hũgarus magdalenã caroli filiã uxo
rem petit.Cuius rei cauſa ſexcētos equites turonũ ad regem mittit cum inſignibus mu
neribus.Erat laodiſlaus trium regnoꝝ hungariæ bohemiæ atq; poloniæ princeps:cuiꝰ
Laodiſlaꝰ rex morit̃ — ope carolus cõſtituerat in turcos exercitũ aliquãdo ducere. Excipiunt̃ a carolo legati
incredibili apparatu:Sed letitiæ & cõmuni omniũ gaudio ſe infœlix nũtius admiſcuit
itaq; nũtiat̃ laodiſlaus mortē obiiſſe cuius interitus ueneni ſuſpitione nõ caruit.Legati
nihilominus nõ minore cura accipiunt̃:comitati illuſtribus uiris qui publica eos impē
ſa leuarent donec in germaniã demigrarũt.Intermiſſis paucis poſt hec diebus petrus
britonũ dux diuturno morbo correptus interiit.Qui ſucceſſorē habuit richemontum
franciæ coneſtabilē morte poſt paucos dies aſſumptũ.Quē ſecutꝰ franciſcus aurelianē
Carolꝰ ægri/tudinem con trahit — ſium ducis nepos ducatum adeptus eſt. Carolũ deinde mors excepit cum nũtiatum
ei fuiſſet quoſdã potionē apparaſſe qua interiret. Ea re tam uehemēter turbatũ animũ
induit:ut dies ſeptem totos cibo abſtineret:hortãtibus maxime medicis ſe inedia ma/
gis q̃ morbo affici.Sed dum edendo uitæ conſulit coercitis arteriis cũ ſtomachꝰ nihil
cibi reciperet abſumit̃:die feſto diuæ mariæ magdalenes ſacris chriſtiano ritu pceptis
Elatuſq; eſt ex magduno yuerienſi regia pompa in ſepulchro maioꝝ ſuorum & in diui
dyoniſii cœnobio ſepultꝰ. Rex proculdubio in quē fortuna aſperrime primũ deſæuiit
tanq̃ exterminare eum regno ſtatuiſſet:deinde blande illũ attollens:uictorem glorio
ſum atq; dei benignitate patriæ reſtitutorē effecit. Nam illud de eo ſcribi dignum eſt
ꝙ diſcordãtibus de regno anglis dux eboraceñ. richardus regnũ affectãs henrico regi
nõ diſſimulato odio aduerſari cœpit.Cuius cœptis henricꝰ occurrēs grandi exercitu cõ
tracto ſe campeſtri loco aggere & firmis munitionibus uallato continebat:conſtitutis
octo per circuitũ portis atq; cuſtodibus ſui generis:ne quis niſi notus in caſtra ſe con/
ferret. Ad quem locum richardus eboracēſis & uaruici comes frequēti populorũ ma/
nu inſtructi promouētes cum iam cuſtodes clam haberent amicos:uallum ingreſſi ad
henricum peruenerũt quem depræhēſum occiſis aliquot proceribus qui hērico circũ
ſiſtebãt:londonias deduxerũt:præcedente illum uaruico qui enſem coneſtabilis mo/
re præferebat. Moxq; ad arcem quæ henrici præſidio tenebat̃ ſuccedētes: cum illã ob
firmatam inueniſſent:præfectos quattuor uiros inſigni nobilitate ad colloquium uo
cant:promittũtq; iureiurãdo adiecto uitam illis & fortunas ſaluas fore ſi arcem illis pa
tefacerent.Perſuaſi proceres regi occurrũt:atq; mox ſalutato henrico dum illum a ter
go comitant̃:orta in populo ſeditione quidam in eos inſiliũt: unũq; illuſtrē apprime
uirum:cui deſcalis cognomen erat mactant. Reliquos poſtridie ante arcis portã capi
te mulctatos quadrifariã exſecuerunt.Fidei rara eſt ratio apud eos qui imperii concu/
piſcentia digladiant̃:q̃q̃ ſceleris autorem pœna nõ prætereat.Itaq; ſupererat ex hērici
familia dux ſombrecetus qui iniquo animo ferens regem a cõiuratoribus nõ ſecus ac
captiuũ teneri:compluresq; ſuæ cognatõnis fuiſſe interemptos:iuuentutē multã eorũ
maxime quorum parētes aut cognati perierant cogit:atq; richardum in planicie ſancti



albonis iuuentũ plurimoq; milite inſtructũ adorſus cum plæriſq; aliis necat.Cuius ca/
put amputatũ quãdoquidem regnum affectauerat ſtraminea corona illudi iubet. His
henrici aduerſitatibus permotus Carolus: litteras ad normannos dat: ſinant abſq;
controuerſia anglos ad ſe henrici partes ſecutos tranſfretãtes regionē incolere: diuer
ſariq; & in ea libere negociari. Tali profecto benignitate uſus eſt carolus in eum qui ho
ſtiliter illum ſæpenumero fuerat perſecutus:tentauitq; quoad fieri per eum potuit hē/
rico auxiliari ut eum in libertatem uendicaret. Ad hunc modũ humanarum rerũ mu/
tabilis conditio eſt:ut in ſublime prouectus caſurum ſe merito formidet:deiectus aũt
nequaq̃ animo tabeſcat:henrico fœlicia initia fuere:carolo contra.deturbatus ille re/
gno eſt:hic in regnum poſt multas aduerſitates glorioſe exaltatꝰ:& uictorioſus appel/
latus. Pridie mortis eius uiſus eſt fulgētiſſimus cometa tanti principis interitum præ/
currens:& futurorum nuntiator.

Eni & manſueto patri aſper & uehemēs filius ſucceſſit ludouicus:conſilio præ
l ceps ingenio uario & domeſticis uix ſatis perſpecto. Nec dubia fides fuit caro
lum iuniori ſuo filio carolo regnũ ſi commode potuiſſet relicturum:ſed belli
ſeminaria execratus ludouici mores atq; abſentiã lõganimiter tolerauit . Cogitauerat
enim diu tacitus bellum in burgũdos mouere:plæriſq; ſibi aſſentiētibus proceribus:&
cum ad id propenſus eſſet:expectabat tñ belli aliquē motum a burgundo excitari: ne
tam autor diſſenſionis q̃ propulſator iniuriæ eſſe uideret̃. De caroli morte nũtio acce
pto: permulti qui officia magiſtratuſq; adminiſtrabãt ad ludouicum protenus gratula
bundi ſe in hannoniã contulerũt: ſciſcitaturi ab eo quid illos facere præciperet: ipetra
turi quoq; de ſuis magiſtratibus & officiis ſtabile firmamentũ. Quattuor tñ ex omni
numero petitoꝝ admiſit: petrum orſauerium: nicolaum louueriũ: quos ad ratiocinia
regiorum computoꝝ conſiliarios inſtituit: Iohanne baileto requæſtarum coniudice
& in cancellaria referēdario ordinato:ſymonē carolum in eũ quem prius magiſtratũ
gerebat reſtituit:q̃q̃ iam fere ætate defectus eſſet:& nõ niſi lectica iter conficere poſſet
Reliquos magno numero pariſium remiſit: eius aduentum præſtolaturos. Interea cõ
fluunt ad ludouicum ornatiſſimi quiq; proceres qui ſacrãdum nouellum regē remos
perducerēt. ubi iouenellus loci archipræſul eum more maiorum unxit atq; benedixit
Quo myſterio abſolutó ludouicus ad pariſios protenus profectꝰ eſt: nec facile ſcripſe/
rim quo faſtu & pompa a pariſiacis ſit exceptus. Nam ut ſileam populi ex omni franco
rum imperio concurſum: qui ad feſtum diem cõuenerat: mira erat per omnē ciuitatis
publicam uiam ludorum frequentia: gloriantíbus inter primos burgundis : qui in re/
gnum ſua opera reducem ludouicum poſt longum a patre diſceſſum iactitabant. Ex
actis per hec ſolennia aliquot diebus: cum philippus burgundionũ dux domũ repete/
re cuperet: regem magnopere cohortatus eſt: iram ſi quam animo in proceres conce
piſſet deponere: obliuiſci prorſus atq; obliterare quæ præterita erãt: ſatis admodum
eſſe illi ꝙ nullo tumultu rex eſſet & uocaret̃: & quia frater illi eſſet debere adoleſcentē
amare atq; amplecti: & patris hæreditatē cum illo legitima portione diuidere. Hec atq;
ſimilia multa locutus philippus ludouicũ dimiſit: picardiam reuiſurus. At ludouicus
qui exulceratum animũ haberet: & patrias leges iam dedidiciſſet : exteris moribus per
diuturnum uſum imbutus: multa partim ſuo ingenio : partim eorum qui abſentiam a
patre exilium fuiſſe reputabant: agere cepit. & principes in primis parui admodum ha
bere. Venationis omnē prope conſuetudinē prohibens: ita ut piaculum eſſet aues aut
canes alere: caſſibus uti: inſidiari feris animãtibus niſi quoad ipe permitteret. Et quod
illi maximũ ad eas quæ ſuperuenerũt diſcordias momentũ fuit: magnopere nixus eſt.
infimæ ſortis homines præ proceribus opulentos ſublimeſq; facere quos ad ſuas uehe
mentes uoluntates obſequētiſſimos eſſe cupiebat. Non eñ æquanimiter ferebat ſi qs
dicenti uel imperãti ſibi quauis ratiõe aduerſaret̃ plus ſuapte ingenio q̃ cuiq; ſapiētiſſi
mo fidēs. Fuit illi inter præcipuos domeſticos iohannes dulude: iohãnes balua quem
cardinalem romanũ ſub ſixto quarto atq; innocētio octauo ipſi uidimꝰ: iohãnes heber
gus poſt baluã ebroiceñ. præſul: dominus de foreſta: oliuerius dyabolꝰ : quē ludouicꝰ

ſublata dyaboli appellatione malum:deinde dammā cognominauit:ſtephanus oſti/
arius. Quibus miniſtris pro ſua uoluntate diuerſo tempore uſus eſt. Acceſſit his lōgo
poſt interuallo doyacus uerſutus in primis & temerarius :ſupraq; generis ſui conditio
nem audax. Ab his ut quiſq; per uices ludouico obſequebatur poſthabiti principes
et magna pars nobilitatis: deſciſcere a ludouico:ſeq; & ſuam dignitatem tueri conſtitu
unt. Igitur clandeſtinis nunciis quid ſinguli ſentiant ſciſcitantes:poſtq̄ de ſententia il/
lorum ſatis conſtitit: britonum dux franciſcus oratores ad ludouicū qui pictauiæ age
bat mittit:ſimulans neſcio quid quod utriq; utile eſſet. Nec repugnat ludouicus:tantū
petit:ducem ad ſe uenire:qui ab oratoribus promiſſa præſens confirmet. Dant fidem
legati id ſe facturos.ſeq; prope diem una cum ſuo principe reuerſuros. Cum illi picta/
uia a rege abeuntes:duodecim tantum paſſuum millia confeciſſent : clam dilapſus ca/
rolus regis frater : ad eos ſe cōtulit:in britaniamq; feſtinanter profectus eſt. quo illum
præceſſerat iohannes dunenſis comes diſceſſionis caroli maxime conſultor. Sic enim
inter principes condictum erat . Nec defuerunt ꝑmulti proceres:qui eum mox reli
cto rege ſequerentur. Qua re cognita iohannes borboniorum dux( qui ludouici ſoro/
rem in matrimonio habebat )aperto bello inſurgit.& quicquid regii fiſci in ſuis terris
erat occupat. Cruſſolumq; et trainellum:atq; doriolum primores fere regis aulicos in
cuſtodia cōtinuit. Deditq; ſedulo operam eximere de diui antonii baſtilda antonium
chabanum qui illic ludouici edicto ſeruabatur. Itaq; eodem ferme tempore quo hec
gerebantur : antonius noctu ad ducem aufugiens : magna leticia ab eo exceptus eſt .
Quippe q̄ ludouicum non diligeret:et futuro bello commodiſſimus eſſe ſperabatur.
Huius ergo tam manifeſtæ defectionis initio turbatus ludouicus:carolum de mel/
duno iohannem baluam:& iohānem præuotum ad pariſios ſtatim cum litteris mittit
quibus ciuitatis rectores et primos ciues monet: eminentis ob caroli fratris a ſe defe/
ctionem periculi. Intelligere ſe principes arma aduerſum ſe mouere:opus ideo eſſe ui
gilantiſſima cuſtodia:ne noui in ciuitate motus prodirent. Vnam eorum ciuitatē eſſe
regni caput:unde reliquæ uel belli uel pacis exemplum accipiant. Si in fide pariſii per/
maneant:nihil ſibi timendum eſſe quæ coniurati moliantur. Ea oratione procliues ad
audiendum pariſii:excubias cōſtituunt:adhibitis primariis portis cuſtodibus. aliquot
etiam prorſus obſtructis. Cathenas præterea quæ ad uiarum compita negligentius cu
rabantur reficiunt. Hec dum pariſii geruntur. anthoniꝰ chabanus cuſtodia elapſus:p
uaſtinium iter faciens:ſanctum forgeum et ſanctum mauricium( quas arces goffridus
cuerus præſidio tenebat )capit : bonis omnibus direptis ipſoq; goffrido captiuo abdu
cto. Inſurgentibus tot rebus nouis. Ludouicus accito renato andegauenſium duce — *Ludouicꝰ copias cogit.*
( quem ſiciliæ regem appellabant )et carolo cenomanorum comite : fortem.xxx.fe/
re millium militum exercitum cogit. Sed cum dies non paucos ibi moratus parum ad
modum proficeret: attributa renato caroloq; fratribus parte copiarum : quæ britonū
cœptis obſiſterent:reliquum excercitum in bituriges ducit. Biturigem tamen ciuitatē
præteriit:quam magno præſidio a borbonieñ notho:fratris ſui caroli noīe teneri acce
perat: moxq; in borboniū( quod biturigibus uicinū eſt )profectus : caſtellū ſctī amādi
expugnat. Nec multo poſt molliſſonii in ludouici poteſtatē uenere:cedēte loco iaco
bo borbonio oppidi ꝑfecto. Per hos dies cū nōnulli ex ꝑſidio ſctī forgei ſatellites:
moretū incurriſſēt:ideq; quoſdā q eo loci ex ſenonibꝰ hoſpites diuerſabāt noctu abdu
xiſſēt:re cognita ludouicꝰ iubet pōtes chamoſii & de bellomōte dirui. Iā enī fama e/
rat carolū philippi burgūdorū ducis filiū q ex cōiuratis erat copias cōtraxiſſe:ut cū aliiſ
cōiuratis iūgeret excercitū. nec mēdax fama erat. Nā antoniꝰ philippi nothꝰ:adiūcto
burgūdionū mareſcallo:cū aliquot cohortibꝰ ꝑcurrēs caroli exercitū: royā & mōdide
riū occupat. Erāt apud ponā tūc tpis i ꝑſidio comes Niuerñ:& iohacinꝰ roaldus frā
ciæ mareſcallus cū quattuor millibus armatorū:q cognito caroli aduētu:relicto ad op
pidi cuſtodiā aliquot ex nobilitate frācorū uiris. et qngētis ſagittarii s. ponā deſerētes
mox nouiomū cōpēdiūq; ſe cōtulerūt. His belli motibus dū picardia agitat̄: ludouici
ſoror carlota borboniorū ducis cōiūx ex uiri cōſilio ſactū porſanū( ubi rex agebat )pe



tit finē diſcordiis poſitura. Sed itētiōe fruſtrata rionē( quo dux ex molinis iteri ſe rece
perat )reuertit̄. Eodē tpe ſancti mauritii arx dedentibus ſe iis q in ꝑſidio erāt a carolo
meldunēſi recepta eſt. Iuſſi quoq; ſunt pariſii arma domi in expedito ſeorſum habe
re:facere de muris nocturnas excubias:faces per cōpita & p domos laternas noctu ac/
cenſas ponere. Conatus eſt rex illis diebus ex ſchola pariſienſi delectos habere arma/
tos qbus ad belli neceſſitates uteret̄. Præerat aūt ſcholæ rector guillermus fichetꝰ ma/
gni animi uir:doctrina & dicendi arte potens: q in caligine iacentibus humanitatis ſtu
diis lumen mea ætate attulit. excitauitq; cōplures latine diſcere & elegāter loqui. Hic
igitur acceptis a rege de armandis ſcholaſticis litteris:contione generali habita: diſer/
tam habuit orationē:qua ueritus non eſt:repugnantē ludouico ſententiam dicere:qua
maxime probatus atq; clarus factus eſt. Nam cū beſſario græcꝰ cardinalis poſt aliquot
annos romana apud regē legatione fungeretur:audita ficeti fama:eum ad ſe acceſſiuit
atq; in urbem duxit:cōmendans illum ſixto quarto romano pontifici. Extant eius fi/
ceti rethoricorū libri:oratōes quoq; atq; epiſtolæ. Beſſarionis aūt opus eſt defenſio pla
tonis aduerſus trapezuntiū:q platoni cōuiciatus ariſtotelē illi ꝑferebat. Sollicitis ad
hunc modū pariſiis:Carolus philippi filius ferox iuuenis( a quo auxilii plurimū reliq
coniurati principes expectabant )copias ad pontē maxentii q eſt ad yſaram amnē du
cit. Condixerant aūt ii q arma aduerſus ludouicū parabant:ſe ideo cōuēturos ut popu
lum uectigalibus preſſum: & pene ſeruū in libertatē uindicarent. Adeo ſolers eſt ma/
le errantiū cautio:ut iuſticiæ uelamen ſuæ iniquitati ꝑtendant. Incedens igitur cū exer — *Libertas populo ꝓponit̄*
citu carolus:libertatē populo paſſim proponebat: ſpecie beniuolentiæ plebē ſibi con/
cilians. Eius pontis atq; arcis præfectū maderū petri orſaueri i uicariū pecunia carolus
corrupit:arcemq; recepit. Indeq; flumine traiecto:caſtella q̄dam minimo negocio ꝑ/
tenus occupat. Venere quoq; in eius poteſtatē bellilocus & dōmartinus. Mox occupa
to latiniaco libellos rationū regii fiſci burgundi diripiunt atq; incendunt:exactis uecti
galibus. Salis item prōptuariis patefactis:poteſtatē faciunt ſumendi ſalis : precio mer/
catoribus tantū perſoluto: atq; ita a tributo libera oīa eſſe pronunciāt. Graſſante ad
hunc modū carolo: ioachinus roaldus ueritus( quod uero ſimile erat )burgundū pari
ſiū proficiſci:cum bona equitū manu in ciuitatē ſe contulit. Interea autem ludoui/ — *Riona obſidetur.*
cus rionem in aruernia obſidet:quo borbonii atq; nemorſi duces armigniacus ꝑterea
comes & albretus ſe receperant. Erant in exercitu ludouici quattuor & uiginti milia ar
matorū longo militiæ uſu ſpectatorū:quorum numero & robore territi duces: de pa/
ce ad ludouicū nuncios mittunt. Iurantq;( ſi regis gratiam recuperent )ſe illi ꝓbe ſin/
cereq; inſeruituros: nauaturoſq; diligentē operam ut reliqui ſibi cōfœderati principes
in beniuolentiam redeant:& fidem ſeruent. deq; ea re pariſium ad regem nuncios ad
xviii. kalē. auguſti legaturos. Quod ſi alia principibus mens maneret: ſe nihilominus
conſtanti fide conuenta completuros. Hæc conuentionis formula adhibitis apoſtoli/
cis ſcribis:litteris mādata eſt:pœna excōicationis in præuaricatores adiecta. Quæ om
nia pariſiis referre carolū charlaium uigilum præfectū ludouicus iubet. Qua re co
gnita decernuntur in urbe ad diuæ catherinæ uallis ſcholariū ædem ſupplicationes. n
terim compoſitis aciebus. carolus burgūdus ad ſanctū dyoniſiū caſtra facit:atq; poſtri
ret carolum burgundum:tum propter regiæ cognationis attinentiam:tum ꝙ francoꝝ
primas parium haberetur. His hoc pacto per conſilium definitis:contio dimiſſa eſt.
Factus eſt paucis poſt diebus chriſti aſcēſionis die per turoniam terræ motus. Cumq; i/
de ludouicus pariſios reuiſiſſet: publico edicto iubet omnes qui armis aſſueuiſſent ad
ſe quarto nonas iulias conueniant. Interim ludouicum borbonēſem cardinalē ro/
manum & ſancti pauli comitem ad carolum burgundum oratores legat:qui pacis con
uentiones bonis cōditionibus quoad per eos fieri poſſet tractarent. Copias nihilomi/
nus in normāniam aduerſus britones duce āmiraldo mittit:qui proſpera fortuna uſus
baiocenſes fugatis britonibus recepit. Eadem tempeſtate cum multi delati maieſta
tis capitis ſupplicium luiſſent anthonius meldunēſ qui arctiſſima familiaritate ludoui
co inſeruiens plurimum de eo per uarios a ſe diuerſo tempore geſtos magiſtratus offi
cioſe meritus eſſe putabatur:poſt diuturnum carcerem andellium perductus in medio
rerum uenalium foro capite punitus eſt. Inter has tot inteſtini belli tempeſtates prī
cipumq; ſimultates quibus alter alterum fallere aſtu & dolis ſtudebat multas ultro ci/
troq; conuentiones legationeſq; geſtas fuiſſe ſcio:quæ cum manes exitus habuerint a
me ſcriptæ non ſunt. Quid enim ad rem attinet ꝙ carolus ludouici frater & franciſcus
britonum dux conuenta quæ turoni edicta fuiſſent grata illis eſſe ſignificauerunt:& ci
uitates ſe reſtituturos q̄s apud normānos occupabāt: ſi quas ludouicus ī britania cepe
rat dimitteret:quæ omnia irrita ceciderunt. Nam et ſi magnis ſtipati copiis in mutuo
conſpectu frequenter principes conſtitiſſent:motus tamen omnis et armorū oſtenta/
tio uel induciis uel uanis colloquiis ad tempus quieſcebat. Itaq; aſtu et fallaciis nō uir
tute aut gloria militari res gerebantur. id ante omnia curantibus principibus ne a lu/
douico circūuenirentur:ingenium ſcilicet eius potentiamq; metuētes. quāobrem uix
relinquebatur per franciam locus:qui graſſatoribus non labefactaretur. Fugiēs enim
ex huſſonii cuſtodia anthonius de nouocaſtro cum philippo ſabaudo & pouceto ripa/
rio aliiſq; ludouico infenſis cōiunctus nouas turbationes excitauit. Qua re cognita pa
riſienſis agri nobilitatem omnem ad goneſſam armis inſtructam repente ludouicus
uocat: quaſi parum illi eſſet tot millia armatorum iam diu contracta habere:quibus
etiam maxime cupientibus non faciebat cum hoſte congrediēdi poteſtatem. Inter
hæc cū pontiſarā proficiſci rex cōſtituiſſet:audito ꝙ burgundus peronæ caſtra metare
tur:ex nouiomo peronā paucis comitatus ſe contulit. Cardinalis enim ballua & bor/
bonius tantum (præter aulicos aliquot) ſequebantur. Auſus tamen eſt Ludouicus
Fallax burgū ad hoſtem ire.ſeq; illi familiarius (præter oīm opinionem) credere. Ibi inter eos mo/
dus. dici momenti pax conuenit.iurāte burgūdo:ludouici partes ſe non ſecus ac ſubditum
decet tutaturum. Proinde burgūdo rex cōfirmat quæcūq; in conuentione attrebatēſ
patris ſui tempore definita extiterāt.de quibus in caroli ſeptimi uita ſcriptum a nobis
eſt. Eius recōciliatiōis gratia ſupplicationes pariſii decretæ et ignes per ciuitatis compi
Leodienſes ta uelut in communi gaudio facti. Per eos dies quia lodienſium antiſtes nullum ad
huc diuinæ euchariſtiæ ſacramentum ſacris altaribus immolaſſet: leodienſis populus
in eum inſurgens ſacrum miſterium pontificem facere compulit. Cuius ſeditionis mo
tus (epiſcopo reconciliato) cum ſedatus eſſe putaretur:carolus burgūdorum dux na
murcum cum iuſto excercitu mouens de leodiis ultionem ſumere uehementer opta/



bat. Ad quem ludouicus tanq̄ eiuſdē expeditionis ſocius ultro uenit. Eo quoq; leodi⁹ Regis leui/
præſul placandi burgundi cauſa acceſſit:nec profecit iurante burgundo non prius ciui/ tas.
tati parcere:q̄ ciues & urbē ſubegiſſet. Enīuero pontificē apud ſe ne ad ſuos rediret cō
tinuit. Re cognita leodii de rebus ſuis deſperantes:egreſſi ciuitate hoſtem adoriuntur
captos ſine miſeratione mactantes. ubi tamen obſidione ſe anguſtari conſiderant: ad
primā oppugnationē primores ciuitatis utcunq; potuerunt elapſi aufugerunt: relictis
in ciuitate mulieribus & incōpoſita plebe religioſis quoq; atq; infantibus. Ergo irrum Leodiēſium
pentibus ferociter burgundis ludouicus primū deinde burgundus ciuitatē intrat. Fitq; calamitas.
mox paſſim occiſio & ſtrages:uirginibus uis & religioſis mors infertur:neq; indulgen
tia ulla militū in pueros fuit:quin ſtupratas a ſe uirgines crudelis ſatelles iugulauit. Sa/
cerdotes eadem hora rem diuinam in templis faciētes gladiis periere. Nec ſatiatus eſt
īhuman⁹ hoſtis tā multa cæde:ꝑdas ex oī ciuitate & ex tēplis ſacrilegia fecit:īcēſa poſt
ea urbe & muris dirutis quorum ruinis foſſas æquauit. Anno ſalutis. M.cccc.lxviii.
iii. kalē. nouembres. Veteribus francorum amicis ad hunc modum peſſundatis:ludo/
uicus ſiluanectum reuerſus eſt. Quo uocatis ad ſe parlamenti iudicibus & qui fiſci at/
q; ærarii rationibus præerant:per balluam cardinalem ea patefacit quæ inter illum &
carolum burgundum de concordia & pace conuenerant. Iubetq; grauibus pœnis ad/
iectis:ea omnia cōmuni decreto rata atq; comprobata haberi. Nec iuſſioni defuit au/
ctoritas per compita ſiquidem regiæ urbis cuncta hæc publicus præco nunciauit:& ue/
niētibus paulo poſt ad ſenatum parlamenteum burgundi ducis oratoribus: diploma/
ta & ſyngraphi de huiuſmodi pactis dati ſunt. Quod uero ſequitur an ſcriberem ali
quando dubitaui facinus profecto ſua nouitate indignum rege. Picas & graculos qui
in caueis humanas uoces uel ſibilare uel imitari edocti apud pariſios ad uoluptatē do/
meſtice alebantur: moxq; ceruos & grues capi omnes & ambaſiam duci ludouicus im
perat. Reuerſo turonum ludouico ballua cardinalis (qui plus cæteris aulicis apud
regem aſtu atq; auctoritate ualebat) diſſidentem a ludouico fratrem ad beniuolenti/
am reuocat:atq; ita agitur poſthabitis quæ conſilium turonenſe de capienda paterna
hæreditate deffiniuerat: Ludouicus aquitaniam carolo fratri relinqueret. Qua rece/
pta contentus carolus bello abſtinuit. Sed ballua qui apud pictauos humili loco na Balluæ cardi
tus paruo incremento ſed ingenio uerſuto in ludouici familiam uenerat: magniſq; & nalis iniqtas.
excellentibus beneficiis primum: deinde epiſcopatu mox cardinea dignitate autore
Ludouico fuerat honoratus: quo ipſe animo eſſet tandem apparuit. Autor enim fuit
ut peronam ad burgundum & poſtea namurcum aduerſus leodios ludouicus accede/
ret. At ubi fratrum mutuam caritatem ſupra q̄ ſenſerat firmam eſſe intellexit: paci in/
uidens: litteras familiari cuidam ſuo ad burgundionum ducem dat: quæ interceptæ
ad regem delatæ ſunt. His litteris ballua ducem admonebat ſibi maxime caueret. Cō/
cordiam quæ inter fratres interceſſiſſet ad eius perniciem factam eſſe:eos expeditio/
nem in eum tantiſper differre donec aquitaniæ datam ſibi prouinciam carolus perlu/
ſtraſſet.remq; omnē domeſticam & exercitum ordinaſſet. Opus propterea illi eſſe ma
ioribus q̄ ullo tempore copiis:& regem acerrime bello infeſtare. Balluæ cognita per
fidia:rex proditorem compræhendi & ad monbaſonem cuſtodiendum duci mandat:
ſub tutela iohannis torceii normāni fidiſſimi imprimis aurati equitis a quo ædificatū
eſt ambleuillæ caſtellum in agro rothomagenſi cū canonicorū collegio opus memo
ria dignū. Interim rex nyortū atq; rupellā petit. Vbi dū regionē luſtrat:fratrē offē/
dit. Qui paulopoſt turonū profectus:in regis uerba more aquitanorum ducum iurat.
Et quia armygniaci regiis iuſſis repugnarent: præfectos militum admiraldū & cha
banū cum copiis mittit qui illos parere compellant. Qui nulla cæde facta regionē om
nem receperunt. Dum hæc geruntur ludouicus beniuolētiam in britonum ducem
conceptā patefacere meditatus:diui michaelis regiū inſigne aureū:& torquē per illu/
ſtres nuncios duci legat. Quod oblatū dux recuſauit:ꝙ ꝑ ſuperiores dies ut fama erat Dux brito/
uellus aureum burgundi ordinis ſuſceperat:amicus uidelicet burgundionis & ei arctiſ/ nū regis or/
ſime cōfœderat⁹. Ea re maxime indignatus rex: britonibus bellū indicit:ſimulq; exer/ dinē recuſat.

citum in britones ire iubet: dato britoni decem dierũ ſpacio: intra quod ſuum in regẽ animũ ſiue ad pacem ſiue ad bellũ reuelaret. Per id tempus edouardus ſubacto herico rege cũ regnũ angliæ uendicaſſet: compoſitis inter principes diſcordiis oĩm ſentẽtia bellum in francos ſuſcipitur. Quod poſtq̃ ludouico innotuit nouas copias ad priores adiungit. Compulſis arma capere quibuſq; ſine diſcrimine qui feudo aliquo potirẽtur. Quæ iuſſio neq; clerum neq; quoſuis priuilegiatos habuit exemptos. Et quod metu maxime pculit regẽ: nunciatũ quoq; eſt: burgundum ducem gandiui uiſum eſſe regis angli iarteriam (Id enim eſt aureũ cingulum: principis peculiare inſigne) cruri ſuo alligatam & in pectore crucem rubram anglorum inſtar geſtare. Quo uno firmatam inter edouardum burgundumq; amicitiam ſignificabatur. Et ut iter tot curas fortuna ludouico paululũ blandiret       uillarus moriens ludouicũ uniuerſalẽ ſibi hæredem inſtituit. Cuius hæreditatem per ſe rex adiit poſſeditq; opulẽtam & locupletem. Interim uaruicus comes: & clarentiæ dux una cum eorum uxoribus edouardum fugientes octoginta nauibus uecti honfleum adnauigarunt. quos in continentem expoſitos admiraldus liberaliſſime excepit. Cuius rei certior factus burgundus: ad ſenatum parlamenteum litteras dat: uaruicum hoſtem eius a ludouico acceptum eſſe præter pacis leges: de quibus inter regem et ſe conuenerat: patres idcirco: eoſdemq; iudices hortari. ludouico ſuaſum faciant opem nullam uaruico ſuggerat. Si ſecus acciderit. perſecuturum ſe hoſtem: eumq; uel e medio francorum regno abducturum. Hanc uerborum ducis arroguntiam ſenatus non multi pendit. Et ipſe uaruicus nihil ide territus. multis apud normannos diebus manſit. Atq; ad ludouicum ambaſiam ſe conferens: familiari confabulatione de ſuo aduentu cum eo tractauit. Affuit quoq; anglorũ regina renati ſicilienſis ſoror cum eius filio edouardo galliarum principe quem poſtea edouardus qui regnum angliæ henrico ſexto pulſo uendicauit necat. Inſtruit igitur

**Claſſis burgundorum.**

aduerſus illos non modicam burgundus claſſem quam ad littus normãni occeani uaruico inſidiari iubet. Simulq; mercatores francos qui negociandi cauſa in nũdinis erãt comprælhendit. cauſam huic ſumens ꝙ uaruicus dum ab anglia perfugit. burgundæ ditionis negociatores captos abduxiſſet. Illis diebus fere pridiæ kalen. auguſti Carlota ludouici regis uxor: carolum filium ambaſiæ enixa eſt. patri ſucceſſorem. Cui cõmuni gaudio aliud mox acceſſit.

**Britonũ dux ludouico reconciliatur.**

Britonum princeps franciſcus ludouico reconciliat⁹ eſt. interuenientibus maxime renato ſicilienſi. carolo ludouici fratre & iohãne borbonio Nec cunctatus eſt franciſcus ad carolum burgundum nuncios mittere. qui coniuratæ aduerſus regem ſocietatis ſyngrapha illi referrent. Fuit burgundo ingratiſſima res. Eã ob rem magno nixu ſtudet uaruico uiam ad anglos intercludere. At rex tanq̃ uoto ſanctum michaelem uiſere teneretur normanniam petit. abſolutuſq; uoto per abricas hõfleum ueniens ingentis magnitudinis naues inſtruit. In q̃s cõſcẽdentes angli prĩcipes ad ſuos ſe retulerunt: nec a burgunda claſſe (quæ per longam moram cõmeatu deficiebat) ullo ſũt dãno affecti. Igit̃ angliã ĩgreſſus uaruic⁹ poſtq̃ ꝑuo tp̃e q̃ ſua erãt recepit: uenere magno fauore ad eũ ſupra quinquaginta millia armatoꝝ. Quib⁹ auxiliarib⁹ ꝑ angliã agẽs: edouardũ hoſtẽ in primis q̃ritabat. Sed ille oĩm fere auxilio deſtitut⁹ ad burgõdũ q eius ſororẽ in uxorẽ habebat profugit. Varuicus autẽ cõciliatis regni proceribus: hẽricũ quẽ edouardus captũ tenuerat ĩ regnũ reſtituit. Ipſe uero regni atq; hẽrici moderator fuit inſtitut⁹. Hæc a uaruico proſpere geſta eſſe cũ ãgliæ regina accepit pariſiũ ex ludouici ſentẽtia ꝓficiſcit̃: traiectura inde in angliã ad uirũ ſuũ henricũ regẽ Quo cũ appuliſſet: magni aĩ mulier: cupiẽs uiri regis adminiſtrationem gerere: diſcordes inter ſe ꝓceres anglos fecit.

**Oppidũ ſancti quitini recipitur.**

Per id tp̃s ſc̃ti q̃tini uiromãdoꝝ oppidũ arturus de lõga ualle oppidanis aſſẽtiẽtib⁹ cepit. Quo paucis poſt dieb⁹ cõeſtabilis ludouici noĩe cũ equitibus ducentis ſe recepit. Rex uero præmiſſis ſiluanectũ copiis pariſiũ ueniens expeditionẽ in burgundũ duxit: bonã ſpem capiens: eas urbes recuperandi q̃ ad ſommã amnẽ carolus occupabat. Nec ſua expectatione fruſtratus eſt: Ambiani ſiqdẽ roya quoq; & mondideriũ in ludouici ptãtẽ uenerũt: q̃ oĩa firmiſſimis munitiõibus ꝓtenus circũambire ubi op⁹ erat mãdat. Miniſtrarũt ad id op⁹ piſii magnũ foſſoꝝ & ligneorũ



fabrorũ numerum. Sed tam ingentis impenſæ rationẽ minime principes habẽt. pœniter eñ eos confeſtim lõgæ militiæ: ita ut propoſita parũ melioris fortunæ cõditionẽ: rem a ſe bene geſtam putent: ſi inducias hoſti dent. Enimuero burgundus caſtra in artheſio inter ambianos bapãmaſq; fecerat: ubi fere obſeſſus: & rebus ad bellum longe neceſſariis inops uinci paruo negocio poſſe uidebatur. Multis enĩ quottidianis leuib⁹ præliis burgundi a cohortibus francis tentati: frequenti dãno afficiebantur.

**Induciæ dãnoſæ**

Superuenere nihilominus inſperatæ multoꝝ dieꝝ induciæ q̃q̃ in burgundia dalphinus comes egregie aduerſus hoſtem pugnaſſet. interẽptis captiſq; plurimis. In auctores induciarum dicta ſcriptaq; ſunt dicteria & libelli famoſi: eaq; publicis templorum foribus crebro appoſita: ægre ferentibus quibuſq; optimis: nihil recte agi dum occaſio ſe ſponte ludouico præſentaret. His ut diximus apud francos ſe habentibus magnis apud anglos turbationibus henricus ꝑuexabatur. Inter quas edouardus burgundi ducis auxiliis irrũpens. poſt multas uario euentu conflictationes edouardo tandẽ uictoria ceſſit: henrico capto: eiuſq; filio galliarũ principe cũ comite uaruico interempto. Ea re cognita ludouicus picardia relicta turonos repetit. Interim pedemõtanus princeps qui ludouicum comitabatur: & comes deu uita defuncti ſunt. Nã cũ multi profluuio alui ꝑ galliã laborarent: eodẽ morbo nõ pauci periere.

**Belli ſuſpicio in aquitania.**

Cepit per id tẽpus indignatio carolum aquitaniæ ducẽ: deq; rege fratre male ſuſpicatus eſt: cuius indignationis cauſas ipſe nõ noui. Armygniacũ tamẽ comitẽ (cuius terras ludouicus uendicauerat) patria extorrẽ reuocat: eiq; inuito ludouico partẽ reſtituit rerũ ablatarũ. atq; ita cõueniẽte ad carolũ cũ armigniaco fuxenſi comite: copiæ contrahuntur nõ aliter q̃ ſi bellũ aduerſus regem pararent. Mittuntur eã ob rem a ludouico in aquitanos copiæ cũ machinis & frãcis aliquot ſagittariis. qui cœptis aduerſarioꝝ obſiſtant. Fama per hos dies falſo vulgata eſt: carolũ aquitanũ. burdegallæ mortẽ obiiſſe. Introducta quoq; eſt autore ludouico cõſuetudo campanam hora meridiana (ut in noctis crepuſculo ſolet) pulſandi quo tempore populus uno poplite humi deflexo angelicam diuæ mariæ ſalutationem obtinẽdæ publicæ pacis gratia: religioſe exhiberet. Qui mos hactenus diligẽter a plæriſq; ſeruatur.

**Aue maria.**

Porro induciæ quæ cum burgundo poſitæ erant: ad paucos dies productæ ſunt.

**Carolus dux lothoringiæ ad burgũdũ perfugit**

Interim Carolus calabriæ dux renati ſicilienſis nepos cui ludouici filia deſponſata erat: deſerto ſocero: ad burgundum declinauit: ſpe ductus ſibi in matrimonio aſſumendi filiam quam burgundus unicam habebat. Sed a patre (ſicuti alii quidam principes) illuſus eſt. Nam harum nuptiarum expectatione cum plæroſq; in amicitia pater contineret omnes tãdem fefellit. Eiſdem diebus diuæ mariæ templum quod apud clerium in aurelianenſi agro magnis impenſis ludouicus extruxerat: conflagrauit: igne negligenter aſſeruato. quẽ ad liquandũ plumbũ tecti artifex in quottidiano uſu habebat Quo die rex de caroli fratris morte nuncium accepit. Obierat enĩ apud burdegallã ueneno a neſcio quo abbate appetitus. Quã ob rem accepta aquitania ludouicus petrũ de belloioco dñm regioni præfecit. Per induciarũ tẽpus burgundionũ dux collecto in agro attrebateñ grãdi excercitu: anthoniũ fratrẽ ſuũ nothũ cũ patre copiarũ neellã mittit. Quã a loci præfecto et ſagittariis francis quingentis acerrime defenſam: fruſtra iterum atq; iterũ anthonius oppugnauit.

**Neella capit̃**

At petitus picardus (id enĩ præfecto nomen erat) Cõſilio cũ loci dña capto: ad anthoniũ cũ ipa domĩa cõponendæ reí deſiderio ꝓfectus eſt. Pactũ extitit: relictis equis atq; armis exituros oppido milites: uitæ ĩcolumitate conceſſa. Hoc accepto reſponſo: ſagittariiſq; relato: dum miles armis ſe nudat: ecce ab oppidanis clam in oppidum admiſſus hoſtis: exarmatos ſagittarios trucidat: eoſ uero qui in templum ſalutis cauſa confugerant qui plurimi erant omnes ad unũ burgundus ſatelles mactauit.

**Burgũdi crudelitas**

Eo cũ dux equo inſidens aduenilſſet: templum ingreſſus ut cædẽ cruorẽq; humanũ conſpexit. Iam inquit noui: q̃ cruentos habeo carnifices. Neq; minus petito præfecto pepercit: qui in uincula cũ aliquot inſignioribus armatis cõiectus tenebat̃. Hoĩem enĩ (cuí ab anthonio fides data erat) furca ſuſpẽdere iubet. Atq; oppidũ mox incenſũ dirutũq; reliquit. Proten⁹ quoq; royã cõtendens. eã circunuallat multo milite atq; machinis egregie munitã. Nã præter quadringentos ſupra mille

ſagittarios:erant in ea præſidio ducenti dilecti equites cum eoꝝ præfectis:petro auber
to.Mignone.loyſeto balagnyo.domino de mouy.& dño rupempræo auratis equiti
bus.Et hi quidē nulla oppugnatione expectata deditionē ea lege fecere:ſi ſaluos inde
abire liceret. Relictis igit̃ ꝑ ignauiā armis atq; impedimētis:uecordes hoīes uno bacil
lo cōtēti non ſine ꝑpetua ignominia ꝑ medios hoſtes irriſi roya diſceſſerūt. Roya
ut diximus capta burgundus magna aīo uoluens.cū ſibi a ludouico nullā uim paratam
eſſe æſtimaret:bellouacos picardis poſt ambianēſes ad occidentē proximos:petit.ra/
tus ciuitatem ubi nullū præſidiū erat prima oppugnatione ſubiugare. Sed plurima ar/
Bellouacum rogantē multa deficiunt. Bellouaci tametſi inſperato hoſtis aduentu nullius præſenta
nei mali periculo admoniti eſſent:uenientē tamē burgundū magno aīo a muro prohi
bent. In ea oppugnatione egregia uirtus puellæ cuiuſdā apparuit.quæ a burgundo mi
lite dū in murū ſcandit uexillū extorſit. Donec guillermus de ualle normāni ſeneſcali
uicarius:cū ducentis equitibus auxilio.acceſſit.qui ciuitatē ingreſſus ad muros ſe pro/
tenus confert. ubi hoſtis incredibili pertinacia depugnabat. Venere non multo poſt
cruſſolus.ioachimus roaldus.guerinus grongnus.atq; torceyus tricētoꝝ equitū: cum
adiunctis ſagittariis ductores. Quibus cōmeatū affatim pariſii ſubminiſtrauerunt.miſ
ſis permultis foſſoribus.qui foſſis atq; aggeribus ciuitatem cōmunirent. Enimuero ſic
opus erat:nā ſubactis bellouacis libera in normannos burgundo patebat uia. Fuit em̄
eius rei tātus timor:ut in ipſa pariſiorum urbe regia magnopere curatū ſit urbis foſſas
purgare:muros inſtaurare:cathenas per compita repente (autore præſertim dyoniſio
hynſelino recenſere) colubrinas inſuper atq; ſerpentinas cōflare atq; fabricare. Per
id tempus antiſſiodorenſes qui ſupra paucos dies admoniti ludouico parere ſpreuerāt
burgundiorumq; præſidium in oppidū admiſerant:eruptione facta dum frumētatum
eūt quidam ex campanis equites illis occurrunt:centū ſexaginta ex graſſatoribus per
imentes:octoginta in captiuitatē abductis. Perſeuerante in obſidione apud belloua
cos burgundo:dura in caſtris eius annonæ caritas fuit. feſtinans igitur priuſq̄ fame mi/
Dura obſi/dio belloua/corum. les urgeretur:aīo firmat:acerrimo congreſſu ciuitatem expugnare. Ingentem ad hoc
cratiū & ligneorū faſcium copiam cū multa materia cogit: quibus urbis foſſas imple/
ret. Obſeſſi re cognita ad pariſios mittunt:minuſcula tormēta & cōmeatum cū baliſta
riis petitū. Nec defuit petētibus miſericors ciuitas. Præerat ad præſidiū portæ quæ do
mus hoſpitalis appellatur robertus ſtoteuillus pariſiorū præſes militaris apprime eq̄s
Quam portam iactis in foſſas quas proxime diximus cratibus faſcibuſq;:hoſtis adori/
tur. Scalis quoq; admotis in muros conſcēdere ꝑſeuerat. Nec profecit:q̄q̄ horas quat/
tuor continenter pugnaſſet. In ea expugnatione quingenti ſupra mille armati ex bur/
Salazardus gundis in foſſas decidiſſe atq; occubuiſſe referuntur. Nocte inſequenti quia ciuita/
tis portæ obſtructæ erant:patefacto muro ſalazardus cū aliquot cohortibus in burgū
diorum caſtra ſub diei crepuſculum erūpens:tribus hoſtium tentoriis incenſis:plæriſ/
q; occiſis impedimenta aliquot ex illorū caſtris rapiens:in ciuitatē dū reuertitur:ab ho
ſte eum inſequēte preſſus:raptas a ſe machinas in foſſas ciuitatis præcipitat: egreq; ad
ſuos ſe recepit. Bellouacorū obſidionis tēpore aurelianenſes officio in obſeſſos functi
ſunt. Impoſita enim carpentis centum uini dolia ad bellouacos dono miſerūt:cū ma/
gno ſagittarum & miſſilium numero:arcubus additis atq; baliſtis. Poſtq̄ ſex & uigin
ti continuos dies ad bellouacum burgundus incaſſum ſediſſet: die diuæ magdalenes
feſto obſidionem diluculo ſoluit:ſegetes uicoſq; qua iter faciebat urens:donec ad ſan
ctum ualerium caſtra poſuiſſet. quod oppidum.cum aliis uicinis oppidis:modico præ
ſidio defenſis minimo negocio cepit. Ex his locis quandoquidē uero ſimile erat in ite
riorem normanniā hoſtem profecturum:coneſtabilis & chabanus octingentis equi/
Burgund' in normannia. tibus aſſumptis:normanniā petunt occurſuri burgundo. A quibus nullo fere damno
burgundus affectus eſt:qui uicos atq; oppida per caletos graſſatus incenderit rotho/
magum uſq; mouens. Vbi coneſtabilis ſe recipiens parum admodum burgundo
incommodatus eſt. Niſi ꝙ a populo ciuitatis uix excitatus: nonnullos ex ſuis cum
aliquot ciuibus armatis eruptionem facere permiſit. Burgundus autem inde digredi/



ens in picardiam copias reduxit. Sed neq; in britānia quicq̄ a ludouico præclare ge/
ſtum eſt:q̄q̄ quinquaginta hoīm millia in armis habere diceretur. Nam legationibus
pollicitationibuſq; tardatus:cum res compoſitas proxime eſſe ſperat: illuſit eum ho/
ſtis. Dimiſſa normānia:burgundus nouiomum oppugnare inſtituit. Sed curſolus &
quidam cum eo militum præfecti: illo ſe conferētes ſuburbiis incenſis ne illic diuerſa
retur hoſtis:ciuitatem maximopere tutati ſunt. Robertus præterea ſtoteuillus ex bel
louacis mouens:& deinde iohacinus roaldo:ad burgūdos qui apud eu oppidū in præ
ſidio erant nuntium mittunt: petentes oppidum ludouico reddi. Moxq; cōpoſitione
facta:locum et ſua omnia deſerentes:equites uno equulo: pedites baculo contenti ab
ierunt. Hoc exemplum ſecuti ualerienſes remburienſeſq; deditionem nulla ui facta
facere. Eodē tempore rouſſyus comes coneſtabilis filius burgūdæ factionis obſtina
tiſſimus ſectator:burgundiæ præfectus diffuſis late copiis tornodorum uſq; debaccha
tus: trecas et campaniæ partem uaſtabat. Contra uero:dalphinus comes per burgun/
diam bono excercitu potens:omnia igne conſumpſit:par pari rependens. Fiunt in/
terim cum britonibus per ludouicum induciæ. Quo tempore regina filiū ludouico pa
rit.cui uita breuis fuit. Petrus aūt de belloioco aquitaniæ miniſtrator dū leſtoriæ mul
ta nobilitate ornatus agit:a ſuis in armygniaci comitis poteſtatē prodit̃. atq; eo pacto
ciuitatē comes recuperat. Eam ob rem ludouicus aliquot ex nobilitate ſuſpectos infi
delitatis lochias in uincula miſit. Inter quos iohānes deymerus crimē confeſſus capi/
te dānatus eſt & in partes quattuor ſectus. Qui moriēs cadetū albretēſem eius proditi
onis ꝑtinaciſſime accuſauit. Dū eius rei gr̃a ludouicus in pictauis īmorat̃ pax inter il
lum et britonū ducē interceſſore oudeto de ria cōuenit. Data britoni non parua pecu/
nia. Porro alenconii dux iohānes acceptæ crebro gratiæ oblitus: cū cōſtituiſſet poſ
ſeſſiones oēs ſuas in burgundū ducē accepto inde precio transferre: & ad eū clā profi/
ciſci:per triſtānū heremitā iubente ludouico capit̃. & lochias primo ductus:paulo poſt
pariſii in lupara arce in cuſtodia cōſenuit. Leſtoria quoq; quā miſſo excercitu ludo/
uicus duce iohanne cardinali albieñ atq; yuone de fago obſidebat armygniaci culpa
diruitur. Nā re cōpoſita ut armygniacus loco cederet:cū in ciuitatē franci ſine ulla uio
lentia ingrediūtur:armygniacus in eos inſurgēs occidere eos iubet. Vnde clamor ex/
ortus dū in caſtra perfert:franci ꝑ effractos antea muros irrūpentes armygniacū ipm̄
et oēm ſine diſcrimine populū trucidant:comitis uxore cū tribus ſuis pediſſequis tātū
ſalua. Hic iohēs armygniacus eſt qui ſororis illecebra captus:cū eā inceſtu polluiſſet:
niſus eſt eā pōtificis romani autoritate ducere uxorē. Cuius ſtulticiæ fauiſſe dicit̃ Am
broſius Cābrayus qui per idē tēpus referendarius erat calixti pōtificis. Accepta em̄ ab
armygniaco multa pecunia: bullā diſpēſationis de ſorore deſpōſanda armygniaco tra
dit:quā reuera adulteratā & a ſe falſo editā poſtea cōfeſſus eſt. Sed e cuſtodia noctu ad
iutore ſeruo emiſſus:in galliā ſe recepit. quē poſt aliquot annos ſupplicationū regiarū
magiſtrū: & deinde pariſienſem cancellariū uidimus. hoīem profecto doloſū & ꝑter
modū gloriæ ſtudentē uerboꝝ & iactātiæ uanitate redundantē et perfluū:fidei autem
modicæ. & cui probe cōfidere nemo poſſet. Cuius mortē nec propinqui nec alius q̄ſq̄
illachrymaſſe uiſus eſt. Sepeliri uoluit in ſacello ſorbonæ ante arā maiorē. Deꝑhenſus
apud leſtoriam cadetus albreteñ: & pictauiā perductus:capitis ſupplicium luit. Age/
bat ꝑ id tp̄s parpigniaci iohēs tarraconiæ rex. Qui leſtoriæ ciuitatis deſolatione acce/
pta:ꝙ q; audierat. philippum ſabaudum cum ingentibus copiis in eum aduentare par/
pigniaco abiit. ob quod diu quidē atq; ꝑtinaciſſime a frācis digladiatū eſt. Sed uictor
frācus extitit. & ruſſiolonē totū ludouic⁹ obtinuit. Per hos dies carolus lothorigiæ
dux apud nācium peſte abſūptus eſt. Fuit & ſiluanecti habitus cōuentus: uenīētibus
a burgundo duce legatis:qui belli cauſas tollerent. Nec fuit concordiæ locus: tametſi
multos dies multa agitādo legati cōſumpſiſſet. Burgūdus uero ducis lothoringi mor
te accepta:lothoringiā armis ſibi ſubiugare tētauit:cauſam aſſumens:ꝙ carolus qui de
functus erat obæratus illi eſſet. ſimulq; apud ſe anxie meditatur regiū nomē uſurpare.
Quamobrem fredericū imperatorem ꝑ legatos orat:īpetratq; luxenburgū ſe cōferre

dignaretur. A luxēburgo imperatorē ad mettenſes ducit. quorū ciuitas olim lothorin
gorum ditionis prima fuit. Ibi per imperatorē mettenſes orat: ſibi per eos tranſire in
lothoringiā liceat. Quod cū a mettenſibus non obtinet/ fredericū importune rogat/
regiū titulū regni ſiciliæ ſibi impertiri/ cui⁹ rex fuerat carolus: et cuius impreſentiarū cau
ſam agebat. Atq; ut nouitati fulcimentū apponeret. uicariū ſe imperatoris inſtitui po
ſtulat. At fredericus qui burgundi arrogantiam intelligeret (diſſimulata prudēter po
ſtulantis temeritate) egreſſus urbe noctu per moſellam in germaniam abiit. Illuſus
igitur burgundus: cum pecuniæ egeret: nec ſuis uiribus ſufficeret ludouici poteſtatem
minuere ad uenetos mittit: a quibus ſtipendium trimeſtre mutuo impetrat quo ex
gente ueneta partim coactas copias aluit. Miſſaq; in Nyuernenſes exercitus parte: ru
pem caſtillionis et aliquot regionis loca dolo capit. Per eos dies petrus de belloioco
annam ludouici filiam deſponſat. Iterum quoq; burgundi oratores cum regis lega
tis compendii conueniunt. Vbi tandem poſt longas concertationes: paucorum men
ſium inducias firmauerunt. Quo tempore burgundus inimicitias in ludouicū omni
fariam exercens: yteriū mercatorē: qui poſt caroli aquitani ducis mortem ad burgun
dum ſe contulerat: magnis promiſſis inducit: ueneno tollere regē. Igitur conſtituto il
li quinquaginta millium aureorū precio: toxicū parat. Datq; iohanni audaci (quem
ſeruū habebat) ferendū. pollicitus montes aureos ſi maleficiū fœliciter exigat. Reci
pit ab yterio iohannes negociū: et ambaſiā ubi rex erat profectus: quēdam in ludouici
popina ſibi notū (qui condiendis ſaporibus præerat) conuenit. Cui ꝙ aquitano duci
ad ſimile miniſteriū ſeruierat: rem patefacere non ueretur. Atq; ad facinoris preciū ui
ginti aureorū millia ſecure promittit: credulus hominē ad ueneni propinationē facile
conſortē ducere: qui dominū ſuū non diſſimili maleficio ſublatū fuiſſe ſciret. Audiuit
iohannē ſumma diſſimulatione coquus: ſed rem nequaꝗ patrari poſſe ait: niſi coline
tus primarius coquorū conſcius accederet. Igitur recepto a iohanne ueneno: coline

Venefic⁹ depræhenditur tum ad id negociū cohortari pollicetur. Colinetus uero a conſorte coquo edoctus: ſi
mul cum eo ad regē pergit. Veneficū prodit. et ab eo exhibitū toxicū profert. Rex ue
neficiū exhorrens: autorē præhendi iubet. Qui tanꝗ rei bene gerendæ ſecurus: iter ad
yterium faciebat. Sed non longe a ſtampis deprænhenſus: ad ludouicū deductus eſt.
Moxq; confeſſus crimē: paulopoſt in cuſtodiam detruditur: data ingenti mercede fi
delibus cocis. Aſſeruatus uero eſt iohannes audax in publicis ædibus pariſiorum. dein
de capite trūcatus. Cuius quattuor exſecta membra ad quattuor regni extremas regio
nes cū titulo proditionis furcis ſuſpenſa. omnes eius ædes dirutæ ſunt. & natalis dom⁹
ſolotenus ſine ulla reſtitutionis ſpe euerſa: inſcripta ruinæ cauſa. Eo die quo id geſtū

Legati aragones eſt. Legati ab aragonia pariſium uenere: a ſuo rege mandatū habentes de controuer
ſia ob ruſſillionē et parpiniacū orta tractare. Nec multo poſt rex quoq; pariſiū ſucceſ
ſit. Iuſſitq; pariſios in armis eſſe et militari ordine ꝑ diui antonii portam urbe egredi.
Quorū multitudinē aragonenſes legati admirati ſunt. Centum enim et quattuor ho
minū armatorum millia e ciuitate in agrum prodiiſſe relatum eſt. Regredientibus in
ciuitatē pariſiis: oratores uicēnas ludouicus ducit. Vbi regia cæna acceptos duob⁹ eos
poculis aureis uaria cælatura ornatis donauit. Horū preciū tribus ducatoꝝ millibus et
ducentis æſtimatum eſt. Venere eodē tempore ab germania dux bauarus: et brito
num oratores: quos ſiluanecti ludouicus audiuit. Affuerunt præterea incaſſum burgū
di. Britonibus liberaliter ludouicus reſpondit. Legationū cauſas diuinare magis ꝗ ꝑ

Coneſtabilis temeritas beſcribere poſſum. Ex ſiluanecto compendiū: mox nouiomū: rex proficiſcitur. Ce
perat comes ſancti pauli franciæ coneſtabilis ſanctum quintinum uiromandorū op
pidū extruſo præfecto curtono cū præſidio quod in eo ludouicus poſuerat. Oppidūq;
coneſtabilis: impoſito ex ſuis præſidio: rege inuito occupabat: ita ut in ſuſpitionem
ueniretur concepti in regē belli. Nec aliter ad ludouicū acceſſit: ꝗ ponte inter ſe et re
gem facto ad colloquium prodiit: ſatellitibus egregie ſtipatus. Colloquio paucis ar
bitris expleto: rex offenſam omnē comiti remittit. Iureiurando interpoſito ꝙ in ludo
uici fide permaneret. Erāt per id tempus inter fredericum imperatorem et burgun



dum ſimultates. Nitebat̄ propterea magnope imperator burgundo incōmodare: un
de miſſis frequēter ad ludouicū nūciis: illū hortabatur: cū burgundo amicitiā nō inire
ſe unū ſatis eſſe qui ducis ſuperbiā deprimeret: eūq; redderet regi obſequentem. Nec
tamē exaudiuit fredericū ludouicus. ſed cū ex picardia ſiluanectū reuertiſſet: cum bur
gundi legatis inducias anni unius firmat. Interea in iohannem alenconii ducem ca Sententia in alenconii ducem.
pitis ſententia & bonorū omnium publicatio in ſenatu parlamenteo per petrū dorio
lum cancellariū fertur. Burgundo uero duci nulla fuit induciarū & iuriſiurandi reue
rentia: quin in lothoringiā ducens uirdunum ceperit: ſollicitaueritq; edouardum an
glum regem aduerſus ludouicum tranſfretare. Quāobrem edouardus magno excerci
tu comparato: priuſꝗ moueret: ludouicum per caduceatores petit aquitaniam ſibi nor
manniamq; reſtituat. Nec diu diſtulit edouardus ad diui michaelis montem claſſē tra
ducere. Quod poſtꝗ ludouicus accepit: copias in normanniam miſit: eorum militum
qui recenter fuerant ab eo inſtituti: & dalphini cuſtodes appellabantur. Per eos dies
tametſi induciarum finis nōdum eſſet: burgundi qui peronæ & per circūadiacentia lo
ca in præſidio erant omnia uſq; ad yſarā flumen infeſtabāt. Et aliquot ex eis arſonem
iam diu deſolatā inſtaurare cœperant. Sed miſſis aduerſus ꝑdones ex ambianorum &
bellouacorū ꝑſidio armatorū turmis: nō expectata pugna craſſatores aufugerūt. Nec
deſtitit miles francus: ſed adſcitis ex finitimis ꝑſidiis aliquot cohortibus: qbus ꝑterea
plebei plurimi ſe cōiunxerūt: ad attrebates ꝓfecti in ſuburbio ciuitatis caſtra poſuerūt.
Vbi nocte tota diuerſati: deputatis agricolis q eos ſequebant̄ ad excutiendos p uillas
& aggreſtes manſiones frumenti manipulos: maximā tritici copiā & pecorū ingentē
numerū ex attrebatenſi agro cōportauerunt. Nā id prius facere meditati uannos & fla
gella curruſq; cōplures ſecū adduxerunt. Recepere quoq; nōnullos captiuos quos ra
ptor uiolatis induciis abduxerat. Principio inſequentis ueris rex in picardiā mouēs:
tronqueū uetuſtiſſimā non longe a mondiderio turrim: ubi ꝑditorū hoīm turma du
ce motino caulero ſe receperat: oīa incurſionibus infeſtans expugnat: occiſis aut pati
bulo appenſis q in ea inuēti ſunt: ꝑter ipm motinū quē rex uita & officio donauit. Tur
ris ipa ſolotenus deiecta eſt. Mondiderienſes aūt cū deditionē recuſaſſent: obſeſſi op
pidū dedidere: ſuis fortunis oībus relictis abeuntes: oppidū uero ſolo proſtratum eſt.
Roya ꝑterea ludouico paruit. Nec ſpes deerat picardiā atq; artheſiū recipiēdi: niſi ſan Coneſtabilis dolus.
cti pauli comes coneſtabilis dolo uſus regem fefelliſſet. Cui progredi cupienti litteras
mittit: edouardū anglū ingenti claſſe petere normanniā. Idcirco opus eſſe cautione:
ne deſtitutos ꝑſidio normannos hoſtis inuadat. Si ad illos partē exercitus ducere rex
uelit: ſe unū cū reliqua militia ſatis eſſe q bellum in picardia gerat. Motus hoc nuncio
ludouicus in normanniā ducens de anglorū aduentu nihil accepit. Redeunti aūt co
neſtabilis ſcribit: anglos caliſium appellere: & carolū burgundū nuſſii obſidione reli
cta: fœdus cū federico imperatore iiuiſſe. Quæ oīa tametſi nulla eſſent: caduceator ta
men anglus cognomento ſcalus cū litterarū faſce deprænhenſus: & ad ludouicū perdu
ctus uera eſſe iurauit. Neq; horū quicꝗ tam iniquo aīo ludouicus tulit: ꝗ coneſtabilem
clam ſollicitare borboniorū ducem: ut burgūdi partes relicto rege ſequeretur. Cuius
ꝑfidiæ ſyngraphum a coneſtabile miſſum borbonius per epm mymatenſem ludoui
co demiſerat. Eodem tpe in burgundia apud guyum non procul a caſtro chynone
magna burgundorū turma a francis ſuperatur: cū ducentis equitibus q ex uenetis bur
gundo auxiliares uenerant. Fuit nō ꝓſperior attrebatibus fortuna. Admiraldus cui de Attrebates.
creta belli ratio in picardia erat: prope attrebatū diſpoſitis inſidiis triginta equites la
ceſſitū attrebates mittit. In quos uelut in contēnendi numeri cohortem: eruptiōe fa
cta attrebates cū ſuo præſidio ꝓficiſcuntur. At qui ab admiraldo præmiſſi erant: metū
ſimulantes pedetentim retro abeunt: donec ſuorū inſidias præteriſſent. Quāobrē in
tercepti attrebates inter medias francorū copias: ad quingentos ſupra mille occubuē
runt. Et cū romontus reginæ frater qui burgūdarū partiū erat his ſe ducem præbuiſſet
uix ad ſuos ſe recepit: equo eius interēpto. Iacobus aūt ſancti pauli cū aliis inſignibus
uiris captus. Paulo ſupra hos dies auraicenſis princeps quem in cuſtodia ludouicus

habebat: nullo precio liber factus: ſeditionemq; ſuam regi ſummiſit. donatus eſt pro/
pterea poteſtate cudendi numiſmatis aurei atq; argentei. remittendi inſuper crimino
Edouard⁹ anglus apud caliſium
ſis necis pœnam: niſi hæreſis aut maieſtatis rei haberentur. Edouardi autem angliæ
regis claſſis uiginti millium armatorum caliſium appulit. Qua re cognita mox ad pri/
orem excercitum nouas copias ludouicus ex pariſiis duce roberto de ſtoteuilla con/
trahit. Et carolus burgundionum dux nuſſyo relicta: ad edouardum noctu uenit. cui a/
mice gratulatus eſt. Nam edouardi ſororẽ in uxorẽ duxerat. Hortatus magnopere eſt
rem proſpere gerat: et ſua recuperet: quæ a francis iniuſte tenebantur. At aliquot die/
bus exactis cũ nec a carolo: nec a coneſtabile promiſſa illi ſeruantur (Conuenerat eñ
inter illos: dũ edouardus in artheſium ueniſſet: admittere illum in aliqua munita loca
ubi et ſe atq; excercitum recreare et tuto diuerſari poſſet) Iamq; lihonem in ſanguine
terſo copias cũ promouiſſet: pollicitis illuſus: ad ludouicum ſiluanectum ubi in uicto/
riæ cœnobio agebat oratores mittit: dicere ſe archanũ quicq̃ habere qd illi coĩcatum
eſſe cupiat. Deſignet locum et tempus ad rem exigendam. Pinquigniacum in ãbiano
rum agro ad id deligitur. Interim mutuam a pariſiis grandem pecuniam ludouicus pe
tit. Ea fuit quinq; et ſeptuaginta milliũ nũmũ aureorum: quam diſſoluere infra kalen/
Conuẽtio regum apud piquigniacum
das nouembres ipſe promiſit. Ad piquigniacum ex ambianis rex ueniens: frequenti at
q; admirabili militum manu ſtipatus: duos in ponte pinquigniaci appendices extrue/
re iubet. Vnum quo ipſe: alterũ quo congredi edouardus poſſet. Fuit inter utrunq; ap
pendicem paries medius: cancellatus ita latis foraminibus: ut per ea dextras dare & cõ
tingere reges poſſent. Conuenientibus ad deſignata loca principibus: cum ſe alterni
ſalutaſſent: longa fuit inter eos (centum utrinq; admiſſis illuſtribus arbitris) collocu/
tio. Inde ubi regibus uiſum eſt: illis ſeorſum exeuntibus. pricipes clam ſermonem cõ/
tulerũt. nec dilata diu concordia eſt. Itaq; de ſeptem annorum induciis conuenit. iiii.
kalendas nouembris: dum uoluitur annus ſalutis. Milleſimus. cccc. ſeptuageſimus qn
tus. Donatuſq; a ludouico edouardus eſt quinq; et ſeptuaginta millibus aureis. & quĩ/
quaginta millia per ſingulos induciarum annos illi promiſſa. Ornauit quoq; magnis
muneribus clarentiæ ducem edouardi fratrem. Rebus ut paucis annotauimus apud
piquigniacũ geſtis: anglus omnes copias caliſium remittit. Iubetq; hauartũ et prima/
rium ſuum ſcutiferum apud ludouicum morari: donec ſe promiſſo abſoluiſſet. Di/
Coneſtabilis nequicia
grediente caliſium edouardo: ludouicus de luxenburgo coneſtabilis cui regum cõcor
dia non conueniebat. nuncium cum litteris ad anglum mittit: uicio illi aſcribens: q̃ ĩ
belli ipſe animo cũ ludouico pactus fuerit: promiſſis uidelicet illectus hoĩs qui eũ fal/
leret. Litteris cognitis: eas edouardus ludouico communicat. Interiectis inde non
multis diebus accedentibus ad ludouicum britonum ducis oratoribus pax firmata eſt
et annorũ nouẽ induciæ cũ burgundo poſitæ. Additũ quoq; de ludouico luxẽburgo:
qui ad eũ perfugerat: regi dedendo. Miſſi ſunt peroñã qui illum exciperẽt borbonieñ
nothus admiraldus: dominus de ſanctapetra: et guillermus ceriſayus cum bona arma
torum turma. Exceptũ coneſtabilẽ in diui anthonii propugnaculũ apud pariſios phi/
lippo oleario loci præfecto cuſtodiendum cõmittunt. Deputat deinceps ludouic⁹ pe/
trũ doriolum cancellarium et duos parlamenti præſidentes cum aliis iureconſultis de
coneſtabili quæſtionem habere. Igitur interrogatus confeſſuſq; plurima in regem de
liquiſſe: in curiam plamenti poſt longam cuſtodiam deducitur. Vbi a cancellario re/
gium inſigne ideſt aureum diui michaelis torquem quẽ collo geſtabat: deponere iuſ/
ſus eſt. Moxq; ingreſſus ad eum iohannes põpãcurtus: illuſtris inquit comes: hacte/
nus in cuſtodia regis iuſſu habitus fuiſti. Vbi de his quæ in regem et rempublicã cõmi
ſiſti quæſitum eſt diligenter. confeſſus es maieſtatem frequenter offendiſſe. cũ hoſti/
bus conſpiraſſe: et fidem uiolaſſe qua reipublicæ eras obnoxius. Iam uenio ad te a par
lamenteo ſenatu miſſus: ſignificare mortis ſententiam quæ hodie in te lata eſt. Hodie
Coneſtabilis mors
tibi moriendum in grauia ante ædes publicas ciuitatis: Terras & fortunas oẽs tuas pu/
blicatas & fiſco attributas eſſe tibi renũcio. Ad hæc ludouicus. O inqt optime maxime
deus: q̃ dura hæc ſentẽtia eſt. Te ſupplex oro: da mẽtẽ ſincerã te agnoſcẽdi. Sic locutũ



quattuor theologi magni noĩs doctores ut cõſtitutũ fuerat reũ adeũt. ſalutaribus illũ
monitis conſolaturi. Cõfeſſione more chriſtiano expleta: orat uiaticũ xp̃i corpis ſibi
miniſtrari. quod nõ obtinuit. Res tamẽ diuina quã miſſam appellamus corã illo facta
eſt. & panis benedictus oblatus: quẽ religioſe mãducauit. Inde a palatio ad grauiã per
medias vulgi turbas pductus: atq; in tabulatũ cõſcendẽs: poſtq̃ ad diuæ mariæ templũ
(quod ex tabulato cõſpicuũ erat) cõuerſus longiuſculã orationẽ plorans habuiſſet: a
carnifice iohanne coſino uno gladii ictu capite punitus eſt. Cadauer autẽ p cordigeros
in ipſorũ eccleſia humatũ eſt: decẽbri mẽſe die decimanona Anno. M. cccc. ſeptuageſi/
moquinto. De eius criminib⁹ & ſupplicio epigrãmata gallica latinaq; multa ſcripta fu
erunt. Eodem tẽpore monetæ preciũ mutatũ eſt. & ſcuta aurea cuſa quinq; et. xxx.
Moneta noua.
ſolidorũ turoneñ extimatione. Cui operi quattuor tantũ uiri præfecti ſunt. germanus
de merla. nicholaus potierus. dyoniſius brito. & ſymõ auſorannus. Vectigal quoq; indi
ctum ſingulis doliis quæ e regno ad exterã gentẽ exportarent. Nã p quoq; uini dolio
(quã franci caudã uocant) aureũ nummũ portitores exigebant. Poſthæc aliqd ĩ ro
manos molitus ludouicus: de cõgreganda epõrũ ſynodo cogitauit. Nam cũ ſibi antea
nõ proceſſiſſet: q̃ de uniuerſali eccleſiæ conuẽtu agẽdo ſuos oratores ad diuerſos prĩ/
cipes miſerat: de ſuo regno habendũ conciliũ præceptũ vulgauit: iubẽs quoſq; pontifi/
ces & maiorũ eccleſiarũ rectores ad ſuas ſedes intra a ſe conſtitutũ diẽ redire. Deĩde
uoto aſtrictus aniciũ (quod podiũ dicunt) aruerniæ ciuitatẽ pgit. Vbi nouẽ totos di/
es: diuæ mariæ tẽplo quod in galliis ſũma religione colit ſe pmiſſis abſoluit. mox lug
dunũ tranſiens ad dalphinates cũ perueniſſet: accepit carolũ burgundũ qui in helueti
os expeditionẽ duxerat fuſum fugatũq; cũ ſuo excercitu fuiſſe: nõ procul a grãſone op
pido: & arcibus duabus receptis quas heluetiis ipſe abſtulerat. Tormentis machiniſq;
amiſſis: caſtra & ſarcinas omnes direptas. Recepta inſuper ab heluetiis arces & grãſo/
nẽ eſſe. Inuẽtoſq; quingẽtos & duodecim alemãnos quos ſuſpendio burgundus neca/
uerat: eos oẽs patibulis liberatos terræ cõmendaſſe: & eiſdem alemãnorũ furcis loriſq;
Dux nemorſus capitur.
burgundos ſtrangulaſſe quos grãſonẽ recuperantes heluetii depræhẽderant. Eadẽ tẽ
peſtate nemorſus dux adño de belloioco in arce carlati circũuallatus deditione facta
captus: ad regẽ primũ: deinde uennã & deinceps pariſiũ perducit & in cuſtodia aſſer/
uatur. Circũuallationis tpe eius uxor caroli andegaueñ filia cũ peperiſſet: tã partus do
lore: q̃ animi ægretudine mortẽ incurrit: mulier ſpectata plurimũ atq; laudata. Re/
Burgundus fuſus.
bus apud granſonẽ diſſipatis. Carolus burgundus cum ioignã in finibus ſequanorũ ſe
ex fuga militẽq; recepiſſet. Heluetios iterũ pſequi (ſicuti ferox & uĩdictæ percupidus
erat) conſtituit. At q̃ illi milite & pecunia opus eſſet: guillermũ gõnetũ eius cancella
riũ: cum aliis undecim bonæ apud ſuos auctoritatis uiris ad flandrẽſes & ditionis eius
populos legat. qui militẽ reſarciant. ſextãq; bonorũ ſuorũ oĩm partẽ ad belli impẽſam
miniſtrent. Legatis rñſum eſt: Carolo ſi facultas deficit ſe tuto recipiendi: ſubſidium il/
li ut principi & duci ſuo ſe quidẽ præbituros: donec domũ ſaluus redeat. Belli autẽ in
heluetios gerendi cauſam nullã uidere: cuius gratia ſeſe bonis & pecunia premere aut
mulctare neceſſe ſit. Hæc dum a burgundo geruntur ad ludouicũ lugduni agentem re
natus ex andegauenſi familia ſiciliæ rex acceſſit. Cum quo de prouinciæ comitatu ad
hunc modũ tranſactũ eſt. Erat renatus plenus dierũ ſine liberis princeps: cui⁹ ſoror an
gliæ regina ab edouardo de familia ducũ cloceſtriæ ĩ cuſtodia tenebat. eius liberãdæ
cauſa ludouicũ ſibi hæredẽ puinciæ renatus ĩſtituit. Datis a ludouico millibus quĩqua
ginta ſcutorũ aureorũ. quæ redimendæ reginæ cauſa: edouardo ſoluta ſunt. Regina li
berata iuri quod a morte fratris in comitatu ipſo uindicare potuiſſet abrenũciat: cõſti
tuta quotannis (dũ ſuperſtes eſſet) penſione: quã ludouicus reginæ pſolueret. Ac/
cidit per hos dies nõ procul a dordano plena miſerationis cædes. Ludouic⁹ breſey fili⁹
Cædes carlotæ uxoris mareſcalli a uiro facta.
normanniæ ſeneſcallus carlotã agnetis (q̃ bella appellata eſt) filiã ex carolo ſeptimo
ludouici patre (ſicuti credebat) genitã habebat uxorẽ. Hic laxandi animi cauſa cum in
ſiluã aſſumpta uxore uenatũ pdiiſſet: domũ noctu reuerſus: cũ ſe laſſum ſentiret: ſeor/
ſum ab uxorio cubiculo cubitũ pgit. Carlota aũt libera ad tp̃s uiro: iohannẽ lauernum

pictauū:cū quo ſtupri cōſuetudinē fecerat:ad ſe protenus in cubiculū admittit. Qua re
cognita:iohannes apotecarius domus ſeneſchalli prouiſor ſcelus dn̄o defert. Vnde
furens ſeneſchallus gladio exerto cū cubiculi fores repēte effregiſſet:iuuenē adulterū
interiore tantū tunica amictū ꝓtenus confodit. Coniugē uero q̄ ſe ad liberos in proxi
mo penetrali receperat:culcitra obtectā manu appræhenſum:humo ꝓſternit. Quā in
genua ꝓcumbentē & mariti miſericordiā fœmineo ploratu orantē:traiecto ꝑ mulieris
pectus mucrone mactat. Sed ad ſuſceptā hyſtoriā reuertamur. Rege lugduni agēte

Moracum i heluetiis

renunciatū eſt:carolū burgūdionū ducē reparato exercitu ad moracū in heluetios ca
ſtra poſuiſſe:atq; exile oppidulū circūuallaſſe:eoq; renatū lothoringiæ ducem (a quo
nantiū burgundus abſtulerat) cum ualidis copiis ſuppetiaturū heluetiis acceſſiſſe. pri
māq; hoſtiū aciem fudiſſe:in fugā uerſo romonto comite eius aciei ductore. Vnde ex
moraco eruptione facta:eos qui in ꝑſidio erant cū lothoringo duce ſe cōiungentes in
hoſtiū caſtra fugatis cæſiſq; q̄plurimis ꝑuaſiſſe:nec fuiſſe fugæ modū donec ioignā ꝑ/
ueniſſent. Quæ aūt in burgundionū caſtris ſpolia capta eſſent: heluetios ad beneficii
cōpenſationē benefactori lothoringo reliquiſſe. Occiſorū in ea pugna numerus.xvii.
milliū fuit. Victoria de burgundis habita:renatus argētinā (quæ ſtraburgus dicit)
ſe recepit. Indeq; quattuor armatorū millibus roboratus:nantiū quod ſibi burgundus
uſurparat recuperare contendit. & oppidū (quod ducentorū ſupra mille militum præ
ſidio tenebatur) obſidione cingit. Qua firmata ad argētinenſes reuerſus: cū nouas co
pias coegiſſet:eas prioribus quas ad obſidionē reliquerat adiūgit. nantiūq; recuperat.

Hec dum aguntur ludouicus turonū repetens:multis uotis quibus ſe aſtrinxerat ſa/
tis pro religionis debito fecit. Erat enim diuæ mariæ xp̄i matri uel reuera:uel ſimulati
one deuotus. Cuius templis multa donaria obtulit. Interim burgūdus (cui aduerſa oīa
ſuccedebant) ægre admodū ferēs a modico principe (ut ipſe querebatur) uinci: reſar/
citis pro tempore copiis:ex ſalinis ſequanorū oppido nantiū ducit. Cū enim de rena/
to ſermonē haberet illū magnopere parui exiſtimabat tanq̄ gygas ipſe:ille nanus eſſet

Per eam tempeſtatē de caſtellæ regno diſceptatio inſurgit. Erat henrico caſtellæ re
gi (ut ferebatur) ex legitimis nuptiis filia:& ex patre grādis natu ſoror:hæc taragonū:
illa portugallorum regi uxor datur. Quāobrem uterq; regū caſtellā uindicare magnis

Rex portu / galiæ ad bur/ gundū uadit qui nancium obſidebat.

uiribus contendit. Portugallus rex francū regē ſecutus:ludouicū per ſe conuenit. ſpe/
rans maxime diſcordiis inter eū & burgundum cōpoſitis :copias ſibi ad uēdicandā ca/
ſtellā attribui. Fuit mediuſfidius portugallus rex incredibili magnificētia a pariſiis ex
ceptus. Verum cū ad burgundū in obſidione nātii agentē pacis cauſa per horridā hye/
mem fruſtra conceſſiſſet:ad ludouicū rediit. Burgundus enim nantiū tā arcte cōcluſe
rat:ut fame prope deficientes burgundo permittere ſe obſeſſi deſtinarēt. Militabat in
burgondianis caſtris lōgobardus quidā comes quem campobaſſum appellabant. Hic
uel ſuapte perfidia uel pecunia clā corruptus: a burgundo deficiens cū nonaginta equi
tibus ad ludouicū regē uenire conſtituerat. At per regis internūcios tardatus ne prodi
tionis particeps ludouicus eſſe uideretur ad renatū ꝓfectus eſt:cui burgundi conſilium
omne patefecit. Duo uero ſuæ factionis angelus & mōtefortus:qui eū ad proditionē
conceptā ſequebantur:iuſſi ſunt condeū petere:qui locus a nantio ſecundo tantū lapi
de diſtat:ad moſellam flumen:qua a mettenſibus & luxēburgis ad burgundos comme
atus īportabatur. Quarto autē nonas ianuarii renatus uarēgeuillā ad ſanctum nichola
um cum ſuis et heluetiorū copiis progrediens:et poſtridie cū nouāuillam aduenilſet:
ad lacum qui non procul abeſt acies inſtruit. Vnā dabeſtanus comes et qui friburgum
ſuricūq; incolunt. Alterā bernēſes atq; ternenſes duxerunt. Atq; ita ꝑtito agmine alte/
ri ſecundū flumē:alteri per uiā militarē nantiū uerſus compoſito ordine incedunt. Iā
enim burgundus ſuos in acie ſiſterat. & heluetios qui uia publica progrediebantur:tor
mentis appetere properabat. Quod aīaduertētes aciei ductores ſiniſtorſum ad proxi/
mū collē diuertunt. in quos burgundus iacobū galleotū italum:& iudocū lalanū flan/
driæ primarium iudicem:bino agmine mittit. Iubetq; hoſtem ab equitibus inuadi: ſe/
quente illos numeroſo peditatu. Mox nihilominus heluetii qui in colle erāt conuer



ſa in burgundos facie: uix credibili impetitu in uenientem in ſe hoſtem procedūt: ita
ut ad primum colubrinarū iactum peditatus omnis burgundorum fugæ ſe cōmiſerit.
In galleotum autem ii qui ad flumen iter habebant nulla mora incurſantes totam co
hortem fuderunt. Eſt pons non procul nantio qua uia eſt ad thyonuillā et luxēburgū
quam compobaſſus comes occupauerat. Ad pontē poſtq̄ fugientes burgundi peruene

Apud nanti/ um renati ui ctoria.

runt:inſequente eos ferociter lothorigo: pars fluminis uadis ſe credentes:ab heluetiis
trucidabantur. pars fluctibus obruti interibant. pars qui ſiluis ſe credebāt. ab incolis ſi/
ne miſeratione iugulabantur. Nec ceſſauit lothoringus hoſtem ſequi: donec adueni/
ens plurima nox eum prohibuit. Tum de burgundo duce interiiſſet ne an uiueret ſolli
citus:quandoquidem de eo nullum nuncium acciperet: ad mettenſes confeſtim ſciſci
tatum mittit:an ipſe per eorum ciuitatē euaſiſſet. At ille reuera dum ſe fuga ſaluare cō
tendit. labente equo quem inſidebat fuerat tribus vulneribus occiſus. uno ad caput ſe
cus aurem. ad dentes uſq; pertingens. Altero ad femora. tertium ad anum. Id certiſſi/
ma fide compertum eſt capto baptiſta adoleſcente ex colūnēſium familia. qui duci eo
dem tempore familiariſſime obſequebatur. qui non dubia de illo indicia protenus o/
ſtendit. Aſſenſuſq; eſt teſtimonio eius matheus portugallenſis ducis medicus. atq; an

Pertinax in dūm amor ſtulta credu/ litas.

thonius eius frater notus quem lothoringus captiuū habebat. Cuius rei fidem uix ad/
miſerunt artheſienſes et ii qui burgundiorū poteſtatis erant:temere atq; ꝑtinaciſſime
aſſeuerātes:eum e pugna ad germanos dilapſum eſſe. ibiq; ſeptēnem pœnitentiam uo
uiſſe. quā poſtq̄ expleſſet:inde cum potentia reuerſurū: et ſuas iniurias uindicaturum.
Noui nōnullos:qui in ea credulitate obſtinati:equos gēmaſq; uenales exhiberent. uē
derentq; ſi quis eas plus iuſto emeret. dilata ſolutione:donec carolus eorum princeps
exacta pœnitentia rediiſſet. Inuētum ducis cadauer nudum in pratello quod riuulus al
luit in diui georgii eccleſia apud nantiū anno ſalutis. Mcccc.lxxvi. poſtridie epypha/
niorū domini conditum eſt. In eo loco ubi tot occiſorū corpora iacebant lothoringus
uictor ſacellū condidit. addito ſacerdote qui memoriā defunctorū perpetuo haberet.
Edidit quoq; in pratello crucē ex lapide ubi burgundus occubuerat. Nec diu moratus
in burgundiam exercitū ducit quam totam poſt paucos dies ludouici noīe recuperat.
Secuti burgundos ipſi antiſſiodorenſes regi paruerunt. Certior factus de burgundo
rum ītetitu ludouicus turonū linquēs poſtq̄ ſuo more uarias diuæ mariæ ædes mune/
ribus honeſtaſſet:nouyomenſes adiuit. Breuiq; tp̄e mondideriū peronā: abbatiſuillā

Attrebates obſtinati.

monſtroliumq; cū aliquot locis uſq; ad attrebates occupat Attrebates uero pugnaciſ/
ſimi et duri animi populus parere detrectarūt:recepto in ciuitate flandrenſi præſidio.
Interim dū cunctantur attrebates regi obtēperare. Ludouicus grandē excercitū & bel
li apparatū cogit. Sed tandē captam ciuitatem quæ ſeorſum centū fere paſſibus ab op
pido. loco editiore ſita eſt:& raro muro munita erat:inſtaurat aduerſus oppidanorum
uim atq; iniuriā. ad quos ex aliis recēter recuperatis locis multi odio noīs franci perfu
gerant. Quibus tanta temeritas fuit:ut per muros & publicos parietes furcas ſculperēt
appenſis albis crucibus:tanq̄ ipſum regē francoſq; ſuſpendio dignos arbitrarentur. Fu
erunt qui pudendas partes reuelatas:e muris militibus oſtentarent conuiciantes regi.
Venere tamen ex oppidanis ad ludouicū aliquot ex primoribus. Qui hanc cōcordiæ
formulā reportauerunt. Manerēt ipſi in regis fide atq; poteſtate. Vectigalia & fiſcum
regii quæſtores adminiſtrarēt. pecuniā inde quæſitā maria caroli burgūdi filia unica:
ab ipſis regiis miniſtris acciperet:donec regi primario principi ſuo debitā fidē ꝑſolue/
rit. interim nullū regiū præſidiū oppidani reciperent. His ita cōpoſitis:ludouicus ad
oppidanos mittit borboniū cardinalē:petrum doriolū cancellariū:guyotū potum: et
philippū deſquerdū:qui ab attrebatibus fidei iuramētū exigant. Quo ſancte (ut puta/
batur) præſtito:cum legati in diui uedaſti cœnobio diſcūbunt:pars perditorū hoīm i/
ſurgens:clamore (ut in ſeditione ſolet) ſublato cœnobium procurrit:frequenter uoci
ferans occidite occidite:a legatis tamen temperatum eſt. Qui protenus in ciuitatē ad
ludouicum ſe recipiunt. Quam iniuriam diſſimulans rex: morinum petit. Inde hiſdi/
num occupat:& paulopoſt arcem emiſſis qui in eam confugerāt cum ſuis fortunis mi/

litibus. Dum hiſdini eſſet ludouicus: attrebates ſimulata ad eũ legatione admiral/
dum adeunt: petentes ut bona eius uenia hiſdinũ ad regem mittere ſuos nũcios liceat
Acceptis ab admiraldo de ꝓfectione litteris: octodecim (odardo butio duce) oppi/
do egreſſi: flandriam uerſus iter conſtituunt: eo conſilio ut mariam caroli filiam cõue
Legatoꝝ ſup plicium — nirent. Cuius doli prouidus admiraldus: quoſdam ex ſuis exploratum legatos miſerat
Qui in fraude depræhenſos ad ludouicum oẽs ꝑducit. Hi ultimo ſupplicio affecti ſunt
Odardo capuciolum pellibus aduocati more ornatũ appoſitũ eſt. Erat enim publicus
attrebatiũ ꝓcurator: & in eo amictu caput amputatũ: tignoq; ſublatũ: cum inſcriptiõe.
Hoc odardi caput eſt. Hac attrebatiũ perfidia irritatus rex: dũ boloniã religionis cau
ſa pergit: circũuallare oppidũ iubet. Reuerſus bolonia tormentis muros turreſq; qua/
tit. Extruxerant oppidani contra ciuitatem ꝓpugnaculũ quo ſe tuentes ciuitatẽ maxi/
me infeſtabant. At tormentorũ uiolentia ꝓpugnaculũ a francis ita deiicitur: ut ĩ oppi
dum longe patens ſe ꝓſpectus eſſet. Simulq; ludouicus oppidanorũ bona militi diripi
enda publicat: quamobrem animoſior factus: q̃ maximam ſpem diripiendi oppidi mi/
les capiebat. Verũ impendenti periculo pterriti oppidani ad ludouicũ mittunt: miſe/
ricordiã implorantes: quã præter multorũ uoluntatẽ impetrarunt: admiſeruntq; ad ſe
regis copias quantum regi uiſum eſt. nec tamẽ obprobriis abſtinebant in mariã caroli
hæredem propenſi. Quam longe a ſe in flandria agentem nõ minus q̃ numẽ aliquod
obſeruabant. ita ut quidam ob perfidiam in regem capite dãnati: cum ſecurim ceruici
diſtrictam unico euadere uerbo potuiſſent: mori pertinaciter maluerit q̃ dicere uiuat
Attrebatium pœnæ. — rex. Mulctati ſunt attrebates multa fuſi cælatiq; argẽti copia. nec eo magis demiſſiore
anĩo erant. quãobrem ueteres loci incolas in penitiorem franciã transfert: uocatis ex
reliquo regno nouis colonis: quos in illorũ locũ uelut in nouã coloniã mittit. muta/
Franciſia — toq; noĩe: franciſiã attrebatũ uocat. Interim magnopere ſtudet ludouicus quomo/
do mariã caroli filiã ad ſe traducere poſſet. Promittit itaq; puellæ maritũ ex regio ge/
nere dare: nec ſinere eam diſpendio aliquo affici: ſed ditionẽ quæ ad eã pertineret tan
q̃ ſuã defenſare. Cuius rei cauſa oliuerium damã regiũ tonſorẽ qui flandrenſis erat ad
eã mittit. Nõ eñ franco alicui principi rex ſatis confidebat: ne legatõis munere fretus
ꝑniciosum quicq̃ machinaret̃. Oliuerius autẽ poſtq̃ ad mariã uenit ſolita temeritate u/
ſus: uel ꝗ ita in mãdatis acceperat: perit apud mariã ſeorſum colloquiũ habere. Quod
cũ puellæ pudori atq; celſitudini nõ cõueniret: ſermonẽ priuatim facere non impetrat
Sed ea quæ a ludouico acceperat dicere præſentibus ad hoc a maria delectis proceribꝰ
illũ oportuit. Nec legato fides habita eſt. Igitur ad ludouicũ inanis reuertit. At flan
Maximilia/nus mariam burgundã deſponſat — drenſes tametſi oẽm belli rationẽ uitare cuperẽt frãcis. tamẽ relictis ad germanos re/
ſpiciũt. Erat frederico alemãno ĩpatori filius maximilianꝰ unũ & uigeſimũ annũ agẽs.
Cũ hoc nuptiarũ fœdera cõciliant. Nã ꝗ pater ad impatoriã maieſtatẽ plurimũ theſau
rũ per annos ferme quinquaginta q̃bus imperiũ adminiſtrauerat adiecisſe putabatur:
ſpes illis erat magni aduerſus regẽ francũ ſubſidii. Ea re cognita ludouicus henricũ hiſ
bucũ colonienſem qui a puero apud eũ fuerat educatus: ſpecie uiſendoꝝ amicorũ ſuo
rũ in alemãniã ire iubet. ut reuera exploraret quid de nuptiis ageret̃. Henricus cũ argẽ
tinã ueniſſet cognoſcit de ineũdo fœdere cõuentũ apud frãcfordiã ad kalendas iunias
edictũ eſſe. quo ipſe ĩpator & cũ eo maximilianus: ipſi quoq; flandrẽſes cõuenirẽt. Cu
rat ꝓpterea ludouicus frãcfordiã nuncios mittere. eiuſq; negocii munus mihi cõmittit
mandans oratoris nomẽ nõ prius aſſumere: q̃ cõpertũ mihi eſſet. qui germani princi/
pes ſuas ptes tuerentur. Sũma legationis fuit frãcfordiæ in cũuentione ipſa memora/
re quæ amicicia inter impatores regeſq; francos diu permãſerit. quibus legibus atq; in
ſtitutis perſeuerarit beniuolẽtia. Mariã burgũdi hæredẽ feudi legibus erga ludouicũ
aſtringi. lõgo uſu obſeruatũ eſſe: ne qua illuſtris inter francos fœmina uiro pegrino iu
re nuptiarũ rege incõſulto cõiũgatur. Decere illã patriis obtemperare inſtitutis. impe
ratoriæ dignitatis et fidei eſſe: non uiolare amici iura. Temperet igitur fredericus ne
id cõmittat quo ueteris amiciciæ ſanctitudo offendatur: Talibus mandatis edoctus a/
pud argentinam henricum hiſbucum offendi. Vbi dies ſex immoratus: cum de conuẽ



tu francfordenſi nuncium nullum accipimus: fama aduolat maximilianum per rhenũ
amnem coloniam petere. Eo propterea feſtinantes: maguntiã proficiſcimur. quo ma
riæ quoq; oratores ſe conferunt: rati maximilianum in eam ciuitatẽ aduentare. Verũ
nulla ſtatione maguntiæ facta præterlabitur & coloniam ꝑpaucis comitatus contẽdit
Quem et nos item ſecuti: coloniam peruenimus clam ſciſcitãtes: quiſnam prĩceps frã
corum amiciciam ſequebatur: cui litteras quas permultas a ludouico habebam redde
remus. Vnum tñ neq; ſatis perſpectum iuliaci ducem conuenimus. Qui legatione ac/
cepta: reſpondet: nos tarde quidem (negocio expleto) aduentaſſe. ſe maximiliano fi/
de aſtrictum eſſe. a qua ſine dedecore reſilire non poſſit. neq; tuto nos diu in eis locis
diuerſari poſſe quæ inimica nobis eſſent. Se tamen obnixe curaturũ: ne quid nobis ad
uerſetur. Poſt dies uiginti quibus maximilianus profectionẽ in flandriã parat: eo quo
colonia egreſſus eſt die aquiſgranum acceſſimus. Quo præterea maximilianus centũ
ſupra mille tantum equitibus ſtipatus ſe contulit. Poſtera autem die ad Ludouicum q̃
maximis potuimus itineribus per leodios primũ inde per campaniã atq; artheſium fe/
ſtinãtes: rei a nobis geſtæ fecimus certiorem. Erat enim per hos dies morini: præmiſe/
ratq; ad ſanctum audomarũ magnam copiarũ ſuarum partem. ut locum obſidione cin
geret. Redierant eo tempore ex anglia uiennenſis archiepiſcopus & oliuerius ruf/
fus: qui ludouico rettulerant edouardum polliceri auxiliũ: miſſurumq; in hollandiam
ſupra uiginti militũ millia (ſi ita ludouicus uolet) qui terram ipſam occupent. Inter
hæc dubius rex animo pendebat quorſum inclinaret: cum ſubito defertur: maximilia
num ſexdecim millibus armatorum potentem baſſeyam aduenire: Quare adductus
copias protenus a ſancto audomaro reuocat. Cameracũq; profectus: copias maiores
contrahit. nunq̃ ſatis ſui ſecurus. Admiſerant enim ludouicum cameracenſes appo/ — Cameracen/ſes.
ſitis legibus. Cuius rei nõ multo poſt eos pœnituit: marraſino illis præfecto: qui ex ſa
cris reliquiis auro argentoq; (ut fama fuit) detracto: ſe ditauit. Vnde ad regem poſt ac
cedens: torque aureo multi ponderis ornatꝰ: ad hunc modum a ludouico taxatus eſt.
Cum regis cænaculum marraſinus intraſſet: unuſq; ex aulicis torquem admiratus. illũ
tangere vult. Noli inquit ludouicus torquẽ contingere. res enim ſacra eſt. Ex came
raco ſenatum parlamenti ludouicus nouyomũ accerſit. Vbi de iacobo nemorſi ducis — Dux nemorſi.
(quem carlati depræhenſum diximus) quæſitum eſt. Qui propterea ꝗ poſt habitam
apud rionem cum rege concordiam cum hoſtibus ſenſerat quarto nonas auguſti ob
læſam maieſtatẽ morte dãnatus: capite apud pariſos in foro publici mercati apud hal/
las punitus eſt. et eius cadauer a fratribus diui franciſci in eorũ eccleſia ſepultum. Per
eos dies ortis inter principẽ auraycenſem et craonũ ob burgundiæ adminiſtrationem
inimiciciis: dum res bello decertatur: auraycenſis a fatre adiutus qui caſtelliguyonis
dominus appellabatur. et claudio ualdrayo: guyum in ſequanis oppidum accedens a
craono impetitur. Vbi cõmiſſa pugna cecidere utrinq; q̃ngẽti ſupra mille armati: quã/
obrem quia francis uictoria fauiſſet: ſupplicationes decretæ ſunt. Eodem præterea — Gheldrenſis dux capitur.
tempore dux gheldrenſis mille et quingentis alemannis inſtructus. tornaci ſuburbia
cremare conſtituens: a tornacenſibus primo conflictu occidit̃. et in urbem infert̃. Se/
cundo uero erumpentibus in alemannos equitibus francis: cum aliquot urbis incolis
cædem fecere duoꝝ millium: ſeptingentis uiuis compræhenſis. Et cum flandrenſes ad — Flandrenſes cæduntur.
blancam foſſam multo numero caſtra haberẽt: miſſis in eos copiis profligati ad duo
millia cecidere. Reliquorum in fuga depræhenſorum duo quoq; circiter millia corru
erunt. In ſequanis uero quos altos vulgus burgundos dicit: non paruam francorum
cædẽ auraycenſis apud greyũ & alia ad ararim id eſt ſagonã loca fecit: eoꝝ imprimis q
ſub ſalazarto & conygano ſcoto militabant. Eadẽ tẽpeſtate caroli magni & diui lu/
douici ſimulachra q̃ in ædibus palatinis apud pariſios inter regũ ſtatuas ſuo ordine po
ſita erãt: ad caput aulæ ubi ſacellũ conſtructũ eſt: iubente ludouico poſita ſunt. Acci
dit ꝑ id tp̃s in anglia edouardi in fratrẽ clarentiæ ducẽ dira ſententia. Cõſtituerat clarẽ — Edouardi in fratrem ſeueritas.
tiæ dux ſorori q̃ burgundo duci olim nupſerat auxiliũ ꝓter edouardi cõſiliũ ferre. quã
obrẽ cõpræhẽſus & in uincula cõiectus multis poſt interiectis diebus cõſilio ad edou/

ardi præſentiã aduocato.dux hãc in ſe ſentẽtiã accepit.Ex londonieñſi arce extra ciuita/
tẽ ad patibulũ traheret.ibi cõſpiceret inteſtina ſua cremari:cui mox caput tolleret : et
cadauer quadrifariã ſecaret.Sed a tã ignominioſa dãnatiõe(hortãte matre)tẽperatũ
eſt.Eius tñ ſupplicii genus hoc fuit Itaq; in maluatici uini dolio uiuus extinguit.& ĩde
exẽptus capite trũcatus eſt. Per hos dies edouardus miſſo hiſdinũ ad regẽ hauarto:
res flandrẽſiũ cõponere fruſtra tentauit. Interim quia cõdeti præſidio tornacenſes

Maximiliani aſtus

infeſtabãt:ita ut cõmeatus ad illos difficile ĩportaretur:Ludouicus oppidũ cũ arce re/
cepit:diſcedentibus inde cũ ſuis fortunis militibus.Cõdeto capto:cameracũ:moxq; at
trebatũ ludouicus petit.Quo maximilian⁹ flamingiq; de pace ad regẽ legatos mittũt
Promittũt relicturos ſe ludouico artheſiũ:duacũ:inſulã:orchias : ſctm̃ audomarũ cũ
utraq; burgũdia:ſi ab armis rex ceſſet.His ꝑmiſſis confeſtim credulus rex cameracum
queſneyũ bouchiniũq; cũ reliquis quæ occupauerat locis flandrẽſibus reſtituit . Et ut
fidẽ ꝑmiſſis detrahere nõ putaretur maximilianus:caſtra inter duacũ attrebateſq; lo/
cat.unde cũ ludouico expeditior congreſſus eſſet. Duxit regẽ multis uerbis maximili

Feretrũ diui martini argẽteum

anus.nec fidei ſatiſfecit. Interim carolus de ambaſia burgũdo bello a ludouico præ
fectus multas arces atq; oppida quæ ad hoſtes deſciuerãt recuperat:beluẽſeſq; quadra
ginta millibus nũmũ aureorũ mulctat. Mittuntur paulo poſt attrebatũ a maximilia

Contio aurelianeñ.

no oratores : qbuſcũ præter unius anni inducias nihil actũ ẽ. Redeũte a picardis ludo/
uico:ut erat in ſupos magnope deuotus:diui martini turonẽſis exterius feretrũ quod
ferreũ erat:ex ſolido argẽto fabricare mãdat.Opus ipm̃ uſq;quaq; abſolutũ ducentis
millibus librarũ turonẽſium cõſtitiſſe fert. Nec differt cõſiliũ aurelianis habere . Vbi
eius loco petrus belliioci dñs p̃ſedit:cõſidẽtibus plurimis maiorũ eccleſiarũ ſacerdoti
bus atq; ſtudiorũ generaliũ inſigniũq; ciuitatũ legatis.Eniuero de pragmatica ſanctõe
de qua uariæ ſentẽtiæ ferebant:deq; eccleſiarũ annatis:quarũ gratia ingẽs e regno frã
corum pecunia romã quotãnis exportabat inquirere cupiebat:adhibita moderatiõe:
ne tantũ nũmorũ romana auaritia ſine rei chriſtianæ cõmodo exigeret.Ad eam rem
aduerſus romanorũ ambitionem ludouicus ſublimi ingenio et doctrina uiros apud ſe
(conſtituto illis ſtipendio)alebat.Inter quos martinus cognomẽto magiſtri theolo
gus doctor fuit:litteratura celebris qui de quattuor uirtutibus quas uocãt cardinales
laudatiſſimũ ſcholaſticis uolumẽ ſcripſit : nõ multo poſt morte abſumptus.Sed mox
cœpti pœnitẽs:ludouicus aureliã cũ ueniſſet cõtionẽ diſſoluit:dicẽs ſe eandẽ lugduni
poſtea hiturũ.Per eos dies apud aruernos ĩ cœnobio iſſorieñſi monach⁹ qdã cũ hermo
frodita eſſet: grauid⁹ eſt effect⁹:aſſeruatuſq; ſũma diligẽtia donec pturiuit.Eadẽ pter/
ea regiõe leo domeſtic⁹ dñi ſui domo elapſus:cõplures uiros fœmiaſq; uorauit : dõec
egreſſus in eũ cũ multitudine incolarũ dñs cũ forte leo appuiſſet:cognito dño ad eũ
ſe belua cõtulit.Quã cõfeſtim multis telis turba cõfodit. Apud attrebates ſymõ cour
thoſius ludouici p artheſiũ uniuerſalis ꝓcurator:malæ fidei hõ ſimulat ſibi ĩ flãdria ne
gociũ eẽ:quo p ĩducias(q̃ poſitæ erãt)ꝓfect⁹ mariã maximiliani uxorẽ adit:ante oĩa
p̃cat⁹ ſe ĩ ſeruũ illa recipiat. Illi qdẽ obſeq q̃ regi malle:cũ ad illã artheſii comitatũ pti
nere maxĩe cõſtet.Si in officio quod a ludouico hẽbat p eã cõfirmet ſe non min⁹ fidũ
fore q̃ ſuã familiã q̃ burgũdæ dom⁹ celſitudinẽ olim ſecuta eẽt.maria(cui⁹ ſtudiũ erat
multorũ amicitiã cõparare)hõi aſſentit:eũq; ad fidẽ & iuſiurãdũ admittit. Ille officii

Bombarda

& mariæ benignitatis ſecur⁹ ſpe bona domũ reuerſus: accuſat pfidiæ.Captuſq; & turo/
nũ ad regẽ duct⁹:poſtq̃ crimẽ cõfeſſus eſt capite trũcat:tale fuit p̃miũ ꝓditoris. Per eoſ
dies ãno ſalutis. M.cccc.lxxviii. machina ingẽs(quã bõbardã dicũt)turoni cõflata: &
inde pariſiũ uecta:triſte ſui ſpectaculũ p̃buit. Ad diui antonii portã extra muros cũ in/
ſtrata & cõpoſita prorſus a peritis ei⁹ opis eẽt:dũ pila ferrea põdere qngẽtarũ librarũ ĩ
cauũ machinæ deuoluit:ignẽ excutit quo pila ipſa repẽte depulſa:machinæ in primis
autorẽ:moxq; q̃ttuordecim ꝓxime aſtãtes uiros ita diſſipauit:ut p aerẽ mẽbra ꝓuecta
ægre inueniri & colligi potuerint. Lõgius quoq; euolãs pila:aucupẽ auibus inſidias po
nentẽ oppreſſit. Alii præterea ſex uiolẽtia ſpũs & ſulphuris fetore graue ualitudinem
incurrerũt. Iohannes autem mãgueus qui machinã conflauerat fruſtatim per agrum



Cameracenſes

receptus:apud ſanctũ medericũ ſepultus eſt. Iam uero ad picardos cõuertamur. Ca
meracenſes q̃q̃ præfectũ haberent dñm de fiennis eius nationis inſignẽ equitem:cum
bono francorũ præſidio:deficientes tamen ad maximilianũ eius militem acceſſunt:

Bouchinienſes.

francis expulſis. Nec minus pfidi fuere bouchinienſes q nondũ finitis induciis:flãdrẽ/
ſiũ cohortes receperunt:interimentes quoſq; in arce depræhenſos francos. Ea re co/
gnita ludouicus nouas copias cũ multis machinis atq; tormentis:ad carolũ de amba/
ſia q campaniã moderabat mittit:imperatq; ſequanos id eſt ſuperiores burgundos pe
tat:eoſq; acerrime infeſtet. Paret ambaſianus ludouico:& mox arcem rochefortẽ ca/
pit:dolam inſup ui expugnat:diruitq;.Quibus de rebus cũ nunciũ rex accepiſſet: uehe
menter gauiſus eſt.Cogitauitq; p campaniã luxẽburgũ ꝓficiſci:quã regionẽ cõſtitue/

Maximilianus morinos petit.

rat tanq̃ ad ſe ptinentẽ recuperare:ſed aliis diſtractus cœpto deſtitit. Nã maximilianus
q grandẽ exercitũ coegerat:ex flandria mouens morinos adorit.Erat morini ualidũ
francorũ p̃ſidium:cui p̃fectus imperabat auratus eques de ſancto andrea nomẽ habẽs
militiæ peritiſſimus.Eius opera ciuitas defenſa eſt. Vbi autẽ maximiliani aduentus ad
cohortes per uiciniora morinis loca perlatus eſt:confeſtim erũpunt:morinis ſubſidiũ
præbituræ.Incedentes autẽ cũ iam ab oppugnatiõe depulſus maximilianus eſſet:ho/
ſtem ꝓcul conſpiciunt:quadraginta pene armatorũ millibus inſtructũ:quẽ maximilia
nus romontuſq; imprimis ducebant.Francorũ copiis præerat philippus deſquerdus:q
ꝓtenus ſigno dato præliũ cõmittit.Cecidere ex prima burgundorũ acie pmulti: ſarci/
nis eorũ p̃cioſis direptis atq; amiſſis:& qui fugæ ſe mandauerũt eos miles francus aeriã

Pugna guynetana.

uſq; perſecutus eſt. At franci ſagittarii rati ſe uictoria potitos eſſe:dũ prædæ animũ in/
tendunt:a romonto comite intercepti non ſecus ac oues apud guynegatã mactantur.
Ex burgundis undecim:ex francis quinq; millia occubuiſſe relatũ eſt. Periit in ea pu/
gna præfectus beluoſianus:& uaſtus mõpedon rothomagenſis prætor. Venere uiui ca
ptiui in manus francorũ nongenti fere burgundiones:inter quos poloniæ regis filius
fuit. Receptis poſt pugnã militibus:maximilianus malannoyũ non procul diſtantẽ ar
cem cui præerat:cadetus remonetus uaſco expugnat.Cadetus autẽ fide ab iis qui eum
ceperant accepta:cum ad maximilianũ pductus eſſet:& triduo in uinculis habitus ma/
ximiliani iuſſu ſtrangulatus eſt.Quo illiberali atq; inhumano facto exaſperatus ludo/
uicus:ex omnibus burgundis qui a francis capti tenebantur quĩquaginta ſelectos pari
ſupplicio afficere mandat.Ex quibus eodem quo cadetus necatus fuerat loco ſeptem
ſuſpenſi fuere:decem in cõſpectu portæ duaci:totidemq; proxime inſulam:& apud ſan
ctum audomarũ pari numero:non procul deniq; ab attrebato alii decem laqueis uitã
finierunt.Eius ſupplicii præpoſitus regiæ domus exactor fuit:octingentis equitibus &
francorũ ſagittariorũ ſex millibus ſtipatus.Qui exacto ſupplicio non longe a guynis
uiam facientes:dum flandriam uerſus incedunt decem & ſeptem minutiora loca occu
pant.unde exacta multimoda præda ad ſua præſidia rediere. Afflicti ſunt præterea ma
gno detrimento flandrenſes:qui ſeptuaginta nauibus ex prucia cum plurimo cõmea/
tu nauigantes:a columno normanno ſuperati:totis nauigiis & mercibus a francis ſpo
liati ſunt. Inciderat his diebus in mentem ludouici aduerſus iohannem borbonio/
rum neſcio quid iracundiæ : ita ut perdere hominem uelle uideretur.Quæſiuit profe/
cto aduerſus ducem cui ſoror nupta erat eius perdendi occaſionem. Vnde iohãni aui/
no parlamentei ſenatus conſiliario:& iohanni doyaco aruerno negocium committit
plurima præter patrias leges aduerſus borbonium perpetrandi: ut inde irritatus bor/
bonius:aliquid in regem patraret quo in eum merito rex moueretur. Nec ueritus eſt
doyacus præſente duce prætenſis ſibi uelis & tapetibus ſericeis atq; aureis aſſidere : &
ius dicere . Diem præterea dicere ducis inſignioribus officiis : in parlamenti ſenatu
ſe ſiſtendi : inter quos affuit iohannes hebertus conſtantienſis antiſtes : qui in cuſto/
dia aſſeruatus eſt:& eius bona regiæ ditioni deputata.Quo tempore rurſus cum ma/
ximiliano ſeptem annorum induciæ interceſſerunt : conſilio magis alterutrum fal/
lendi q̃ ineundæ pacis . Trahebat enim Maximilianus Ludouicum multis promiſ/
ſis : quæ ſoluere ipſe minimæ conſtituebat : inſidiabatur illi Ludouicus ſi ingenio

aliquo a galliis extrudere illum potuiſſet. Sed ꝑ id tempus ægrotare maxime ludouicus cœpit. Nam comitiali morbo cū interdū premeret: elephātiæ quoq; occulta indicia præ ſe ferebat: & hemorroydis crebro uexabat: quāobrem medicorū diligenti opa uſus eſt: & ꝓſertim iacobi quoteri burgundi: qui ad extremā uſq; diem illi obſecutꝰ eſt: multis opibus ab eo ditatus. Valitudine aūt pauliſper leuatus: nihil prorſus uel ſerium uel ludicrū prætermiſit: quod ad bonā ualitudinē conueniret. Nā multa excogitarunt cubicularii ad exhilarandū eū: ſicut maiorū muriū uenationes: quas in cubiculo exhibebant.

Cāpus regis.

Condiderat ex tabulatis & curribus munitiones q̄ ſuo ambitu grandem exercitum cōplecterentur: ubi miles tanq̄ in urbe contineret. Neq; ille minus ſolido ciuitatis muro: ſiue ad iacenda ſiue ad repellenda tormenta firmæ erant: poterantq; diſſolutæ quorſum iuſſiſſet rex uectura transferri. Eas laxandi potius animi cauſa q̄ neceſſitate: in planicie pontis arcis explicari & in eis milites pro loci magnitudine induci iubet: eiq; negocio philippū deſquerdū & guillermū picardū præficit. mādatq; militem ibi menſem unū totū agere cognoſcendi gratia quanto cōmeatu opus illi eſſet. Re aliquot dies ꝓſpecta militē in ſua præſidia dimiſit: ipē turonū ꝓficiſcitur. Eadem tēpeſtate franciſcus britonū dux miſſis mediolanū nunciis q arma cōpararent: atq; ad ſe ferrent: dū ꝑ aruerniā arma uelut faſciculatas & bombice ne pulſu tinirent obtectas merces nuncii uehunt: doyacus cōpræhendit: quibus armis eū rex confeſtim donat. letus ꝙ britonē hoc dāno affeciſſet. Non multis poſt diebus cū grauius ſolito ægrotaret ludouicus: certauit magnis muneribus opem a diuis impetrare: quibus cōplures eccleſias abunde ditauit. At cū uota oblationeſq; illi parum procederent: nouiſſime diuo iohanni baptiſtæ deuotus extitit. Inſtituitq; in ſacro ſacello pariſiaci palatii miſſam dietī ꝑpetuo cantari: q̄ de ipō dominico baptiſta eſſet. Cantoribus aūt libras mille annui cēſus deſignauit: ex uectigali quod pariſiani portitores a uectoribus marinorū piſciū exigunt.

Dira fames.

Diuū præterea claudiū qui apud ſequanos in monte iura colitur religioſe ueneratus eſt. Adiuitq; monaſteriū multa militum manu ſtipatus. prius tamen q̄ peregrinationē aſſumeret: Carolū filiū petro de belloioco cū regni adminiſtratione cōmitit. Quo tp̄e dum annus ſalutis· M.cccc. unus & octogeſimus agitur: fames complures abſumpſit. Longa enim inedia uexati plæriq;: cū acceptū dono cibū manderēt: illum ad ſtomachū tranſmittere: coercitis inedia arteriis: non poterant. Hoc diro incommodo lugdunenſes aruerni borboniiq; imprimis laborauerunt. Anno qui ſecutus eſt iohāna ludouici ſoror iohannis borboniorū ducis cōiunx molini febre interiit: mulier ante alias optima. Mortua quoq; eſt maria maximiliani uxor relictis liberis duobus: mare & fœmina. Peregrinatione claudiana exacta: Ludouicus cleriū ueniens nouē totos dies in templo diuæ uirginis religionis gratia diuerſatus eſt. Alleuatuſq; paululum morbo: magdunū ſe contulit. nec diu ibi moratus: cleriū cū rediſſet: flandriæ oratores audiuit: q de pace ad eū uenerant. Quibus perbenigne reſponſum eſt. Quare ad ſuos leti reuertentes: reliqua q̄ paci cōueniebant tractauerunt. At ſub ipm̄ tempus aeria ad liſam flumen (quo flamingi ab artheſienſibus diſiungunt) a philippo deſquerdo recipitur: dedente illā oppidi præfecto: q triginta ſcutorū aureorū millibus a ludouico muneratꝰ: præfecturā quoq; centū equitū cū ſolito ſtipēdio accepit.

Leodii

Apud leodios fuit ludouico borbonienſi aduerſa fortuna. Nam guillermus marchianus (quē arduennæ aprū leodii uocant) belli q̄ſita occaſione: ludouicū epm̄ cū incōpoſita populi multitudine urbe egredientē ex inſidiis adoritur: & manu ſua necat. mox pontificis nudū cadauer pro eccleſiæ maioris foribus plebi conſpiciendū exhibuit. Fertur eū a ludouico rege: pecunia militeq; ut id faceret fuiſſe adiutū ꝓpterea ꝙ maximiliano antiſtes cōplaceret. Non erat ludouico a morbo requies: ſeq; ī dies magis ac magis debilitari ſentiebat: & mortis metu augebatur: nemo eñ fuit illo uitæ cupidior. Tamē ꝓuidus finis ambaſiā ſe portari iubet. Ibi carolū filiū admonens.

Ludouici ad filiū oratio.

Sum inquit cariſſime fili breuioris q̄ æſtimas uitæ: utiq; morbo afficior cui nulla ſubuenire medela queat. Tibi poſt me regnādū eſt: in qua re tibi maxime neceſſarii ſunt fideles miniſtri. Inter plurimos quorū fidē & diligentiā ipē exptus ſum: duos tibi cōmendatos facio oliueriū damam



& iohānem doyacū. Illius ſeruitio ita uſus ſum: ut eius maxima ope uitam mihi diu ſeruatā eſſe putem. Illū ī tuo obſequio poſt me habeto: nihil de officiis aut fortunis q̄ ſeruiendo conſecutus eſt illi detrahī ſinito. Guyotū quoq; potū & bochagiū ita exiſtimabis: ut uiros conſilio & prudentia ualentes. Philippū uero deſquerdū in rebus bellicis plurimū ſcire atq; intelligere dubius nō ſum: eius ꝓuidentia atq; moderamine dū bellū erit utitor. Cæteros qui magiſtratus a me aut officia adepti ſunt cōſeruato. populo quē ingruentiū bellorū neceſſitate multis uectigalibus extenuaui quoad ꝑ te fieri poterit leuato. Matri ne credito: cū enim ſabaudienſis ſit: burgūdis fauere mihi ſemper uiſa eſt. Alioquin bonā & pudicā illā ſum arbitratus. Hæc poſtq̄ dixit: turonū reuerſus excogitauit a muſica ualitudinis leuamen quærere. Quāobrem accerſiri mādat oīs generis muſici inſtrumenti luſores: quos centū & uiginti cōueniſſe cōſtat. Inter quos affuerunt ouiū paſtores: q multos dies non ꝓcul a regis cubiculo cōtinenter modulabantur eius cōſolandi cauſa: & ne ſomno quo grauabat ſuccūberet. Iuſſit quoq; præter hoc hoim̄ genus: alterū longe diuerſum ad ſe cōuenire. Solitarii & q heremū īcolunt hoīes: quiq; opinione ſanctitatis plurimi æſtimabant. Fœminæ quoq; ſpectatæ religionis turonū cōuenerunt: qbus negociū mandatū eſt: deū indeſinenter orare: ut regi ſalute reſtituta maneret ipē diu ſupſtes. Tam appetens diutiſſime uiuendi fuit ludouicus Præſagiebat credo aīo turbationes quas ipō mortuo regni adminiſtrandi cōcupiſcentia importauit. Venere ꝑ id tp̄s ad ualitudinariū regē flandrēſiū oratores: quos per iohannē de uaccaria primariū parlamenti præſidentē & philippū deſquerdū audiuit. Poſt aliquot cōuentiones tandē de pace cōuenit: ut carolus ludouici filius margaretā maximiliani filiā dū legitima utriq; ætas eſſet acciperet uxorē. Donantur a ludouico legati. xxx. millibus ſcutorū aureorū: præter pocula argenti cælati quod illorū cauſa rex cudere iuſſerat.

Carolus margaretā maximiliani filiā deſponſat.

Erat aūt margareta infra bimatū: & a gandauis educabat. Igitur redeuntibus gandauū flamingis oratoribus: fit apparatus ingens de margareta ad francos ducenda. nec minus curabat rex magna pōpa margaretā a flamingis recipere. Ob eam rē petrū de belloioco cū multa procerū frequentia: Ludouicus illi obuiā mittit. Annā quoq; ſororē q̄ petro nupſerat occurrere nouæ nuptæ iubet. fit ꝓ̄terea a pariſiis multiplex & uariū ad eā excipiendā paramentū. Quarto autē nonas iunii anno ſalutis M.cccc. octogeſimotertio: margareta pariſiū ingredit infans puella. Et paulopoſt ad ludouicū ambaſiā frequenti pōpa deducitur. Vbi deſponſationis feſtū cōi oīm letitia menſe iulio celebratū eſt. Quo anno ludouicus ſurſum deorſumq; a ſuperis: hominibuſq; opem ſuæ ualitudini implorans ſacrū liquorē: quē ſacrando remis clodoueo cælitus miſſum ſupra diximus: ad ſe turonū deferri iubet. Allata eſt ꝓ̄terea ex ſacro palatii ſacello ſummi ſacerdotis aaron uirga: & uictoriæ crux: quā carolomagno diuinitus fuiſſe datā plæriq; aſſeuerant. Sed definitæ mortis nemo limitē ꝓduxerit. Infirmat indies magis ac magis ludouicus: nec proſunt miris modis quæſitæ & raro antea excogitatæ medicinæ. Itaq; tertio kalē. ſeptēb. apud turonos moritur: qui mortis ſuppliciū aut metū multis frequenter incuſſerat. Voluit autem in diuæ mariæ apud cleriū templo ſepeliri. Vbi monumentū ſibi extruxerat: in quod uiuens adhuc deſcenderat: decubueratq; tentans ſi cadaueri eius monumentū quadraret. Qui tametſi duriſſimis pro ſuo arbitrio inſtitutis nobilitatem populūq; preſſerit: operæ tamē preciū regno erat aliquot illi annos uitam ſupereſſe: donec carolus adoleuiſſet: quē tenerum & nullo rerum uſu exercitum hæredem relinquebat.

f Vit Carolo (cui octauo nunc appellatio eſt) mitius īgenium & natura benignior. Quem nulla eruditione latina inſtitui pater uoluit: exiſtimans litteras impedimento eſſe regnantibus. Deq; ſe id iudiciū faciebat: ꝙ cū excellenti ingenio eſſet: & plurima noſſet: ad moleſtiam ſibi eruditionem accedere dicebat. Credo ludouicū prouidere Caroli fragilitati uoluiſſe: cui primam infantiam non ſatis firmam eſſe conſpiciebat. Teneris enim atq; imbecillibus membris primo Carolus fuit ita ut ſedulo duci illum & portari molliter priuſq̄ ſolide incederet oportuerit. Cui incommodo doctrinæ curam & laborem nō conguere pater arbitrabat. Alioquin erat

Iodoci Badii aſcenſii de præſtantia gallorú
& auctoris huius utiliſſimi cópédii Carmē.

Acria mæonio tot prælia digna cothurno:
Totq; cothurnati nūeris referēda maronis:
Gallica fœlici depleuit marte iuuentus.
Nullaq; principibus tam formidata togatis
Gens capitolinas obſedit uiribus arces:
Vnde auro pelli ponderat:nō uiribus ullis.
Scilicet inſomnis norat perducere noctes:
Atq; aſſueta malo:patienſq; algoris & æſtus
Prima p ymbriferas ſeſe traduxerat alpes
Protin⁹ & parthos bello domitura feroces
Subq; iugum graios uictrix miſſura ſupbos
Vnde gerit mixtū nūc gallogræcia nomē.
Nec tamen antiqua ſuperis deuinctius ullú
Relligione gen⁹:nullum obſeruátius æqui
Nullúq; excultis tá pſtans morib⁹ ortú eſt.
Sed neq; ſacrorų reſeranda occulta pphanis
Aut populo fixis duxit pandenda tabellis
Ne torpore graui iuuenú mēs uicta:libriſq;
Freta:aſpernetur ſacros ediſcere ritus.
Nec ſua nobilibus præconia fulta triúphis:
Et clarú facinus memori mandare poetæ
Geſtiit aut docti ſcriptis concredere cadmi.
Scilicet egregie contenta egiſſe: diſerte
Dicere neglexit:donec te maxime regum
Carole:uictorem rurſum uidere latini
Parthenopeq; ſuú dñm agnouiſſe coacta ē.
At nunc altiſonæ tua fortia geſta camœnæ.
Certatim ad ſupos tollút:unde aurea fauſti
Exoritur ueterú nulli ceſſura poeſis.
Quinadeo noſtri nitor indelebilis æui
Primus ab italia linguá tranſferre latinam
Fœlix: Robertus tua ſtēmata clara gaguin⁹
A proauis atauiſq; trahit:proléq; per oēm
Ingreditur:totam referēs ab origine gentē
Et quas quiſq; urbes curuo ſignauit aratro
Et qbus auſpicibus gallorum gloria creuit
Proinde decus regú præclaris ánue cœptis
Et patere in toto reſonét te pulpita múdo.

:P.fauſti andrelini foroliuiēſis poetæ laureati ac regii in ampliſſimo gymnaſio pariſienſi oratoriam ac poeticam artem profitētis in gallicas hyſtorias ab eruditiſſimo Roberto gaguino editas Carmen.

Vt nitidos totum radios diffundit ī orbem
Cum titan puro ſplendidus axe micat:
Hyſtoriis ſic galla tuis monumenta relucēt
Exculte ac breuibus clare roberte ſonis.
Grandia milleno quis tædia uoluerit anno
Quæ rudis immenſo codice maſſa parit?
Gallia q̄ debet regalibus inclita geſtis
Tam debent ſcriptis regia geſta tuis.

Finis compendii de geſtis francorú clariſſimi uiri Roberti gaguini ordinis ſanctæ trinitatis de redemptione captiuorú miniſtri generalis. Impreſſi Lugduni impēſis. M. Iohannis Trechſel alemanni:& diligenti accuratione Iodoci badii aſcenſii. Anno chriſtianæ pietatis Milleſimo quadrigēteſimo nonageſimoſeptimo:ad.viii.kalendas iulii.

Connectuntur autem chartæ ſignatæ per a binæ:per.p.&.q.ternæ: per.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.&.r.quaternæ.

Carolo animus diſciplinæ appetens. Nam Ludouico mortuo cum regiam adeptus eſt
dignitatem ſcriptos gallice libros libenter legit: tentauitq; latine ſcire. Conſecratio/
ne remis ſuſcepta: protenus de ſuperfluis ludouici donationibus ratio habita eſt. quæ
ad ius fiſci reuocatæ ſunt. De oliuerio autem damma cum propter multa tum ob a ſe
(mandante ludouico) necem perpetratam: ultimum ſupplicium ſumptum. Nam cũ
daniele quodam flamigo ſibi plurimum familiari patibulo uitam terminauit. In quẽ
id carmen a me editum eſt.

Sunt ſua criminibus ridentia tempora tonſor:
  Currere quæ ſubito prouida parca uetat.
Hoc poteras olim longe prænoſcere damma.
  Vt ſaltem horreres tollere cæde pios.
Te natura humilem cum mater flandra tuliſſet:
  Arte una noras radere cæſariem.
Hunc talem & ſeruum te ſæpe lutecia uidit.
  Tutus ab hac poteras ducere ſorte dies.
Raptus ad exceſſam lodoici principis aulam:
  Mox herebi furias moribus anteuenis.
Et caput huic tondens: dum ſuffers lingere ficos:
  Præ ducibus: regi regulus alter eras.
Quid tibi non licuit ſoboles tam dira neronis?
  Nemo non uixit te referente reus.
Nemo dei ſacra: cenſuram nemo gerebat
  Grandia qui renuit promere dona tibi.
Protenus exilium: uel mors: uel mulcta: negantem
  Preſſit. eras iudex: lictor: & exitium.
Regnaſti. ſatis eſt. ſurgunt noua ſydera mundo.
  Turba ſceleſtorum territa luce fugit.
Agnoſce o tonſor quo te ſcelus extulit atrox.
  Et te præcipitem: depulit in laqueos.
Te daniel: te dira cohors: te memmius odit.
  Et ſcelerum autorem damnat: & inſequitur.
Neſcio quid de te ſuperi: uel fata reponunt:
  Seu lictore cades: ſeu cruce liber eas:
Vna tamen vulgi conſtans ſententia: furcas
  Expetit: ut ſatiet (te pereunte) odium.
Interea uinctus culpas abſterge gemendo.
  Peccaſti. morte eſt nunc redimenda ſalus.

Doyaco aures amputatæ. Sed mox ab initio ſuſcepti regni ortæ ſunt de caroli tutela &
regni adminiſtratione diſcordiæ: inuidentibus plærisq; annã caroli ſororem admini/
ſtrationem gerere. Primus ob eam rem ludouicus aurelianorũ dux qui ludouici alte/
ram filiam uxorem habebat bellum mouit: multa prius molitus: ut regni gubernacu/
la reciperet. Sed cœptis fraudatis: apud ſanctũ albinũ: dum non ſatis proſpere præliat̃
captus eſt: & in cuſtodia in arce bituricenſi diu aſſeruatus. Inde maximilianus q bur
gundiam artheſiũq; repetebat magnis uiribus inſurrexit: aureliano coniuratus. In bri
tones quoq; (franciſco duce defuncto) arma a carolo ſumpta ſunt: qbus hẽricus ſepti/
mus anglorũ rex: qui caroli auxilio angliam nuper uendicauerat. ſuppetiatus eſt. Cu/
ius rei gratia aliquot legationibus cum franciſco luxenburgo & Carolo marignyano
apud henricum angliæ regem functi ſumus. Ille tamen neq; amicitiæ neq; beneficiorũ
recordatione contineri potuit: quin expeditionem in gallias traduceret: & boloniam
obſideret. Demũ philippi deſquerdi opera confecta pace: copias in angliam reduxit:



pacis quidem quantum ſibi licuit henricus amator erat. Poſtridie autem initæ cũ hen/
rico pacis carcaluenti britonis negligentia atq; inertia: attrebatũ a maximiliani militi/
bus noctu captum eſt: nemine prorſus defendente ciuitatem. Quinimo ipſe carcaluẽ/
tus præfectus (creditis cuidam ex ſuis portarum clauibus) ſtrato ſegniter decubans: in
hoſtium poteſtatem uenit. Fuit non multo poſt cum maximiliano conciliata uel po/
tius ſimulata concordia. Dimiſſa tamen margarita: Carolus annam britonũ dominã:
uxorem repente accepit. Et alphonſo aragonum regi ruſcillio eſt præter multorũ opi
nionem reſtitutus. Ita enĩ ludouicũ caroli patrẽ morientem teſtamento uoluiſſe vul/
gatũ eſt. Atq; ad hunc modũ cũ a bello carolus qeſcere potuiſſet: cura illi inceſſit de ſi
ciliæ regno: quod ſibi patrimonii iure pertinere contendebat. Nec potuit ulla ratio/
ne a ſententia dimoueri. Nec audiuit pariſiorũ oratores: qui eius rei gratia ad eũ miſſi
erant. Contractis ꝓpterea terra mariq; copiis: hortãte maxime alexandro ſexto roma
no pontifice: & ludouico mediolanenſi qui alphonſo neapolitano infenſi erant: ĩ ita/
liam ducens: campaniã mox: atq; inde neapolim fugato alphonſo mira celeritate ſub
iugauit. Sed reliqua eius expeditionis perſequi commode non poſſum. Neq; enĩ mi/
hi ſatis ad purum cognita res eſt: q̃q̃ audio præclara & memorabilia multa ab eo geſta
eſſe: quæ poſteritas enarrabit. Fornouiẽſis enim pugna quam in eum ueneti & medio
lanenſes dum in franciam reuerteretur excitarunt: celebriorem illũ effecerunt: dum
paucis aduerſus plurimos diu multũq; data opera compoſitos pugnans uictor euaſit.
Dũq; Alexander ſextus pontifex roman⁹ chriſtianos principes omnes aduerſus hunc
unum franciæ regem excitare magnopere ſtuduit: parcitus odio francæ maieſtatis.

Peroratio.

c Onfeci hactenus Petre longum & laborioſum iter. Hic erit noſter hyſtorici
curſus extremus limes. Ducentorum enim ſupra mille annorum curricula q̃
potui breuiſſimo compendio pertranſiui. Tot enim & paulo plures anni a
relicta ſicambria ad hunc uſq; quo hæc exegimus diem defluxere. Quo tp̃is lapſu ſex &
quinquaginta reges (præter tris duces: qui ab initio abſq; regio nomĩe francorum res
adminiſtrarunt) nutante quidem fortuna: ſeruata tamen monarchia regnauere.

Finis.

Gaguinus lectori. S.

Limes adeſt. proceſſit opus. ne liuidus aſſis.
  Lector. habent mendas deuia præla ſuas.
Quoduis ingenium quadam uel parte redundat.
  Vel rude: uel mancum eſt: uel graue: uel fluidum:
Contio crebra titi culpatur. furta maronis.
  Eſt cicero elumbis. pes tibi naſo celer.
Non ſatis hyſtoriæ criſpi præfatio quadrat.
  Nil adeo cultum liuor iniquus habet.
Non minus hoc poterit tantillum carpere morſor:
  Læſerit illuſtres cum fera lingua uiros.
Sed quid agas? reſidem taxabit inertia mutum
  Scriptorem riſor extenuabit iners.
Audendum tamen eſt. ſpernendi mille latratus:
  Occidet a buſto murmur & inuidia.

Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquinto pridiæ kalenda/
rum octobriũ. primũ quidem editũ: deinde aũt recognitum eſt ab eodẽ ad kalendas
februarias anno. M.cccc.xcvii. In ædibus diui maturini pariſienſis.

5

B
G
H
Fr